ιθ'. Ἀλλ' ὅ γε βασιλεὺς ἐκ ποδὸς τούτοις ἑπόμενος πρῶτον ἔγνω τὸν Θωμᾶν πολιορκεῖν καὶ τὴν προγεγενημένην εἰς αὐτὸν ἀποδοῦναι τούτῳ ποινήν. Ὅθεν ἐπάγει αὐτῷ πολιορκίαν, οὐ διὰ μηχανημάτων ἢ ἄλλων τινῶν σπουδάζων αὐτὸν καθελεῖν, ἅμα μὲν τὸν ἐμφύλιον ἀποδιδράσκων πόλεμον, ἅμα δὲ τῷ [70] τοὺς τὴν Σκυθίαν οἰκοῦντας τῶν τοιούτων ἀμαθήτους κατασκευῶν βούλεσθαι διαμένειν, ἀλλὰ λιμῷ καὶ ἀνάγκῃ τῶν ἐπιτηδείων, οἷς ἐν σπάνει καὶ ἐνδείᾳ ἀλλ' οὐκ ἀποθησαυρίζουσα ἡ πόλις ἐδείκνυτο. Ἔγνωστο γοῦν ταῦτα αὐτῷ, καὶ ἀρχὴν ἡ πρᾶξις ἐλάμβανεν. Ὁ δέ γε πολιορκούμενος παντὸς μὲν ζώου πρῶτον ἰδέαν ἄχρηστον, ἔπειτα δὲ καὶ πᾶσαν ἡλικίαν τῆς πόλεως ἐξωθεῖ, οὐ παρακλητικοῖς, ὡς ἂν εἴποι τις, λόγοις τὰ πολλὰ τῶν πράξεων διοικῶν, τυράννῳ δὲ γνώμῃ καὶ αὐθεκάστῳ· ὃ καὶ τὸ κατ' αὐτοῦ ἀνεθυμίασέ τε μῖσος καὶ ἀνενέωσεν. Ἔπειτα ὡς ἤδη ἤκμαζεν ὁ λιμός, σωτηρίας [71] ἐλπὶς οὐδαμοῦ, ἠνάγκαζε δὲ καὶ τοὺς ἑαυτῆς φόρους ἀνελλιπεῖς ἀπῄτει δὴ ἡ γαστήρ, οἱ μὲν λάθρα διά τινων πυλίδων οἱ δὲ διὰ τειχῶν καθιμώμενοι, οἱ μὲν φέροντες τῷ βασιλεῖ ἑαυτοὺς ἐπεδίδουν, οἱ δὲ πρὸς τὸν υἱὸν κατὰ τὸ Βύζης πτολίεθρον

A sustinere paratum; quamobrem collatis signis decernendum statuit. Tyrannus cum stratagemate imperatorem vellet decipere, eodem ipse decipitur et ab scopo prorsus aberrat. Jubet nimirum suos primo congressu terga imperatori dare, parum intelligens qua illi in eum mente affecti essent, viri scilicet ejus jampridem causa liberis et uxoribus privati, ut fraterno cruore dextras polluerent; qui initio quidem, cum brevem expeditionem fore nec se tandiu sub dio moraturos esse sperassent, ad omnia se obsequentes præbuerant. Ubi autem jam tempus trahebatur, quippe cum annus jam tertius fluxisset, exque quotidiana experientia ea se tentare [senserant quæ nullo absolvi exitu possent, dum unius viri libidini ac dementiæ serB virent, tandem id quod ipsis imperatum erat, insperati lucri loco accipientes, non ex illius mente sed ex suis ipsorum rationibus implendum sibi putavere. Nempe jussi erant ut tantisper cederent, dum regia acies insequendo ordines solveret, ac tum demum conversi hostes fortiter cæderent. Verum illi dum composite exque bellica arte, non temere solutis ordinibus, ut ipse putaverat, a tergo irruentem imperatoriam **68** aciem vident, veram reipsa nihilque simulantes capessunt fugam; aliique alio dissipati ac dilabentes, modo pauci, modo plures, ad imperatorem confugiunt seque illi sacramento astringunt. Tyrannus cum paucis quibusdam Adrianopolim, evadit incolumis ibique C fugam sistit: ejus vero nothus ac facticius filius Anastasius ex fuga Byzæ castrum occupat. Neque id casu, sed certa Dei providentia factum existimem, ut dum quisque illorum imperatorem ad obsidendum trahit, alteri inducias tempusque pabulandi præberet.

19. Porro imperator e vestigio illos insecutus primum Thomam obsidendum ac vicariam ei pœnam reddendam constituit. Obsidet autem, non machinas, non tormenta adhibens, tum quod belli civilis damna vitare cuperet, tum quod vicinos illi civitati Scythas ea instrumenta docere nolebat, quibus urbes expugnari solent: sed fame rerumque ad victum necessariarum penuria, raro in civitate commeatu nec copiosa annona in ea reposita. Sic D itaque illi constitutum, inque eum modum ductum rei exordium. Obsessus Thomas in primis genus omne animalium ad bellum inutile, omnesque adeo quibus per ætatem non liceret arma ferre, urbe ejicit, pleraque gerens, ut quis dicat, non lenibus verbis et ad obsecrandum compositis, sed tyrannico animo ac rigido; quod et **69** oppidanorum in eum conflavit auxitque odium. Deinde ingravescente jam fame, ac salute desperata, cum venter nihilominus cogeret suaque tributa durus exactor deposceret, qui intra urbis septa tenebantur, alii cæcis quibusdam portis furtim dilapsi, alii loris per muros submissi, pars sese imperatori dedunt, pars

VARIÆ LECTIONES.

[69] ἐνδιαλύτως P. mox malim ἰδόντες. [70] τῷ om. P. [71] σωτηρίας δ' ἦν ἐλπὶς ?

Byzam ad Anastasium ejus filium profugiunt. Tandem cum obsessi non modo necessaria sed et abominanda et sordida consumpsissent, ac usque ad putrefactorum coriorum veterumque solearum esum necessitas pepulisset, oppidanorum quidam cum Michaele collocuti delictique veniam precati, ac ea impetrata, comprehensum Thomam vinctumque manibus in hostis potestatem tradunt. Quodque pridem regum moribus sederat jamque usu inoleverat, Michael primum observans, ejusque calcibus calcata cervice pedes manusque truncat, asinoque impositum ignominiæ causa per omnes ordines circumduci jubet, id unum lugubri proferentem voce: *Qui vere rex es, miserere mei.* Percontante autem ex eo Michaele, *Num qui eorum quos amicorum loco circa se habebat, aliique conjurati ejus socii essent*, plures forsitan delaturus erat, nisi Joannes quidam Hexabulius imperatorem monuisset, *Haud decere, quin et plane absurdum esse, inimicis amicos accusantibus fidem habere.* Quo is sermone majores miserorum civium suorumque amicorum pœnas dissolvit. Sic vero etiam desertor **70** vitæ finem accepit, lenis confectus suppliciis ritaque bestiæ mori difficilis animam abrumpens, circa medium mensis Octobris, homo initio quidem ad res maximas suscipiendas visus idoneus animosusque, et propositi strenuus exsecutor: progressu vero longe se ipse deterior apparuit, nec pro ea opinione quam de se concitaverat nactusque in aliorum animis erat. Utrum autem sic illi evenerit, quod ipse alius a se evasisset moresque in deterius mutavisset, an quod hostium diversa subinde ratio molesque exstiterit, non multum refert. Quandiu quidem illi bellum quasi intus ac domesticum fuit, quod prior ipse animi audacia ac temeritate sibi conflaverat, rerumque illius status atque firmitas vacillabat, erant ejus facta nihil minus fortia quam verba, resque ei ex animo cedebant. Ubi autem Asiam fere universam subjecisset inque Europam non imbelli animo nemine obsistente trajecisset, vir nullis litteris, nullis humanioribus excultus studiis, sed illiberalibus atque sordidis educatus, animis jam exarsit superbiaque inflatus est, ac a sano sensu suo in amores quosdam et impudicas nuptias jugi temulentia ac bacchatione actus descivit. Ad harum tamen rerum eventum quod attinet, aliis quoque pro arbitratu suo judicandi facimus facultatem, si cui nostra non arrideant. Verum hæc hactenus. Sed et Byzienses, prostantis periculi metu, cito sententiam mutarunt. Mox enim infortuniorem Thomæ accepto nuntio, in similibus simile ineuntes consilium, vinctum manus ac pedes **71** Anastasium adduxerunt. Qui iisdem ac pater excarnificatus suppliciis vivendi finem fecit.

20. Quanquam vero hæc ita evenerant sublatusque tyrannus erat, maritimæ tamen urbes Thraciæ Panium et Heraclea ejus tuebantur partes ac Mi-

A ἀπεδίδρασκον. Ἐπεὶ οὖν οὐ τὰ ἀναγκαῖα μόνον ἀλλὰ καὶ τὰ ἀπευκτὰ καὶ λυπρὰ τούτοις κατεδήδοτο, ἄχρι δὲ τῶν σεσηπμένων σκυτῶν τε καὶ καττυμάτων τὰ τῆς τροφῆς ἐχώρει, εἰς λόγους τινὲς τῶν ἐν τῇ πόλει ἐλθόντες τῷ βασιλεῖ, καὶ τῶν ἡμαρτημένων ἀμνηστίαν αἰτήσαντές τε καὶ λαβόντες, περισχόντες αὐτὸν λαμβάνουσί τε διὰ χειρῶν καὶ προσάγουσι τῷ ἐχθρῷ. Ὁ δὲ τὸ δόξαν πάλαι τοῖς βασιλεῦσι καὶ εἰς συνήθειαν ἤδη ἐλθὸν πρῶτον τελέσας καὶ ὑποκάτω θεὶς τῶν ποδῶν, ἀκρωτηριάζει τοῦτον [P. 44] καὶ πόδας καὶ χεῖρας ἀπαράσσει αὐτοῦ, ἐπὶ ὄνου τε θεατρίζει πᾶσι, τοῦτο μόνον ἐπιτραγῳδοῦντα· *Ἐλέησόν με, ὁ ἀληθῶς βασιλεῦ* [72]. Ἐρομένου δὲ τοῦ βασιλέως, *εἴ τινες τῶν αὐτῷ συνόντων φίλων καὶ ἕτεροι εἶεν τὰ αὐτοῦ φρονοῦντες*, τάχα ἂν πολλῶν B κατεῖπεν, εἰ μή τις ἀνὴρ Ἰωάννης ὁ κατὰ τὸν Ἑξαβούλιον οὐ δέον ἔφη εἶναι, *Ἀλλὰ καὶ ἄτοπον, ἐχθροῖς κατὰ φίλων πιστεύειν, ὦ βασιλεῦ.* Καὶ οὗτος μὲν τούτῳ διέλυσε τῷ λόγῳ τὰς μείζονας τῶν ταλαιπώρων δὴ πολιτῶν καὶ φίλων αὐτοῦ τιμωρίας· οὕτω δὲ καὶ ὁ ἀποστάτης κατέλυσε τὸν βίον, ταῖς κατὰ μικρὸν ποιναῖς τὴν ψυχὴν ἀποῤῥήξας ὥσπερ τι ζῶον δυσθανατοῦν, μηνὸς μεσοῦντος Ὀκτωβρίου, κατὰ μὲν τὰς ἀρχὰς γεγονέναι δοκῶν μεγαλεπήβολος καὶ τολμηρὸς καὶ τοῦ προτεθέντος ἐξεργαστικός, προβαίνων δὲ φανεὶς πολὺ καταδεέστερος αὐτοῦ καὶ τῆς τῶν ἐκτὸς προσδοκίας. Πότερον δὲ καὶ τοῦτ' ἐγένετο παρὰ τὴν αὐτοῦ ἐκείνου διαφορὰν καὶ μεταβολὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἢ παρὰ τὴν τῶν πολεμούντων C πρὸς αὐτὸν παραλλαγήν, οὐ πολὺν ἔχει λόγον. Ἕως μὲν γὰρ ἦν αὐτὸς ἑαυτοῦ πόλεμος ἔνδοθεν, ὃν φθάσας ἀνεῤῥίπισεν αὐθάδει γνώμῃ καὶ τολμηρᾷ, καὶ ἀμφίβολος πρὸς τὴν τῶν πραγμάτων κραταίωσιν ἦν, ἐῤῥωντο τῶν λόγων αἱ πράξεις οὐκ ἔλαττον, καὶ κατὰ νοῦν ἐχώρει τὰ πράγματα· ἐπεὶ δὲ τὴν Ἀσίαν μικροῦ πᾶσαν ὑπέταξε, διεπεραιώθη δὲ καὶ πρὸς τὴν Εὐρώπην σὺν οὐκ ἀγεννεῖ τῷ φρονήματι μηδένα ἐμποδὼν εὑρηκώς, ἀνὴρ ἅτε δὴ οὐκ ἐκ λόγων καὶ παιδείας ὁρμώμενος, βαναύσου δέ τινος καὶ ἀγυρτικῆς ὁμιλίας, ἐξῆπτο ἤδη καὶ ἐπεφύσητο καὶ τῶν ἑαυτοῦ ἐξέπλει φρενῶν, πρὸς ἔρωτάς τινας καὶ γάμους οὐ σωφρονικοὺς διὰ τῆς καθ' ἡμέραν μέθης καὶ βακχείας ἀγόμενος καὶ αὐξανόμενος. Ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τῆς τῶν πραγμάτων τούτων συντελείας δίδομεν καὶ D ἄλλοις ἄλλως ἐννοεῖν, ὅτε μὴ τοῖς ἡμετέροις βούλωνται ἐξακολουθεῖν. Πλὴν περὶ μὲν τούτων αὐτάρκως. Καὶ οἱ ἐκ Βύζης δὲ ἐφ' ἑτέρας ταχέως ἐγένοντο γνώμης, ὑφορώμενοι τὸν προεστῶτα κίνδυνον· ἅμα γὰρ τῷ πυθέσθαι τὰ κατὰ τὸν Θωμᾶν ἀτυχήματα, ἐφ' ὁμοίαις πράξεσι τὰ ὅμοια πεποιηκότες τὸν Ἀναστάσιον ἤγαγον δεδεμένον χεῖρας καὶ πόδας. Ταυτὰ [73] δὲ καὶ οὗτος [δέ τε] πεπονθέναι βιαζόμενος τῷ πατρὶ τὸν βίον μετήλλαξεν.

κ'. Οὐ μὴν ἐπαύοντο τούτων οὕτω καθυπαντησάντων κατὰ Θρᾴκην πόλεις παράλιοι, τό τε Πάνιον καὶ Ἡράκλεια, τὰ τοῦ τυράννου φρονῆσαι· τοσοῦτου

VARIÆ LECTIONES.

[72] ἀληθῶς βασιλεύς? [73] ταῦτα P.

ἄρα μῖσος κατὰ τοῦ Μιχαὴλ πᾶσιν ἐνέφυ καὶ ἐξ ἄλλων μὲν ἴσως, πολλῷ δὲ πλέον ἐκ τοῦ μὴ βούλεσθαι τὸν [74] κατὰ τῶν [P. 45] θείων εἰκόνων ἀναῤῥιπισθέντα καταλῦσαι. Πλὴν ταύταις πλησιάσας, τοῦ μὲν σεισμοῦ ἐπιγινομένου [75] καὶ τοῦ τείχους τοῦ Πανίου καταβληθέντος ἡ εἰς αὐτὸ πάροδος ἀκμητὶ γέγονε τῷ Μιχαήλ· ἡ δ' Ἡράκλεια καὶ ὡς ἀντέχουσα, ὅμως τῶν ἐκ τῆς θαλάττης μερῶν καταχυριευθεῖσα, ἁλίσκεται καὶ αὕτη ἀναιμωτί, καὶ τοῦ φρονεῖν τὰ τοῦ τυράννου ἀπαλλάττεται, πίστεις δεδωκυῖα τῷ βασιλεῖ.

Καὶ τὰ μὲν κατὰ Θωμᾶν συμβεβηκότα τοιοῦτον ἔσχε τέλος ἐκ τῆς εἰρημένης ἀρχῆς, καὶ οὕτω τροπαιοφόρος ὁ βασιλεὺς ἐκ τῶν κατ' ἤπειρον ἔρχεται πόλεων, οὐδὲν ἕτερον ἀπὸ στασιωτῶν ἐννοήσας ἢ ἐπὶ τῆς ἁμιλλητηρίου θέας ἐπὶ τούτῳ γεγενημένης ὀπίσω τὼ χεῖρε δεδεμένους ποιῆσαι διελθεῖν καὶ ὑπερορίους τοὺς αἰτιωτάτους γενέσθαι.

Αὐτίκα γοῦν καὶ πρὸς Χοιρέαν, ἔτι γε μὴν καὶ πρὸς Γαζαρηνὸν τὸν Κολωνιάτην, ἀνθρώπους μὲν ὄντας καὶ πιστὰ φυλάττοντας τῷ Θωμᾷ, κατέχοντας δὲ τὸν μὲν τὴν Καβάλαν τοῦ Χοιρέα, τοῦ Γαζαρηνοῦ δὲ τὴν Σανιάναν, καὶ πολλὰς ἐκεῖθεν ποιούντων καταδρομάς, καὶ λῃστρικῶς ζῶντάς τε καὶ τυραννικῶς, χρυσοβούλλιον ἐκπέμπει ὁ Μιχαήλ, τιμὰς μεγάλας τὰς τῶν μαγίστρων καθυπισχνούμενος καὶ ἀμνηστίαν κακῶν, καὶ δῆλον τὸν τοῦ Θωμᾶ θάνατον τούτοις ποιῶν. Ἀλλ' ἐκείνους μὲν οὐκ ἔπεισεν ὁ ἀποσταλεὶς, ἀλαζόνας ὄντας τε καὶ ἀτίθασσον κεκτημένους ψυχήν· ἑτέρους δέ τινας τῶν ὑποβεβηκότων κλέψας καὶ πρὸς τὴν τοῦ βασιλέως πίστιν μεταθεὶς ἔπεισεν ἐξελθόντας [76] πρὸς τὰς συνήθεις λῃστείας ἀποκλεῖσαι τούτοις τὰς τῶν τειχῶν πύλας καὶ λόγου καταλελοιπέναι χωρίς. Ὅπερ καὶ γέγονεν. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν ὡς εὗρον κεκλεισμένας τὰς πύλας, τὴν ἐπὶ Συρίαν ἔσπευσαν διανῦσαι ὁδὸν, τῷ φόβῳ βαλλόμενοι. Ζῶντες δὲ ὅμως ἁλόντες τῷ ξύλῳ ἐξήρτηνται καὶ τοῦ βίου ἔξωθεν γίνονται. Ἄξιον δὲ μηδὲ τοῦτο παραδραμεῖν, ὅπως ὁ Γαζαρηνὸς προδέδοτο καὶ τῶν τειχῶν ἀπεκέκλειστο. Ἄνδρα τινὰ ἄγροικον ὁ ἀποσταλεὶς δεξιωσάμενος φωνῆς ἐπιμελούμενον καὶ ταῖς ᾠδαῖς τερπόμενον ἐμμελῶς ταῖς ἀνειμέναις ταύταις καὶ ἀγροικικαῖς, μέλος τι ἔπλεξεν πρὸς τὸν ἐκείνου οἰκονόμον ἔχον τὴν ἀναφοράν. Ἦν δὲ αὐταῖς λέξεσιν οὕτω· *Ἄκουσον, κῦρι οἰκονόμε, τί λέγει Γυβέριν· Ἐάν μοι δῷς τὴν Σανιάναν, μητροπολίτην σε ποιήσω καὶ Νεοκαισάρειαν* [P. 46] *σοι δώσω.* Τοῦτο πολλάκις ᾀδόμενον ἐν αἰσθήσει τοῦτον γενέσθαι τὸν οἰκονόμον πεποίηκεν. Ὅθεν ὡς ἔγνω τὸν νοῦν τε καὶ τὴν τῶν πραγμάτων ἀναφορὰν, ἐξελθόντος ποτὲ τοῦ Γαζαρηνοῦ ἔκλεισεν κατ' αὐτοῦ τὰς πύλας καὶ τοῦτον ἔξωθεν ἐγκατέλιπεν. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν ὑπερνεφῶν τούτων πολιχνίων, καὶ οὕτω τούτων ἡ πάλιν ὑπὸ τοῦ Μιχαὴλ κατάληψις.

κα'. Οὐκ ἔμελλε δὲ ἄχρι τούτων ἡ φορὰ στήσεσθαι τῶν κακῶν, ἀλλὰ τῶν δύο ἠπείρων, Ἀσίας φαμὲν καὶ Εὐρώπης, ἐν θυμῷ Κυρίου οἷόν τινος κεφαλῆς

A chaeli resistebant: tantum nimirum omnium animis illius insederat odium, tum forte aliis ex causis, tum præcipue quod suscitatam adversus sacras imagines persecutionem sopire nolebat. Ubi tamen ad illas accessit, disjectis terræ motu Panii muris, nullo negotio in ipsum Michaeli ingressus patuit. Heraclea vero quanquam resistebat, a maritimis ipsa partibus expugnata, nulla civium strage capitur, dataque imperatori fide studere tyranno desinit.

Hic rerum Thomæ finis ex tali principio fuit; sicque Michael triumphans ex continentis urbibus rediit. In socios autem defectionis Thomæ nihil acerbius statuit quam quod Circensium spectaculo in eam rem constituto manibus a tergo revinctis B eos circumduci, ac qui maximorum rei scelerum essent, exsilio solum vertere jussit.

Mox quoque ad Chœream, necnon ad Gazarenum Colonistem, Thomæ quondam domesticos eique constanter servantes fidem (tenebat alter, **72** nempe Chœreas, præsidio Cabalam, alter, nempe Gazarenus, occupabat Sanianam; ex quibus præsidiis crebras illi excursiones habebant, latronumque more ac tyrannice vivebant) auream bullam, imperatorium scilicet diploma, mittit Michael, magistrorum honore præcipuo se illos evecturum pollicitus ac impunitatem daturum, Thomam jam exstinctum significans. Verum nuntius ab imperatore missus homines arrogantes ac præfracto C animo ad officium revocare non potuit: corruptis tamen quibusdam præsidiariorum sub illis merentibus inque imperatoris fidem traductis, suadet ut ad solitas populationes prædasque agendas egressis murorum portas claudant ac nec responso dignatos relinquant. Sicque adeo contigit. Illi clausas portas nacti indeque perterriti in Syriam fuga contendunt. Vivi tamen capti eque ligno suspensi vita extruduntur. Neque vero omittendum reor, quo se modo habuerit Gazareni proditio, et ut sit muris exclusus. Michaelis legatus rusticum quemdam vocis modulantiam affectantem solutisque ac rusticano more compositis canticis sese oblectantem cum humaniter excepisset, carmen quoddam contexuit, quo Gazareni œconomum alloqueretur, cujus hic ad D verbum tenor. *Audi, domine œconome, quid dicat Gyberi. Si Sanianam dederis, faciam te metropolitam et Neocæsaream tibi concredam.* Dum hæc sæpius cantillat, œconomo mentem aperit, ut rem intelligat. Cum igitur sensum perspexisset ac quid verba illa designarent animadvertisset, **73** egresso quandoque Gazareno portas claudit et foris hominem reliquit. Hactenus quod attinet ad duo illa oppida ipsis propemodum nubibus minitantia, et ut illa rursus a Michaele in fidem recepta sint.

21. Neque vero malorum vis atque impetus hoc cardine erat sistendus: sed cum duæ continentes, Asia scilicet et Europa, veluti caput et cauda divini

VARIÆ LECTIONES.

[74] deest διωγμὸν vel πόλεμον. Combef. [75] τῇ μὲν σεισμοῦ ἐπιγενομένου? [76] ἐξελθόντων?

numinis indignatione (quanquam ipsi non intellexerant) cædibus, incendiis, terræ motibus, rapinis, civilium motuum injuria, excursionibus ac vastitate, insperatis urbium mutationibus, signis e cœlo, signis ex aere castigatæ fuissent, postremo miseras quoque insulas, velut instrumenti musici mesen quamdam, ut totius corporis plaga communis esset, mala invaserunt. Verum corrigi non poterant qui Dei hominis effigiem colendam negavissent. Quo igitur tempore Thomas res novas moliri cœperat, rei fama in omnes late partes perlata Agareni occidui Iberiæ sinus incolæ, Oceano finitimi, quos jampridem mutata nominis appellatione Hispanos vocant, copiosa aucti hominum multitudine, suumque illud Hesperium latus gracile parumque fertile ac opulentum sentientes, cui denique plurimum de soli ubertate ac bonitate deesset; quia et eodem vitio laborare orientalem quoque Iberiæ ac meridionalem plagam: non enim tota bonis terræ dotibus pollet aut satis ferax est: occidua tamen plaga, uti diximus, reliqua squallidior est minusque 74 ferax ac gracilior, ideoque ipsis alendis ac procurandis non sufficiens, justa corporis mole præditis, ac quos necesse sit commeatus abundantia adolescere, non ejus penuria. Hi igitur ad Apochapsum gentis amerumnam accedentes rogabant, *Ut coloniam ipsis ducere liceret atque alio commigrare, qui ob multitudinem anguste habitarent, ac quos necessariarum rerum inopia premeret*. Princeps statim magnis instructis navibus justisque eis copiis impositis, celato adhuc consilio, ad Orientis insulas, quæ nostræ ditionis erant, interim prædatum educit, tum subditis rem gratam præstiturus, quorum cupiditatem alienis opibus satiaret, tum adeo exploraturus num quæ fertili solo ac opimo insula occurreret, in quam commode suorum coloniam duceret. Postquam igitur ad multas insulas appulsus neminem sibi resistentem majoresve aut minores naves opponentem invenit (omnes enim omni orbatæ præsidio erant, eo quod omnis classis earum præsidio constituta suppetias Thomæ adversus Cpolim adnavigarat), ingentique præda ex omnibus, ad quas appulsus fuerat, insulis potitus, in Cretam quoque venit, quam deprædatus ac populatus quantum ei licebat, cum omni ex parte soli bonitatem deprehendisset, et quantopere ad omnem venustatem frugumque ubertatem fertilis esset: *En*, ait, *non est hæc alia quam terra fluens lacte et melle*. Ac tum quidem navibus omnis generis præda oneratis 75 domum rediit; reversusque validam ac ingentem classem instruit. Exeunte porro hieme vereque ineunte, quadraginta navium classe bellicosis hominibus onerata, captatoque secundo vento, recta in Cretam, aliis spretis insulis, contendit. Jam ergo appulsus erat, et ad promontorium quod Characem vocant exscensum fecerat. Cum

A καὶ οὐρᾶς, εἰ καὶ μὴ συνίεσαν, παιδευθέντων φόνοις, ἐμπρησμοῖς, σεισμοῖς, ἁρπαγαῖς, ἐμφυλίοις καταδρομαῖς, πόλεων ἀνελπίστοις μεταβολαῖς, σημείοις ἐξ οὐρανοῦ, σημείοις ἐξ ἀέρος, τέλος καὶ ταῖς ταλαιπώροις νήσοις οἷόν τινα μέσην, ἵν' ὁλόσωμος εἴη ἡ πληγή, ἐπέδραμε τὰ δεινά. Ἀλλ' οὐκ ἦν παιδεῦσαι τοὺς τὴν θεάνθρωπον ἐξηρνημένους μορφὴν προσκυνεῖν. Ὅθεν ἄρτι δὴ τοῦ κατὰ τὸν Θωμᾶν ἄρξαντος νεωτερισμοῦ, ἐπεὶ ταῦτα ἠκούετο [77] πανταχοῦ, οἱ τὸν ἑσπέριον κόλπον τῆς Ἰβηρίας τῷ Ὠκεανῷ γειτονοῦντες Ἀγαρηνοὶ κατοικοῦντες (Ἱσπάνους τούτους ὁ πολὺς ῥεύσας χρόνος μετωνόμασεν), εἰς πλῆθος σωμάτων καὶ εὐθηνίαν τοῦ γένους ἐξηλακότες, τὴν κατ' αὐτοὺς ἑσπέριον πλευρὰν λυπρὰν οὖσαν καὶ μετρίως εὐδαίμονα ὁρῶντες, καὶ λειπομένην μὲν B τῆς πρὸς γῆν ἀρετῆς καὶ ἀφθονίας κατὰ πολύ, ἐνδέουσαν δὲ καὶ πρὸς αὐτὸ τοῦτο [78] ἑῷον τῆς Ἰβηρίας καὶ νότιον (οὐ γὰρ ἅπασα πρὸς πᾶσαν γῆς ἀρετὴν ἐπιτηδεία καὶ εὔφορος, ἀλλὰ τὸ τῆς ἑσπερίου πλευρᾶς, ὡς εἴρηται, αὐχμηρόν τε καὶ λυπρότερον τῆς λοιπῆς), καὶ διὰ τοῦτο οὔτε τρέφειν δυναμένης αὐτοὺς καὶ διοικεῖν ἄνδρας σώμασιν εὐμεγέθεσι χρωμένους καὶ ἀγαθῶν εὐφορίᾳ ἀλλ' οὐκ ἐνδείᾳ αὐξανομένους [79], οὗτοι γοῦν προσελθόντες Ἀπόχαψ τῷ ἑαυτῶν ἀμερμουμνῇ *ἀποικίαν τινὰ καὶ γῆς μετανάστασιν ᾔτουν αὐτοῖς γενέσθαι, πλήθει τε στενοχωρουμένοις καὶ ἀναγκαίων σπάνει πιεζομένοις*. Ὁ δὲ πλοῖά τινα ἐπισκευάσας μακρά, καὶ δύναμιν οὐκ ὀλίγην ἐξ αὐτῶν τούτων ἐμβιβάσας, ἐπὶ λῃστείαν τέως, λανθάC νουσαν ἔχων τὴν ἔννοιαν, τῶν πρὸς τῇ ἕῳ κειμένων νήσων καὶ ἡμετέρων τυγχανόντων ἐτράπετο, ὁμοῦ μὲν τὸ αὐτοῖς ἐπιθυμούμενον ἐκπληρῶν καὶ ἐκ τῶν ἀλλοτρίων τούτους προσκορεννύς, ὁμοῦ δὲ κατασκεψόμενος [80] εἴ τις ἔστιν οὕτως εὔφορος τῶν νήσων καὶ λιπαρὰ εἰς μετοικίαν αὐτῶν. [P. 47] Ἐπεὶ γοῦν πολλαῖς τῶν νήσων πλησιάζων τὸν ἀντιπαρατατττόμενον μικρῷ ἢ μεγάλῳ πλοίῳ οὐχ εὕρισκεν (ἐχηροῦντο γὰρ πᾶσαι τῆς αὐτῶν βοηθείας, ἄρτι κατὰ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐκβοηθουσῶν καὶ πλεουσῶν μετὰ τοῦ Θωμᾶ), μεγάλας δὲ ὠφελείας ἐκ πασῶν, αἷς καὶ προσώρμιζεν, ἐκαρποῦτό τε καὶ ἐλάμβανεν, ἧκε καὶ πρὸς τοὺς Κρηταιεῖς, καὶ τούτους καταδραμὼν καὶ λείαν ποιήσας καὶ ἀνδραποδισάμενος, ὡς ἐνῆν, καὶ πάντοθεν καταμαθὼν τὴν τῆς γῆς ἀρετήν, D καὶ πῶς εἴη πρὸς πᾶσαν χάριν καὶ ἀγαθῶν εὔφορος ἀφθονίαν, *Τοῦτο*, ἔφη, *γῆ οὐκ ἄλλη ἢ ἡ ῥέουσα μέλι καὶ γάλα*. Καὶ τότε μὲν παντοίων γενόμενος ἀγαθῶν [81] ἀπῄει τὴν οἴκαδε, καὶ πάσῃ χειρὶ καὶ δυνάμει ναυτικὸν ἐξήρτυεν· ὡς δ' ὁ χειμὼν ἐτετελείωτο καὶ τὸ ἔαρ ὑπέλαμπεν, τεσσαράκοντα πληρώσας ναῦς ἀνδρῶν μαχίμων καὶ ἐπιτήδειον ἄνεμον ἐπιτηρήσας τὴν ἐπὶ Κρήτην ἐστέλλετο εὐθυπορῶν, τὰς ἄλλας τῶν νήσων θέμενος εἰς οὐδέν. Ἄρτι γοῦν ἐπλησίαζε, καὶ τῷ ἀκρωτηρίῳ τῷ Χάρακι καλουμένῳ κατήγετό τε καὶ προσωρμίζετο. Ὡς δ' οὐδὲν οὔτε κατὰ τὴν καταγωγὴν οὔτε κατὰ τὴν ἀπόβασιν ἐφάνη τούτοις

VARIÆ LECTIONES.

[77] ἤκουστο margo Combef. [78] τοῦτο] τό? [79] αὐξαμένους P. [80] κατασκεψάμενος P. [81] τὸν στόλον ἐμπεπληκὼς ἀγαθῶν Cedrenus.

τῶν ἀπευκτῶν, ἀλλὰ καὶ πρὸς λείας χωροῦσι καὶ πρὸς ἁρπαγὰς εὐχερῶς τὰ τῆς ἐπιβολῆς τε καὶ ἐπιχειρήσεως ἐπεραίνετο, τοὺς μὲν ἐπιτηδείους εἰς τὰς συνήθεις προνομὰς ἀπέστελλε δουλαγωγήσοντας τοὺς ἐχθρούς, αὐτὸς δὲ τοὺς λοιποὺς ἔχων, ἄρτι δὴ τοῦ πνεύματος ἐπακμάζοντος κἀκείνων ἅμα πόῤῥωτέρω σταδίων δέκα ἢ δεκαπέντε γενομένων, πῦρ ἐμβαλὼν ταῖς ναυσὶν ἁπάσας κατέφλεξε, φεισάμενος τὸ παράπαν οὐδεμιᾶς. Τέως μὲν οὖν τῷ παραδόξῳ τοῦ πράγματος καταπλαγέντες ἅπας δὴ ὁ στρατὸς (καὶ γὰρ ἐπαλινόστουν εὐθέως) ἐκδειματούμενοι τὴν αἰτίαν ἐπυνθάνοντο καὶ εἰς λόγους ἦλθον νεωτερικούς. Ἐπεὶ δὲ κατήκουσαν ἃ πάλαι ὠδίνοντο [82], ὡς *Αὐτοί τε τούτων ὑμεῖς* [83] *ἀποικίαν ζητοῦντες καὶ γῆν ἀγαθήν, ἐμοί τε ταύτης οὐδετέρα κρείττων νενόμισται, εἰς* [84] *ταύτην ἦλθον ὁδὸν ὑμῖν τε ἀγαθὰ προξενῶν καὶ ἐμὲ τῆς ἐξ ὑμῶν ἀπαλλάττων ὀχλήσεως.* Ὡς δὲ καὶ γυναικῶν ἐμέμνηντο καὶ παίδων οὐκ ὠλιγώρουν, *Καὶ γυναῖκες*, ἔφη, *ὧδε ὑμέτεραι αἱ αἰχμαλωτιζόμεναι, καὶ παῖδες οὐ μετὰ μικρὸν* [85] *ἐξ αὐτῶν.* Ὅθεν τοῖς τοιούτοις κατασιγασθέντες λόγοις, καὶ ἀποδοχῆς ἄξια κρίναντες τὰ λεγόμενα, τάφρον μὲν ἤγειραν πρῶτον βαθεῖαν, καὶ χάρακα ἐν ταύτῃ καταπήξαντες, ἔνθα καὶ νῦν λαβὼν τὴν ἐπωνυμίαν ὁ τόπος σώζει τὴν προσηγορίαν, Χάνδαξ ὀνομαζόμενος, ἐκεῖσε διενυκτέρευον, φυλακάς τε τὰς προσηκούσας ποιούμενοι καὶ τὰς ὠφελείας αὐτῶν ἐκεῖσε ἀποθησαυρίζοντες.

κβʹ. Χρόνος δὲ ἐῤῥύη πολὺς οὐδαμῶς, καὶ πάντα τὸν βασιλέα ἡ φήμη ἐδίδαξε. Καὶ δὴ τὸν πρωτοσπαθάριον Φωτεινόν, [P. 48] πρόπαππον μὲν Ζωῆς τῆς ἐν μακαρίᾳ τῇ λήξει θεοστέπτου Αὐγούστης τυγχάνοντα, στρατηγοῦντα δὲ τηνικαῦτα τῶν Ἀνατολικῶν, τὰ τῆς Κρήτης ἅπαντα διοικεῖν προεβάλετο· ὃς ἐκεῖσε παραγενόμενος, καὶ τῶν μὲν γενόμενος θεατής, τῶν δὲ καὶ ἀκροατής, τρανότερον ἀνεδίδασκε τὸν Μιχαὴλ τὰ πραττόμενα, καὶ δύναμίν τινα ἠξίου ἐκπέμπειν τὴν ἐκεῖθεν ἀποσοβήσουσαν τοὺς ἐχθρούς. Δαμιανὸν γοῦν κόμητα ὄντα τοῦ βασιλικοῦ ἱπποστασίου καὶ πρωτοσπαθάριον μετὰ πολλῆς δυνάμεως καὶ παρασκευῆς ὁ βασιλεύων ἀπέστειλεν εἰς βοήθειαν τοῦ στρατηγοῦ Φωτεινοῦ· οἳ καὶ ἑνωθέντες τὸν μὲν κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν πόλεμον ἔστησαν, εἰς οὐδὲν δὲ χρήσιμον τὸ τέλος ἐνέσκηψεν. Αὐτός τε γὰρ ὁ προῤῥηθεὶς Δαμιανὸς κατὰ τὴν εἰσβολὴν τῆς μάχης εὐθὺς τραυματίας πεσὼν καὶ σφαγῇ παραδοθεὶς τοὺς λοιποὺς οὐ νικᾶν καὶ μένειν ἀλλὰ φεύγειν ἐποίησεν ἡττημένους· καθ' ἣν τροπὴν καὶ ὁ Φωτεινὸς ἐν μονηρίῳ μόλις διασώζεται πρὸς τὴν Δίαν, καὶ τῷ βασιλεῖ τῶν πραχθέντων αὐτάγγελος γίνεται. Ἀλλ' οὗτος μὲν ἐπεὶ διὰ τιμῆς ἦγετο παρὰ τοῦ βασιλέως ἀεί, τὴν τῆς Σικελίας στρατηγίδα αὖθις τῆς Κρήτης ἀλλάσσεται.

κγʹ. Τοῖς δ' Ἱσπανίοις ἔτι πως ἐν ταραχῇ καὶ μερίμνῃ διάγουσιν ἀνήρ τις ἐκ τῶν ὀρέων τῆς νήσου ἐπικαταβὰς μονάστης ἄλλον ἔφησεν εἶναι τόπον αὐτοῖς ἐπιτηδειότερον πρός τε πολίσματος κτίσιν καὶ

autem nec in appulsione nec exscensione triste aliquid accidisset, jamque libere prædas agerent ac excurrerent, facilis visa aggressio est explendique consilii ratio. Viros idoneos ex more populatum mittit prædamque acturos; ipse cum reliquis, ubi isti paulo longius, ad decem circiter quindecimve stadia, processerant, vento etiam invalescente, injecto igne omnes ad unam naves incendit. Quo subito conflagrantis classis spectaculo perterritus omnis exercitus tum illico ad castra reverti cœpit, tum ferocius ejus tanti facinoris rationem reposcere. Ad quos dux: *Factum est*, inquit, *quod vos pridem parturiebatis. Vos ipsi nobis rei auctores fuistis, qui coloniam ac terram bonam quæsieritis. Ad me quod attinet, hac præstantiorem nullam existimavi. Hocque adeo iter suscepi, ut et vobis bona pararem et vestræ me interpellationis molestia liberarem.* Cum autem etiam uxorum meminissent nec liberorum negligendam curam, respondit Apochapsus, *In promptu sunt uxores, mulieres captivæ, et quos* **76** *ex illis brevi suscepturi estis liberos.* His itaque verbis sedati, eaque digna approbatione rati, altum primo ducunt aggerem, vallumque jacientes (unde et locus inditum cognomentum hactenus retinet, Candax appellatus) illic pernoctabant, consuetas excubias habentes omnesque suas opes et facultates ibi reponentes.

22. Non longum fluxerat tempus, cum omnis ejus molitionis fama ad imperatoris aures pervecta est. Is itaque Photino protospathario, felicis recordationis Zœs a Deo coronatæ Augustæ proavo, Orientalium per id tempus duci, summam rei ad Cretam spectantis commisit. Quo ille profectus, ac cum alia oculis ipse lustrasset, tum aliis referentibus alia accepisset, quæ gererentur imperatori clarius declaravit, viresque aliquas ad hostes inde profligandos ab urbe mitti rogavit. Damianum itaque sacri stabuli comitem ac protospatharium cum ingenti exercitu et apparatu Photino duci imperator suppetias mittit. Conjunctis illi viribus adversus Agarenos bellum instruunt; nec tamen eo conatu commodum aliquid parturiunt. Quem enim dicebam, Damianus primo statim congressu accepto vulnere cadens atque jugulatus reliquis non victoriæ durandique fortiter certaminis, sed fugæ ac cladis auctor fuit. Eaque fuga Photinus conscensa celoce, **77** ad Diam vix sospes evadens, ipse imperatori cladis acceptæ nuntius exstitit. Imperator, quod virum magnifice coleret, pro Creta Siciliæ cum imperio illum præesse jussit.

23. Porro Hispanos adhuc inter curas fluctuantes monachus quidam ex insulæ montibus degressus commodiorem alium locum esse monet, ubi urbem condant uberioreque fruantur annona ac tuti con-

VARIÆ LECTIONES.

[82] ὠδύνοντο H. [83] ὑμεῖς] αἴτιοι ὑμεῖς? [84] εἰς] ὥστε εἰς? [85] μακρὸν?

sistant. Tunc simul eos assumens Candacem ostendit, ubi etiamnum illorum urbs condita exstat: ejusque tunc præses Apochapsus fuit. Inde ergo velut ex quadam arce profecti, cum insulam totam tum vicinas quasdam alias regiones excursionibus vastabant, ut et illic sedes ponerent veteresque inquilinos ac cives servituti addicerent. Ipsius Cretæ urbes novem supra viginti ipsi atque pedites cepere. Ex eo tempore una duntaxat immunis ab expugnatione illæsaque mansit verbo quidem subjecta, quæ tamen ritus suos ac Christianam religionem servaret. Tunc sane et Cyrillus Gortynæ episcopus, eo quod ut Christum negaret induci non potuerat, quasi victima innocens jugulatus est; cujus et sangnis, velut Abelis seu etiam Zachariæ, ad Deum clamat, nihil mutatus perseverans. Ex ejus sepulchro cum fideles spongiis quibusdam expressum oleum libere hauriant, tingentem tamen colore sanguinem mutare non valent. Exstant vero ibi etiam alii loculi, ac cum aliorum plurium, qui tum pro Christo martyrium **78** sumpserunt, tum inclytorum decem martyrum erecta sepulcra sunt. Sic ergo et per hoc tempus talique occasione Cretenses de medio Christianorum sublati sunt.

24. Cæterum Michael vix tandem circumdantibus eum ac conterrentibus solutus hostibus, eorumque metu liberatus, cum ad Deum converti recteque factis placabilem eum ac propitium reddere oporteret, secus, velut a se ipso non Dei nutu salutem consecutus, contra ac publica jura legesque habeant, vitæ suæ rationes instituit. Proinde uxore mortua, cum eam vulgi opinionem ambiret ut illius implacabili luctu eum affici putarent, secretis tamen occultisque monitis cum senatu agit ut se ad nuptiarum fœdera iterum inducant, nec verbis solum suasoriis cum ipso agant, sed et cogant vimque facturos minitentur, nisi is omnino rem præstiterit, *Ostendant non posse imperatorem cœlibem vivere, quo fiat ut illorum uxores domina atque Augusta careant.* Ita igitur fictis eorum sermonibus ad extremum cessit, quanquam fieri non poterat ut non tandem tempore fabula nudaretur. Ac primum chirographo subditos obstringit, fidemque exigit, ea se præstituros quæ nec fiant nec esse unquam possint, ejus futuram uxorem et quos ex illa susceperit liberos, cum e vivis excesserit, omnino defensuros, sed et tum illos imperatores tum ipsam quoque, ut par est, dominam habituros. Adeo non in hoc modo ævo sed post suam quoque mortem se imperaturum **79** existimabat, cum ex Deo (non tanquam ex illorum penderent manu) cuncta speranda forent; *Per quem reges regnant et tyranni tenent terram* [d]. Cæterum morem gerit illi senatusconsulto, unus ipse omnis terræ dominans; quique castitatis propositum ini-

A τῆς λοιπῆς διαρκείας καὶ ἐπικρατείας αὐτῶν. Καὶ ἅμα λαβὼν τὸν Χάνδακα τούτοις ἐπέδειξεν, ἔνθα καὶ νῦν ἔκτισται ἡ πόλις αὐτῶν· καὶ ἡγεμὼν αὐτῆς ὁ Ἀπόχαψ τότε ἐγεγόνει αὐτῆς. Ἐκ ταύτης οὖν οἱόν τινος ἐξ ἀκροπόλεως ὁρμώμενοι πᾶσάν τε ταύτην τὴν νῆσον κατέτρεχον καί τινας τῶν παρακειμένων οὐκ ἔλαττον, ὡς καὶ ἐν αὐταῖς ἐγκατοικῆσαι, αὐτοὺς τοὺς οἰκήτορας καὶ αὐτόχθονας δουλωσάμενοι. Καὶ πόλεις δὲ Κρήτης ἐννέα πρὸς ταῖς εἴκοσιν εὔζωνοί τε καὶ πεζοὶ ᾐχμαλώτευσαν, μιᾶς ἔκτοτε μόνης παραμεινάσης ἀναλώτου καὶ ἀπαθοῦς, καὶ λόγῳ μὲν ὑποταγείσης, τὰ ἑαυτῶν δὲ ἔθιμα καὶ τὸν Χριστιανισμὸν φυλαττούσης ἀλώβητον. Τότε καὶ Κύριλλος ὁ Γορτύνης πρόεδρος, ἐπεὶ μὴ τούτοις εἰς ἄρνησιν ἐχώρει Χριστοῦ, ὡς ἱερεῖον ἄμωμον ἐσφαγίαστο· οὗ B καὶ τὸ αἷμα βοᾷ μένον ὡς τοῦ Ἄβελ ἢ καὶ Ζαχαρίου πρὸς τὸν Θεὸν ἀναλλοίωτον· καὶ μύρον μὲν ἐκεῖθεν ἔστιν ἀρύσασθαι τοῖς πιστοῖς σπόγγοις τισὶν ἐναποματτόμενον, τὴν δὲ βαφὴν τοῦ αἵματος ἀλλοιῶσαι οὐ πρόσεστιν. Προσέτι μὴν αὐτόθι σοροὶ καὶ τάφοι ἀνεγήγερται ἄλλων τε πολλῶν τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ τότε μαρτυρησάντων καὶ τῶν δέκα περιωνύμων μαρτύρων. [P. 49] Τοιούτῳ γοῦν τρόπῳ καὶ κατὰ τοῦτον ἀνηρπάσθησαν τὸν καιρὸν ἐκ μέσου τῶν Χριστιανῶν οἱ Κρηταιεῖς.

κδ'. Ἐπεὶ δὲ ὀψὲ καὶ μόλις τοὺς περικυκλοῦντας τοῦτον ἐχθροὺς καὶ περικτυποῦντας ὁ Μιχαὴλ ἀπεσείσατο, δέον πρὸς Θεὸν τραπέσθαι καὶ τοῦτον ἐξευμενίσασθαι, ἵλεω διὰ τῶν ἔργων ποιῶν, ὁ δὲ τοὐναντίον C ἢ ὡς οἱ πολιτικοὶ θεσμοὶ βούλονται, ὡς οὐ παρ' αὐτοῦ ἀφ' ἑαυτοῦ δὲ σωθείς, ἔπραττέ τε καὶ ἐπεπολίτευτο. Τῆς γαμετῆς γοῦν τελευτησάσης αὐτοῦ, καὶ δόξαν θέλοντος κατασχεῖν τῶν πολλῶν ὡς πένθος ἄληστον ἔχει αὐτῆς, τὴν σύγκλητον ἐποίει διά τινων μηνυμάτων κρυφίων καὶ μυστικῶν αἱρήσασθαι τοῦτον πεῖσαι γυναικὶ αὖθις ζευχθῆναι, καὶ οὐ παρακαλέσαι μόνον πρὸς τοῦτο ἀλλὰ καὶ βιάσασθαι, καὶ εἰς ἐπανάστασιν, εἰ μὴ τοῦτο γένηται, χωρῆσαι αὐτούς· *Οὐ γὰρ ἔστιν οἷον γυναικὸς ἄνευ φάσκειν βασιλέα τε ζῇν καὶ τὰς ἡμετέρας στερεῖσθαι γαμετὰς Δεσποίνης καὶ βασιλίδος.* Ἐπέπειστο γοῦν ὀψὲ διὰ τῶν ἐπιπλάστων λόγων, οὓς τῷ χρόνῳ λαθεῖν οὐκ ἦν· καὶ πρῶτον μὲν χειρόγραφα ὑπὲρ τῶν μήτε ὄντων μήτε ἐσομένων πᾶσαν ἀπῄτει χεῖρα, ὡς D αὐτήν τε τὴν ἐσομένην αὐτῷ γαμετὴν καὶ τὰ ἐκ ταύτης ἔκγονα ὑπερασπίζειν καὶ ὑπερμαχεῖν μετὰ τὸν αὐτοῦ μὴ παύσαιντο θάνατον, ἀλλὰ κἀκείνην τε μετ' [84] ἐκείνους βασιλέας ἔχοιεν καὶ δέσποιναν, ὡς εἰκός. Οὕτως οὐ τοῦ κατ' ἐκεῖνον ἀλλὰ καὶ τοῦ μετ' αὐτὸν ᾤετο κατακρατήσειν αἰῶνος, δέον πάντα ἐκ Θεοῦ ἀλλ' οὐκ ἐκείνων ἀναρτῆσαι χειρί, *Δι' ὃν βασιλεῖς βασιλεύουσι καὶ τύραννοι κρατοῦσι γῆς.* Πλὴν ὑπέκυπτεν ὁ πάσης κυριεύων γῆς προστάγματι τῷ συγκλητικῷ, καὶ συνάψεσθαι ἄκων ἠνείχετο ὁ σώφρονα βίον ἀνῃρημένος. Ἤγετο οὖν πρὸς γάμον

[d] Prov. VIII, 15.

VARIÆ LECTIONES.

[84] μετ'] καὶ ?

ου τήνδε ἢ τήνδε, ἀλλὰ γυναῖκά τινα πάλαι τὸν κόσμον καὶ τὰ αὐτοῦ ἀποστέρξασαν, Χριστῷ δὲ νυμφευθεῖσαν καὶ ἀσκήσεσιν ἐκ παιδὸς κατὰ τὴν ἐν Πριγκίπῳ νήσῳ μονὴν σχολάσασαν καὶ προσανέχουσαν τῷ Θεῷ· Εὐφροσύνη ταύτης ἡ κλῆσις, καὶ πατρὸς ἐσεμνύνετο Κωνσταντίνου εἶναι, δικαίᾳ κρίσει τὴν τύφλωσιν ὑπομεμενηκότος παρὰ μητρός. Ταῦτα μὲν ἐξεπέραινεν, καὶ ἵλεω δι' αὐτῶν οὐ μόνον οὐκ ἐποιεῖτο ἀλλὰ καὶ παρώργισε τὸν Θεόν.

κε'. Καὶ κατὰ τῶν τὴν Κρήτην δὲ καταλαβόντων καὶ λυμαινομένων αὖθις ἐπαποστέλλει στρατόν· Κρατερὸς ὄνομα τῷ στρατηγέτῃ, ὃς τηνικαῦτα τὴν τῶν Κιβυῤῥαιωτῶν διέπων στρατηγίδα, ἑβδομήκοντα ναῦς διήρεις τῶν ὑφ' ἑαυτῷ καὶ πάντων τῶν θεματικῶν λαβὼν, βρέμων ἅμα καὶ πολλῷ [P. 50] φρονήματι παρενέβαλεν [87]. Καὶ ἐπείπερ οὐδ' ἐκείνοις ἐδόκει ὑποστέλλεσθαι ἀλλ' ἐς μάχην χωρεῖν τὴν τὰς ἑαυτῶν δυνάμεις καὶ γενναιότητας ἐπιδειξομένην (καὶ γάρ εἰσι τῶν ἄλλων Ἀγαρηνῶν οὗτοι δὴ εὐφυεῖς), συνέβαλλον δὲ τολμηρῶς ἑκάτεροι κατὰ τὸν ἀγῶνα χωρήσαντες. ἄρτι δὴ τοῦ ἡλίου τὰς ἀκτῖνας ὑπὲρ γῆς ἐφαπλοῦντος [88], οὐδέτεροι μὲν ἄχρι μεσούσης ἡμέρας ἐνέκλινον, ἀλλὰ γενναίως μαχόμενοι τὴν ἑαυτῶν ἐδείκνυον ἐμπειρίαν καὶ δύναμιν· ἐπεὶ δὲ πονήσαντες οἱ Κρηταιεῖς ἤδη τοῦ ἡλίου κλίναντος ἐνέδωκαν πρὸς φυγὴν, τότε δὴ πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτειναν, πλείους δὲ τὰ ὅπλα ῥίψαντας αἰχμαλώτους ἔλαβον, ἐκ ποδὸς ἑπόμενοι. Τάχα δ' ἂν σπουδάσαντες ἔλαβον τὴν πόλιν αὐθημερὸν, εἰ μὴ νὺξ ἤδη φαινομένη ἀνέστρεψεν [89] ὡς τὰ πράγματα καὶ ἀνάπαυλαν τούτοις ζητοῦσι φόνον· ἀλλ' οὐ σωτηρίαν ἀπέτεκεν. Οἱ μὲν γὰρ ὡς ἤδη νενικηκότες, καὶ πάντας αὔριον ἐν βραχεῖ βραχεῖς ὄντας ἐλπίσαντες συλλαβεῖν, πρὸς πότους καὶ τρυφὰς, ὡς ἐν οἰκείᾳ ἀλλ' οὐκ ἐν ἀλλοτρίᾳ διάγοντες, ἐξεβάκχευον, μήτε τινὸς φυλακῆς μήτ' ἄλλης σωτηρίας τῆς κατὰ τὸν πολεμικὸν νόμον γινομένης φροντίσαντες, ὕπνου δὲ μόνου καὶ τῆς τὰ πάντα ῥᾳδίως ἀνατρεπούσης καὶ ἀπολλυούσης ἀμελείας τε καὶ ῥᾳστώνης. Ὅθεν περὶ μέσας νύκτας, ἐπεὶ διὰ τῶν ἑαυτῶν φυλάκων ὡς ἐν ἀπορίᾳ ἀγρυπνοῦντες οἱ Κρηταιεῖς ὕπνῳ καὶ οἴνῳ καθηρῆσθαι τοὺς τῆς Ῥωμαϊκῆς παρεμβολῆς ἀνέμαθον, αὐθωρὸν ἐξελθόντες μαχαίρᾳ πάντας ἀπώλεσαν, ὡς μηδ' ἄγγελον, τὸ δὴ λεγόμενον, ὑποστρέψαι καὶ ἐκεῖθεν διασωθῆναι, ἢ μόνον τὸν στρατηγὸν ἐμπορικοῦ ἐπιβάντα πλοίου καὶ τὴν σωτηρίαν ζητοῦντα. Πλὴν καὶ τοῦτον ἐπεὶ πανταχοῦ ὁ τῶν Ἀγαρηνῶν ἡγεμὼν ἀναζητῶν μὲν οὐχ εὕρισκε φεύγειν δὲ διήκουεν, ὁλκάσι τοῦτον μεθ' ἡγεμόνων ἀναζητῆσαι ἐκέλευσεν· οἳ καὶ καταλαβόντες τοῦτον ἐν Κῷ ἐπὶ ξύλου κρεμάσαντες διαφθαρῆναι ἐποίησαν. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν μάχην ἐκείνην καὶ τὸν ἀγῶνα συμβεβηκότα τοιαῦτα, πολλὴν ἐνεγκόντα Ῥωμαίοις συμφορὰν, οὐ τὴν ἐξ ἥττης μόνον ἐκείνης, ἀλλὰ καὶ τὴν ἔκτοτε κρατήσασαν καὶ

A isset, invitum simulans in nuptias consentit. Ducit vero non quamlibet feminam, sed quæ olim sæculo ac sæculi rebus nuntium remisisset, Christoque desponsa esset, ac olim a puero, in monasterio quod in Principe (sic dicta) insula situm est, exercitata ac Deo addicta esset. Euphrosynæ illi nomen erat. Clara scilicet Constantini illius proles, qui ipsa juste matre ulciscente luminibus cæcatus fuerat. Hoc ille facinore non modo non placavit divinum Numen, quin potius ejus in se Romanamque rempublicam graviorem iram provocavit.

25. Itaque aliam quoque classem adversus Saracenos Cretam obtinentes ac diripientes Cratero duce emittit. Is cum Cibyræotarum tunc præfectum ageret, septuaginta biremibus ex suis reliquisque B provinciarum ac insularum assumptis, ferox admodum ac minitabundus Cretam applicuit. Cumque nec Agarenis pugnæ alea subterfugienda videretur, sed committendum prælium, quo suas illi vires ac bellicam fortitudinem experirentur (singulari enim illi fortitudinis laude inter suos claret), animose utrinque pugnatur. A prima luce ad meridiem usque neutra inclinata acies, sed strenue utrique pugnantes egregium **80** militaris peritiæ ac fortitudinis specimen exhibebant. Postremo vergente ad vesperam die superati Cretenses fugam faciunt. Eorum multi in pugna cæsi, plures abjectis armis a Romanis persequentibus capti. Ac forte accelerato negotio majorique dili- C gentia ipsam ea die urbem cepissent, nisi nox ingruens res in diversum mutasset, et Romanis quietem captantibus non salutem peperisset sed interitum stragemque. Hi enim tanquam victoriæ securi, speque fulti fore ut universos, qui pauci remanserant, die crastino facili negotio in potestatem redigerent, perinde ac si domi, non in hostico agerent, potationibus et luxuria noctem transigebant. Excubiarum seu aliorum quibus in bello saluti cautum videatur nulla eis ratio; somnum duntaxat et quietem omniaque facile evertentem socordiam et mollitiem cogitabant. Cretenses itaque (quippe suarum rerum anxii) vigiles, cum Romana castra vino somnoque depressa a suis excubitoribus didicissent, ad mediam circiter noctem confestim D impetu in eos facto omnes gladio trucidant, ita ut ne nuntium quidem (quod adagii est) reversus sit aut cladi superstes exstiterit. Unus dux Craterus mercatorio usus navigio salutem expedivit. Verum hunc quoque Agarenorum dux diu multumque quæsitum, nec usquam inventum, cum fuga evasisse audisset, naves præfectosque mittit qui hominem quærant ac insequantur. Hi in Co insula eum assecuti in **81** crucem agentes sustulerunt. Hicque adeo belli illius atque prælii eventus fuit, unde ingens rei Romanæ creata calamitas, non ob eam duntaxat cladem, quam tunc accepit, sed quod

VARIÆ LECTIONES.

[87] παρενέβαλεν P. [88] ὑφαπλῶντος P. [89] ἀνέστρεψεν Cedrenus : P enim ἀντέστρεψεν.

etiam ex illo tempore roborata multiceps hydra duraverit; quæ cum ibi aliisque locis semper exscindatur, aliis subinde germinat ac reviviscit.

26. Secundum hæc vir quidam rei militaris apprime gnarus prudentiæque ac sagacitatis laudis non expers, cognomento Ooryphas, imperatoris jussu exercitum cogit, Quadragenarium tunc appellatum, quod quadraginta aurei in singulos distributi essent. Is alias quoque insulas, quas illi exiguo numero paucisque colonis tenebant, invadens, partimque locatis insidiis partim prælio congressus, Agarenos in eis internecione delevit ac sustulit. *Hanc vero, de qua nobis sermo est* (id est Cretam) *ad nos, ut videtur, lue hac liberandam transmisit. Quæ porro illam spectant, omnino curabit Deus: sed et nobis curæ erit, quorum animos ejus vindicandæ sollicitudo diu noctuque divexat ac conficit.*

27. Eodem tempore Euphemius quidam in Sicilia tribunus virginis cujusdam in cœnobio agentis, olimque in eo suscepto religiosæ institutionis habitu merentis, amore corripitur, explendæque libidinis ingenti desiderio copulatis cum ea nuptiis accenditur. Quod vero exemplum haud procul erat, rem ejusmodi nihil vetans aut ab eo deterrens, ipse **82** nimirum Michael (nam et ille, uti dictum est, simile facinus nuper perpetrarat), virginem e monasterio raptam invitam ad se subducit. Adeunt itaque Michaelem virginis germani, gestumque scelus expostulant. Tum imperator Siciliæ prætori mandat, *siquidem verum eos crimen detulisse compererit, legis in eum rigore Euphemio nasum abscindat.* Euphemius vero ubi rescivit, secumque jure agendum reputans ac imperatoris iram reformidans, ascitis in conjurationem tum ei militantium manu tum nonnullis aliis tribunis, prætorem in hoc venientem ut pœnas ab eo reposceret, fuga delusit, atque ad Africæ ameramnunem confugit, pollicitus omnem se illi Siciliam subjecturum ac grande tributum soluturum, si modo is ei imperiales infulas nomenque deferret nonnullasque copias belli subsidio subministraret. Facit ille, ac Romanorum imperatorem acclamat; numerosoque assignato exercitu illius ipsius opera Siciliæ compos efficitur; nec illius solummodo, sed et aliorum, qui ipsi adjuverunt suamque pariter operam ad regionis illius defectionem contulerunt. Hæc clarissime uberiusque exsecutus Theognostus historia quam tunc edidit, venitque in manus nostras; is scilicet qui de orthographia librum conscripsit ex qua possit, singula plenius discere cui libuerit. Cæterum Euphemius haud ita post defectionis mercedem suæque præmium improbitatis capite cæsus recipit. Regio namque habitu cum et Syracusas lustraret, longiusque a stipatoribus suis, quantum **83** fere est jactus sagittæ, prævolans ad urbem accessisset, tyrannique ac regio fastu alloquendo cives demulce-

A διαμείνασαν πολυκέφαλον ὕδραν, ἐκεῖσε καὶ ἀλλαχοῦ μὲν ἀποτεμνομένην ἀεὶ, ἀναθάλλουσαν δὲ ἀλλαχοῦ.

κϛʹ. Μετὰ δὲ ταῦτα ἀνήρ τις στρατιωτικῆς πείρας, πρὸς δὲ καὶ φρονήσεως καὶ ἀγχινοίας οὐκ ἄμοιρος, οὗ τὸ ἐπώνυμον Ὠορύφας, στρατόν τινα ἀθροίσας τὸν [P. 51] τεσσαρακοντάριον τότε καλούμενον βασιλικῆς ἐκ προστάξεως, ἐκ τοῦ διανεμηθῆναι αὐτοῖς ἀνὰ τεσσαράκοντα χρυσίνων, τάς τε ἄλλας νήσους, αἷς ὀλίγιστοι ἐφέροντο, κατατρέχων, καὶ τοῖς μὲν λόχους ἐπάγων, τοῖς δὲ καὶ φανερῶς πολεμῶν, ἐξωλόθρευσέ τε καὶ ἀπωλείᾳ παρέδωκεν· *Ταύτην* [a] *δὲ, ὡς ἔοικεν, παρέπεμψεν εἰς ἡμᾶς. Ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ αὐτῆς Θεῷ πάντως μελήσει, μελήσει*
B *δὲ καὶ ἡμῖν τοῖς νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τὴν ψυχὴν δαπανῶσιν ὑπὲρ αὐτῆς.*

κζʹ. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν Εὐφήμιός τις κατὰ τὴν Σικελίαν τουρμάρχης τελῶν παρθένου τινὸς ἤρα ἀσκητηρίοις ἐνδιαιτωμένης καὶ τὸ μοναχικὸν ἔκπαλαι ἀναλαβούσης σχῆμα, καὶ διὰ πολλοῦ ἐποιεῖτο τὸν αὐτοῦ ἔρωτα ἐκπληρῶσαι, τὴν παρθένον λαβὼν πως εἰς γαμετήν. Ἐπεὶ γοῦν παράδειγμα οὐ πόῤῥωθεν εἶχεν οὐ κωλῦον οὐδ' ἀποτρέπον, τοῦτον δὴ τὸν Μιχαὴλ (καὶ γὰρ, ὡς εἴρηται, καὶ αὐτὸς τοιοῦτόν τι ἐτόλμησεν), ἀφαρπάζει τὴν παρθένον τοῦ ἀσκητηρίου καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἄκουσαν ὑπηγάγετο. Ταύτης οὖν οἱ ἀδελφοὶ τῷ Μιχαὴλ προσίασι, τὰ τοῦ δράματος
C διηγούμενοι. Ὁ δὲ κελεύει τῷ στρατηγῷ, *Εἰ οὕτως φωράσοι ἔχουσαν τὴν ἀλήθειαν, τὴν ῥῖνα τοῦ τετολμηκότος Εὐφημίου ἀποτεμεῖν κατὰ τὴν τοῦ νόμου ἀκρίβειαν.* Καὶ ὁ Εὐφήμιος μαθὼν δὴ ταῦτα καὶ τὴν εἰς αὐτὸν τοῦ νόμου τήρησιν καὶ τὴν βασιλικὴν ἀπειλὴν, συνωμότας λαβὼν τούτους τε τοὺς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ χεῖρα καί τινας τῶν συντουρμαρχῶν, τὸν στρατηγὸν ἐπὶ τούτῳ παραγινόμενον παρελαύνει ἐκεῖθεν, καὶ πρὸς τὸν Ἀφρικῆς ἀποδιδράσκει ἀμεραμνουνῆ, πᾶσαν τὴν Σικελίαν ὑπ' ἐκείνῳ ποιῆσαι καθυποσχόμενος καὶ διδόναι φόρους πολλοὺς, εἰ μόνον ἀναγορεύσει τοῦτον βασιλέα καί τινα παράσχοι βοήθειαν. Ἀναγορεύει γοῦν τοῦτον βασιλέα Ῥωμαίων, καὶ χεῖρα δίδωσι πολλὴν, καὶ τῆς Σικελίας ἐγκρατὴς γίνεται, παρ' αὐτοῦ τούτου λαβὼν αὐτὴν,
D οὐ τούτου μόνον ἀλλὰ καὶ ἑτέρων συνδρόμων γενομένων ἐπὶ τῇ τοιούτων ἀπωλείᾳ τόπων. Δηλοῖ δὲ ταῦτα σαφέστατα καὶ πλατικώτερον ἡ τότε γραφεῖσα Θεογνώστῳ τῷ περὶ ὀρθογραφίας γεγραφότι καὶ εἰς χεῖρας ἐλθοῦσα ἡμῶν, ἣν ὁ βουλόμενος μεταχειριζόμενος τὰ καθ' ἕκαστον ἀναδιδαχθήσεται. Πλὴν ὁ μὲν Εὐφήμιος μετ' οὐ πολὺ ἆθλον τῆς ἀποστασίας καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀνομίας λαμβάνει τὴν τῆς ἑαυτοῦ στέρησιν κεφαλῆς. Σχῆμα γὰρ ἔχων βασιλικὸν ἀπῄει καὶ κατὰ τὴν Συράκουσαν, καὶ δὴ ἄποθεν γενόμενος τῆς ἑαυτοῦ τάξεως καὶ τῶν δορυφόρων ὡς ἀπὸ τόξου βολῆς ἐγένετο κατὰ τὴν πόλιν, ὁμιλῶν αὐτοῖς τυραννικῶς [P. 52] τε καὶ βασιλικῶς. Τοῦτον ὡς προσερ-

VARIÆ LECTIONES.

[a] ταύτην. — ὑπὲρ αὐτῆς] Constantini Porphyrogenneti verba, ut videtur. Goar.

χόμενον ἔγνωσαν δύο τινὲς ἀδελφοὶ, γενόμενοι σύμπνοοι καὶ ταυτὸν φρονήσαντες προσέρχονται τούτῳ εἰρηνικῶς, τὴν προσήκουσαν βασιλεῖ τιμὴν ἀπονέμοντες. Ὡς δ' Εὐφήμιος τήν τε παρ' αὐτῶν ἀναγόρευσιν ἀσπαστῶς ἐδέξατο καὶ τῶν ἄλλων κατήκουεν αὐτῶν, προσεκαλεῖτο τούτους φιλοφρόνως ἀποδώσων τὸν ἀσπασμόν· καὶ δὴ κλίνας τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ στόμα προσερείσας τῷ στόματι ταῖς θριξὶ μὲν κατέχεται ἰσχυρῶς πρὸς ἑτέρου τῶν ἀδελφῶν, ὑπὸ δὲ τοῦ ἑτέρου ἀφαιρεῖται τὴν κεφαλήν. Καὶ ὁ μὲν Εὐφήμιος τοιούτῳ τέλει τοῦ βίου ἐχρήσατο.

κη'. Οἱ δ' Ἀγαρηνοὶ οὐ τῆς Σικελίας μόνον ἔκτοτε ἀλλὰ καὶ Καλαβρίας καὶ Λαγγοβαρδίας ἐγένοντο ἐγκρατεῖς, πᾶσαν κατατρέχοντες καὶ διαπορθοῦντες καὶ ἐνσκηνοῦντες ἄχρι τῆς βασιλείας τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ λήξει Βασιλείου τοῦ βασιλέως. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἡ ἐκείνου δηλώσει ἱστορία· ὁ δὲ Μιχαὴλ μῆνας ὀκτὼ καὶ ἔτη τῆς βασιλείας γενόμενος ἐγκρατὴς ἐννέα τὸν βίον κατέλυσε, τῷ δυσουρίας νοσήματι ἁλοὺς, ἐκ τῶν νεφρῶν λαβούσης τὴν ἀρχὴν, μήτε τὴν πρὸς Θεὸν καταλύσας δυσμένειαν, οἷς οὐχ ἤθελε τὴν ἑαυτοῦ μορφὴν δι' ἡμᾶς ἀναλαβόμενον σάρκα προσκυνεῖν, μᾶλλον δὲ καὶ τοὺς προσκυνοῦντας καθαιρῶν Μεθόδιόν τε καὶ Εὐθύμιον, περὶ ὧν εἰρήκαμεν, καὶ τὸν τῶν Ἀγαρηνῶν ἐπαυξήσας ἀκατάλλακτον πόλεμον, τά τε κατὰ Θωμᾶν καὶ τῶν Κρηταιέων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν εἰρημένων Ἀφρικῶν διὰ τὴν ἑαυτοῦ κακίαν ἀποστείλαντος τοῦ Θεοῦ. Ἀλλὰ καὶ πᾶσα ἡ Δαλματία τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀπέστη τότε βασιλείας, καὶ γεγόνασιν ἅπαντες ἰδιόρυθμοί τε καὶ αὐτοκέφαλοι μέχρι τῆς τοῦ Βασιλείου τοῦ ἀοιδίμου βασιλείας· τότε γὰρ πάλιν οὗτοι Ῥωμαίοις καθυπετάγησαν. Πεπλήρωτο δὲ καὶ ὁ ἐπ' αὐτῷ χρησμὸς, λέγων οὕτω·

Ἀρχὴ κακῶν γε προσπεσεῖται τῇ χθονὶ,
Ὅταν κατάρξῃ τῆς Βαβυλῶνος δράκων
Δύσγλωσσος ἄρδην καὶ φιλόχρυσος λίαν.

Ἐτέθη δὲ ὁ τούτου νεκρὸς ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων, ἐν τῷ ἡρώῳ Ἰουστινιανοῦ, ἐν λάρνακι πρασίνῳ Θετταλικῇ.

ret, sic accedentem duo quidam fratres conspicati pari ambo conspiratione unoque consilio pacifice adeunt, convenienti pro majestate honore eum prosequentes. Euphemius eorum lubens salutationem admittit, exque aliis eosdem titulos audit. Tum viros ad se comiter vocat, ipse vicissim salutes redditurus. Ergo cum caput inclinans alterius fratrum ori osculum figeret, crinibus ille apprehensum valide tenet, alter ab humeris caput amputat. Ac quidem Euphemius tali mortis genere fatis concessit.

28. Porro Saraceni ex eo tempore non Sicilia solum sed et Calabria et Longobardia potiti sunt, omnem eam regionem incursantes ac populantes, ad usque tempora felicis recordationis Basilii imperatoris illic constitutis sedibus. Hæc enimvero illius declarabit historia. Michael autem cum annos novem menses octo imperium tenuisset, urinæ difficultate ex renum passione orta exstinctus est, cum nec infensissimum in Deum odium posuisset (ea scilicet ratione, quod ejus qui pro nobis carnem assumpsit effigiem adorare nollet; quin potius illius cultores abdicaret, Methodium Euphemiumque, de quibus in superioribus sermo habitus est), Agarenorum quoque implacabile bellum auxisset; ac Deus ob ejus nequitiam et Thomæ rebellionem et Cretensium atque **84** Africanorum, de quibus jam dictum est, Saracenorum bellum immisisset. Sed et omnis Dalmatia sub id tempus a Romano imperio defecit, suique omnes juris ac sibi capita exstiterunt, quoadusque inclytus ille Basilius imperium regendum suscepit: tunc enim Romanæ facti sunt ditionis. Impletum vero est quod de illo ferebatur oraculum, in hanc sententiam.

Hoc initium malorum telluri accidet,
Rerum potietur cum Babylonius draco,
Linguæ imperitæ, et auri cupientissimus.

Cadaver ejus repositum in Justiniani monumento, ad ædem Apostolorum in area ex marmore viridi Thessalico.

ΛΟΓΟΣ Γ'.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΥΙΟΥ ΜΙΧΑΗΛ.

—

LIBER III.

THEOPHILI MICHAELIS FILII IMPERIUM.

—

[P. 53] α'. Τὰ μὲν δὴ πραχθέντα Μιχαὴλ τῷ Τραυλῷ βασιλεύσαντι ἐννέα ἔτεσιν πρὸς μησὶν ὀκτὼ ἐν τῷ πρὸ τούτου βιβλίῳ δεδήλωται· ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ ἤδη Θεόφιλος ἀνδρὸς ἔχων ἡλικίαν τὴν πατρικὴν ἀρχὴν καὶ βασιλείαν κατὰ τὸν Ὀκτώβριον μῆνα τῆς ὀγδόης ἰνδικτιῶνος διεδέξατο, λόγῳ μὲν οὖν τῆς δικαιοσύνης ὥσπερ ἔμπυρος ἐραστὴς καλεῖσθαι βουλόμενος καὶ

1. Michaelis Balbi gesta annis novem mensibus octo, quibus rerum potitus est, superiori libro a nobis exposita sunt. Ejus autem filius Theophilus, virilem jam ætatem ingressus, paternum imperium suscepit mense Octobri, indictione 8. Is ferventissimum quidem justitiæ studium præ se **85** ferebat, legumque civilium sedulus observator videri voluit:

revera tamen simulatorem agebat, seque ab insidiis tutum præstare ac nulli contra se aliquid moliendi ansam ullam præbere satagebat. Veritus ergo quod impendebat periculum, conjuratos omnes, qui imperium patri detulerant Leonique manus intulerant, internecioni dare constituit penitusque delere. Idcirco promulgat edictum ut omnes qui regia munificentia bona consecuti essent, quippe honores ullos aut magistratus obtinerent, ad Magnauram conveniant. Convenerunt omnes, nec qui imperium contemnere auderet ullus fuit. Tunc ille dissimulata adhuc ac velut in tenebris tecta mentis sævitia, leni ac placida voce, sic paucis peroravit. *Voluit*, inquit, *valdeque expetiit, vos, plebs mea et hæreditas, inclitæ memoriæ pater meus, eos qui opem ei tulerant ac pro adipiscendo imperio fortiter decertarant, multis magnisque honoribus bonisque aliis atque præmiis munerari. Quoniam tamen citius quam illi constitutum erat vivis excessit, et ante tempus animo conceptum, eum fugit occasio: ne plerisque ingratus videatur, me non modo ejus quod ornavit imperii successorem, sed et illius debiti ac gratitudinis reum dereliquit. Singuli igitur e medio exeuntes sese nobis ostendant.* His sermonibus fraudem sibi fieri passi deceptique miseri seipsos singuli prodidere cunctisque 86 manifestos facere. Mox itaque præfectum leges civiles exsequi jubet. *Age tu*, inquiens, *pro eorum vitæ rationibus vicem illis redde, quod non solum non timuerint Deum, ut humano cruore dextram fœdarent, sed et unctum Domini imperatorem miseri sustulerint.* Hæc locutus conventum illum primum utique et admirandum dimisit; quem si quis laudaverit quasi ex legum severitate, haud scio an ad lenitatem animique mansuetudinem prope accessurus sit. Ac illos quidem per hunc modum e medio sustulit. Illud sane his laude dignum honestumque adjecit, ut nimirum Euphrosynam novercam aula expelleret ac in monasterium, ubi primum comam posuerat, reverti cogeret. Fuit illa quam Michaelis alteram conjugem tradidit a nobis contexta historia; nec quæ inter narrandum illic dicta sunt chirographa ac sacramenta, ipsa nihil sancte ac religiose facta, commodi aliquid attulerunt. Cur vero non attulerunt? Quod non spe in Deo collocata uxorem duxerat (alioqui legitimo toro copulandam duxisset, non quæ jam Christo se voto obstrinxisset) sed in sua audacia inque magnis illis sacramentis, et quæ a Deo omnes procul abduxere.

καὶ ἐκκλησιαστικῶν. Οὐ τῶν εὐσεβῶν τις ἀπῆν, οὐ A τῶν ἀσεβῶν, οὐ τῶν μονήρη βίον ἐπειλημμένων, οὐκ ἄλλος τις τῶν ἀκούειν ἢ λαλεῖν δυναμένων· τοὺς μὲν γὰρ ἡ πρὸς τὸ ξένον τῆς λοιδορίας κατηφιῶντας οἷον ἐνῆγεν αἰδὼς, τοὺς δ' ἡ τοῦ κροτεῖν καὶ χαίρειν ὑπ' ἀκρασίας ἡδονή. Ἤγοντο γοῦν οἱ κατηγοροῦντες εἰς μέσον, καὶ τῶν λεγομένων ἡ ἄνθρωπος ἔλεγχος. Ὁ δὲ ἅμα τῇ παραστάσει τῆς γυναικὸς, οὐδὲν ὑποστειλάμενος οὐδαμῶς, *Ὅπως τε ἔχεις, κυρία*, ταύτην ἐπηρώτα εἰς ἐπήκοον (καὶ γὰρ ἦν αὐτῷ γνώριμος ἐκ πολλοῦ δι' ἀρετὴν), *καὶ ὅπως ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα*, περὶ τοῦ ταύτης ἀνδρὸς καὶ τῶν προσηκόντων αὐτῇ· οὕτως τούτῳ ἐπήνθει τὸ ἄπλαστον. Οἱ δὲ μᾶλλον ἐκβοήσαντες ἐγαυρίων ὑφ' ἡδονῆς, τὰ τῆς κατηγορίας ἐπαύξοντες καὶ σαφῆ τὸν ἔλεγχον δόντες λοιπόν. B Ὡς δ' οὗτος μόλις τῆς κατηγορίας ἐπῄσθετο, ζήλῳ πυρωθεὶς, ὡς ἂν μὴ δι' αὐτοῦ τὰ τῆς Ἐκκλησίας κινδυνεύοι καὶ τοῦ Χριστοῦ, ἄλλον μὲν εἶναι [82] καιρὸν αἰδοῦς, ἄλλον δὲ ὑποστολῆς καὶ σεμνότητος, μικρὸν ἐκ τοῦ θρόνου μετεωρίσας αὐτὸν καὶ πρὸς ἑαυτὸν τὸν κόλπον συναγαγὼν [P. 99] γυμνὴν [83] ἐδείκνυεν τὴν αἰδῶ, τεθαυματουργημένην ἔχων καὶ οὐ κατ' ἄνθρωπον, καὶ ἅμα διηγεῖτο τὴν θαυματουργίαν, ὡς πρὸ πολλοῦ κατὰ τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην γενόμενος, σφριγώντων ἔτι καὶ ἐνακμαζόντων τῶν παθῶν, ἔρως τις αὐτὸν ἐξέκαιεν θερμότερον ἢ καὶ κατὰ πάθους ὁρμήν. Ἐπεὶ γοῦν ἐκινδύνευεν καὶ περιγενέσθαι τούτου οὐκ ἦν οἷός τε, τὸν κορυφαῖον Πέτρον τὼ χεῖρε πρὸς τὸν ναὸν ἐκπετάσας ἐξελιπάρει τυχεῖν τινος ἐπικουρίας καὶ ἀρωγῆς. Καὶ δὴ τῷ κόπῳ τῆς εὐχῆς ὀψὲ πρὸς C ὕπνον κλιθεὶς, φανῆναί οἱ τὸν ἀπόστολον ἐκείνου τοῦ μέρους ἁπτόμενον καὶ τὰς ὁρμὰς σβεννύοντα τῶν παθῶν, τοῦτο μόνον προσεπιλέγοντα τὸ, *Ἀπολέλυσαι δὴ τῆς τῶν παθῶν ἐπικρατείας, Μεθόδιε*. Τούτοις ἐκεῖνος τὸν μακρὸν ἐκεῖνον πέπεικε σύλλογον, αἰσχύνης πλήσας τοὺς τῆς ἀληθείας ἐχθρούς. Οὐ μὴν ὁ μάγιστρος Μανουὴλ τούτοις ἠξίου λύεσθαι τὰς κατηγορίας, ἀλλὰ καὶ τῇ γυναικὶ ἠπείλει ἦ μὴν ἀπαγαγεῖν τῆς ζωῆς, εἰ μὴ τὴν πᾶσαν διδάξῃ ἀλήθειαν. Καὶ ἥ γ' εὐθέως ἔκπυστον καὶ σαφῆ τὴν πᾶσαν δραματουργίαν ποιεῖ, τόσου καὶ τόσου λέγουσα χρυσίου ἐξωνηθῆναι, καὶ Ἔτι ἔν τινί μου τῶν κιβωτίων, οὕτως ὡς ἐδόθη, σεσημασμένον ἐστὶ καὶ πεφύλακται σφραγῖδι αὐτῶν. Αὐθωρὸν οὖν ἀποστείλαντες ἐκεῖνό τε, ὡς ἔφησεν ἡ γυνὴ, εὗρον τὸ χρυσίον κατὰ τὴν κιβωτὸν D καὶ ἤγαγον, καὶ οὗτοι τῇ τοῦ πατριάρχου συμπαθείᾳ καὶ παρακλήσει πρὸς τοὺς κρατοῦντας οὐ ποινῶν καὶ βασάνων, ὧν ἦσαν ἄξιοι, ἀλλὰ συγγνώμης ἠξίωντο, τοῦτο μόνον εἰς ἔκτισιν λαβόντες καὶ τιμωρίαν τὸ ἀνὰ πᾶν ἔτος ἐν τῇ τῆς ὀρθοδοξίας πανηγύρει μετὰ λαμπάδων ἀπὸ τοῦ ἐν Βλαχέρναις σεβασμίου σηκοῦ τῆς θεομήτορος πρὸς τὸν θεῖον καὶ περιώνυμον τῆς Σοφίας ἀφικνεῖσθαι νεὼν καὶ τὸ οἰκεῖον ἐνηχεῖσθαι αὐτοῖς ὦσιν ἀνάθεμα διὰ τὴν πρὸς τὰς θείας εἰκόνας ἀπέχθειαν· [P. 100] ὃ καὶ τηρούμενον ἐφάνη ἐπὶ πολὺ καὶ τῆς αὐτῶν μέχρις ἐταμιεύθη ζωῆς. Καὶ ἡ μὲν ἐφ' ἱκανὸν αὐξηθεῖσα τοιαύτη αἵρεσις τοιοῦτον

A que utroque ordine, civili scilicet sacroque, judicium cogitur. Nemo non piorum, nemo non impiorum aderat; monachi omnes, ac quisquis audire poterat aut loqui, præsto erant. Alios pro criminis novitate mœstos pudor adduxerat, alios insultandi cupido, et ut petulantia oblectarentur. Producuntur ergo accusatores in medium, et quæ reum erat peractura, mulier coram sistitur. Methodius, simul atque mulier astitit, nihil quidquam veritus deque solita subtrahens comitate et salutatione cunctis audientibus ex ea percontari: *Quonam te modo habes, domina?* dudum enim virtutis nomine illi nota erat. *Quonam modo hic atque ille?* de marito iisque qui ullo eam modo contingebant. Tantus in eo candor ac simplicitas efflorebat. B Adversarii majori clamore sublato, aucta inde accusatione superbe gaudio gestiebant, jamque aperte crimen se evicturos putabant. Is porro, ubi tandem calumniam sensisset, zelo succensus, ne 159 quid ejus causa Ecclesiæ res Christique honor labefactarentur, nempe non nesciens aliud pudoris, aliud subticendi ac gravitatis tempus esse, paululum se a throno subrigens sinumque ad se colligens verenda nuda ostendit miraculo arefacta, nec qualia virorum esse solent; simulque ut se res habuerit gestumque miraculum sit, referebat. Cum nimirum pridem jam ad seniorem Romam venisset, adhucque in ipso ferverent ac vigerent carnis libidines, majore quam pro affectus ipsa vi amore C exarsisse. Hinc itaque aucto periculo, ac cum vim tantam libidinis non posset superare, Petrum apostolorum principem expansis ad ejus templum manibus exorasse ut ab eo opem aliquam impetraret. Dumque tandem precandi labore fessus in somnum sese reclinasset, visum in somnis apostolum, qui eam tangendo partem libidinis sensum omnem exstingueret; simulque dixisse: *Methodi, liberatus es a libidinum tyrannide ac dura vi.* His ille fidem tanto illi conventui fecit, ac veritatis hostes pudore implevit. Nolebat tamen magister Manuel his objecta crimina dilui. Quinimo mulieri minitabatur se illi vitam adempturum, nisi rei omnem veritatem doceret. Illa porro totam statim fabulam eloquitur ac palam facit, tanto se redem- D ptam esse, auri pondo accepisse, adhucque in arcula, uti acceperat, signatum subque illorum sigillo domi se habere. Confestim ergo cum misissent, mulieris illa indicatione inventum in arca 160 aurum ac allatum est. Accusatores, miserante patriarcha serioque rerum dominos exorante, non quarum rei erant pœnas dederunt justæque ultionis supplicia tulerunt, sed veniam consecuti sunt, ea duntaxat indicta multa, ut quotannis solemni restitutarum imaginum die (ὀρθοδοξίας festum vocant) prælucentibus facibus a venerabili Dei Genitricis Blachernarum æde ad divinum celeberrimumque Sapientiæ templum venirent, dictumque

VARIÆ LECTIONES.

[82] εἶναι] εἰδὼς εἶναι Combef. [83] γυμνὸν P.

in eos anathema ob eorum in sacras imagines odium suis ipsi auribus audirent. Quod in multos annos servatum est, ac quoad illi vitæ superstites fuerunt. Ac quidem tantis aucta compendiis ejuscemodi hæresis talem quoque Dei nutu finem accepit, pristinoque splendore divinæ sacrarum imaginum effigies formæque effulserunt, quas non divinis ipsis honoribus colamus ac velut deos pingamus, sed quibus relative certoque venerationis cultu ad exemplaria ipsasque principes formas honorem transmittamus.

A δὴ εἶχε καὶ τὸ πέρας ἐκ τοῦ Θεοῦ· ἀνέλαμψαν δὲ αἱ θεῖαι τῶν ἁγίων εἰκόνων μορφαί, οὐ θεϊκῶς ἡμῖν λατρευόμεναί τε καὶ τυπούμεναι, σχετικῶς δὲ καὶ σεβασμίως τὴν δι' αὐτῶν πρὸς τὰ πρωτότυπα ἡμῖν τιμήν πως διαπορθμεύουσαι.

11. Festum hunc diem cum Theodora gaudio celebraret, collectum omnem ecclesiæ cœtum in Cariani triclinio, quod in palatio est, epulis quandoque recreabat. Has nempe ædes, ut in superioribus a nobis dictum est, Theophilus in filiarum usum exstruxerat. Sacerdotum nemo deerat, nemo confessorum : inter illos aderant Theophanes Smyrnensis episcopus ejusque frater Theodorus. Vergente ad finem convivio cum jam placentæ ac bellaria apponerentur, intentis crebro in eos oculis, **161** legensque inscriptas eorum facies, altos animo gemitus Augusta trahebat. Sed et illos, ut par est, contigit oculos advertere sicque in ipsos intentos Augustæ oculos observare. Quærebant ergo, quid causæ esset cur sic Augusta intentos oculos ipsis obverteret. Ad quos illa mirari se illorum patientiam, quod sic vultus litteris insculpti sustinuissent, illiusque immanitatem a quo ejusmodi pœnam sustulissent. Tunc beatus Theophanes nulla ductus reverentia, nec quod sancte Patrum conventus promiserat animo cogitans, *Hujus* inquit, *scripturæ causam adversum virum tuum ac imperatorem clare admodum, Deo incorrupto judice, disceptabimus.* Gravi sermo Augustam dolore affecit, effusaque in lacrymas : *Hæcne*, inquit, *vestra promissio ac scripta cautio est, quod non solum non ignoscitis, verum etiam in jus vocare vultis? Non ita*, ait, *non ita*, surgens statim patriarcha ac reliquus sacerdotum cœtus : *Promissa*, inquiunt, *rata manent, spreto horum virorum contemptu.* Sic itaque ista pacata sunt, assertaque Ecclesiæ moribus tranquillitas est.

ια'. Ταύτην ἄγουσα τὴν ἑορτὴν ἡ Θεοδώρα δι' ἡδονῆς εἱστία ποτὲ ἐν ταυτῷ τὸ τῆς ἐκκλησίας πλήρωμα πᾶν κατὰ τὰ ἐν τοῖς Καριανοῦ ἀνάκτορα, ἅ, ὡς εἴρηται πρότερον ἡμῖν, τῶν ἑαυτοῦ ἕνεκεν θυγατέρων ὁ Θεόφιλος ἐνεδείματο. Οὐκ ἦν γοῦν ὅστις οὐ παρῆν ἐκεῖ τῶν ἱερέων καὶ ὁμολογητῶν. Τούτοις ἐναρίθμιοι Θεοφάνης τε ὁ τῆς Σμύρνης καὶ ὁ αὐτοῦ Θεόδωρος ἀδελφός. B Ὡς οὖν τὰ τῆς εὐωχίας παρήκμασεν καὶ εἰς βρῶσιν τὰ τραγήματα μετὰ τῶν πλακούντων παρέκειντο, συνεχῶς ἀτενιζούσης τῆς βασιλίδος καὶ τὰ ἐν τῷ μετώπῳ γράμματα τῶν Πατέρων καθορώσης καὶ στεναζούσης συνέβη πως τούτους ὡς ἐξ ὁμολόγου ἀντοφθαλμῆσαι καὶ ταύτην ἐνιδεῖν ἀτενιζούσης αὐτοῖς· Φησάντων γοῦν, ὡς Τίς ἄρα, δέσποινα, ἡ αἰτία τῆς πρὸς ἡμᾶς σου ὁράσεως ἀτενοῦς; τὴν ἐκ τῶν γραμμάτων ἔφη θαυμάζειν καρτερίαν ὑμῶν καὶ τὴν τοῦ ταῦτα δράσαντος ἀπήνειαν εἰς ὑμᾶς. Καὶ ὁ μακαρίτης Θεοφάνης μηδὲν εὐλαβηθείς τε καὶ τῶν προησφαλισμένων διανοηθείς, *Ὑπὲρ ταύτης*, ἔφησε, *τῆς γραφῆς εὖ μάλα τρανῶς ἐν τῷ τοῦ Θεοῦ ἀδεκάστῳ δικαστηρίῳ διαδικάσομαι σὺν τῷ ἀνδρί* C *σου καὶ βασιλεῖ.* Τούτῳ περίλυπος γενομένη, ἀλλὰ μὴν καὶ σύνδακρυς, *Καὶ ταῦτα*, ἔφησεν ἡ βασίλεια, *ἡ ὑπόσχεσις καὶ αἱ δι' ἐγγράφων ὁμολογίαι ὑμῶν, ὡς μὴ μόνον συγκεχωρηκέναι, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀγῶνας ἐνάγειν καὶ καλεῖν; Οὔ*, φησὶν ὁ πατριάρχης, αὐθωρὸν ἀναστὰς καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἱερέων, *βασίλεια, Οὔ· ἀλλ' ἕξει βεβαίως τὰ ἡμέτερα, τῆς ὀλιγωρίας τούτων λογιζομένης οὐδέν.* Οὕτω μὲν οὖν ἐσιγάσθη ταῦτα, καὶ τὰ τῆς Ἐκκλησίας ἔθη [64] ἀκύμαντα.

12. Sed et alia quædam hæresis (sic dicta Zelicum) orta, una cum suo auctore Zeli dicto, qui a secretis erat hacque potissimum dignitate fulgebat, curata et ad saniorem sensum traducta, in imperatoris solemni pompa, illius sectatoribus sola unguenti unctione cum novis **162** albis tunicis (ἐμφώτια vocant) receptis, eoque candoris amictu ac pompa consummationem adeptis.

ιβ'. Καὶ ἑτέρα δέ τις αἵρεσις οὕτω τῶν Ζηλίκων λεγομένη ἀναφανεῖσα, σὺν τῷ ἑαυτῆς ἀρχηγῷ Ζῆλι ὀνομαζομένῳ, φέροντι δὲ τὴν τῶν ἀσηκρήτων ἐν πρώτοις τιμήν, ἐθεραπεύθη τε καὶ πρὸς θεοσέβειαν μετ- D ηνέχθη ἐν προόδῳ βασιλικῇ, τῆς τοῦ μύρου μόνου μετὰ καινῶν ἐμφωτίων [P. 101] τε καὶ ἐσθημάτων καταξιωθέντων χρίσεως τῶν ἀντιποιουμένων αὐτῆς, καὶ τελειωθέντων λαμπρῶς.

13. Cæterum Bulgariæ princeps, Bogoris nomine, audito feminam rerum potiri, ferocius ipse efferri. Missis itaque ad Theodoram nuntiis, minatur rupto fœdere adversus eam se copias educturum. At illa, nihil muliebre aut non satis virile in animum inducens, ita renuntiavit, *Me quoque vicissim adversum te offendes copias educentem, nec me victoria potituram diffido. Sin autem minime contigerit, ipsaque me viceris, sic quoque ipse superavero, penes*

ιγ'. Ὅ γε μὴν ἄρχων Βουλγαρίας (Βώγωρις οὗτος ἦν) θρασύτερον ἐξεφέρετο γυναῖκα τῆς βασιλείας κρατεῖν διακηκοώς· ὅθεν καί τινας ἀγγέλους ἀπέσταλκεν πρὸς αὐτήν, τὰς συνθήκας λέγων καταλύειν καὶ κατὰ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐκστρατεύειν γῆς. Ἀλλ' αὐτὴ μηδὲν θῆλυ ἐννοοῦσα ἢ ἄνανδρον, *Καὶ ἐμέ*, αὐτῷ κατεμήνυεν, *κατ' αὐτοῦ εὑρήσεις ἀντιστρατεύουσαν. Καὶ ἐλπίζω μὲν κυριεῦσαί* [65] *σου· εἰ δὲ μὴ γένηται, καὶ ἐπινικήσεις με, καὶ οὕτω σου περι-*

VARIÆ LECTIONES.

[64] ἔθη] ἐσώθη? [65] ἐλπίζομεν κυριεῦσαι P.

ἔσομαι, τὴν νίκην ἀρίδηλον ἔχουσα· γυναῖκα γάρ, ἀλλ' οὐκ ἄνδρα ἕξεις ἡττηθέντα σοι. Διὰ τοῦτο μὲν οὖν καὶ ἐφ' ἡσυχίας ἔμεινεν, μηδὲν τολμήσας νεανιεύεσθαι, καὶ τὰς τῆς ἀγάπης αὖθις ἀνενέου σπονδάς.

ιδ'. Καὶ δὴ ζήτησίν τινα καὶ πολλὴν ἔρευναν περί τινος μοναχοῦ, οὕτω καλουμένου Θεοδώρου τοῦ ἐπίκλην Κουφαρᾶ, εἴτε ἔκ τινων ὀνειράτων καὶ ὄψεως, εἴτε ἄλλως πως, πρὸ πολλοῦ αἰχμαλωτισθέντος ἡ Θεοδώρα πρὸς τὸν ἄρχοντα Βουλγαρίας ἐποίει, καὶ αὐτὸν ἠξίου διὰ γραμμάτων ἀνερευνῆσαι καὶ τιμῆς ὅσης καὶ βούλοιτο ἀπολυτρώσασθαι τοῦτον αὐτῇ. Ἠξίου δὲ καὶ οὗτος, ἀφορμὴν ἐκ τούτου λαβών, περὶ οἰκείας αὐτοῦ πρεσβεύειν ἀδελφῆς παρὰ τῶν Ῥωμαίων μὲν αἰχμαλωτισθείσης ποτὲ, κατεχομένης δὲ νῦν ἐν τῇ τοῦ βασιλέως αὐλῇ. Αὕτη δὴ οὖν πρὸς τὴν πίστιν καλῶς μετενεχθεῖσα, καὶ γράμματα κατὰ τὸν τῆς αἰχμαλωσίας παιδευθεῖσα καιρὸν, καὶ ἄλλως τὴν τῶν Χριστιανῶν τάξιν τε καὶ περὶ τὸ Θεῖον αἰδῶ τε καὶ δόξαν, ὡς ἔστι [66], θαυμάζουσα διαφερόντως, ἐπεὶ τῆς ἐπανόδου τῆς πρὸς τὸν ἀδελφὸν τετύχηκεν, οὐ διέλιπεν ἐκθειάζουσά τε καὶ παρακαλοῦσα καὶ σπέρματα καταβάλλουσα τῆς πίστεως πρὸς αὐτόν. Ὁ δὲ (ἦν γὰρ παρὰ τοῦ εἰρημένου Κουφαρᾶ μικρά τινα παιδευθεὶς καὶ τῶν μυστηρίων κατηχηθεὶς) τοῦτον μὲν ἀποστείλας τὴν οἰκείαν ἐλάμβανε μισθὸν ἀδελφήν· πλὴν ἔμενεν ὅπερ ἦν, ἀπιστίᾳ κατισχημένος καὶ τὴν αὐτοῦ θρησκείαν τιμῶν. Ἀλλά τις πληγὴ περιπεσοῦσα θεήλατος (λιμὸς δὲ ἦν, οὕτω μᾶλλον τῶν παχυτέρων καὶ γαιωδεστέρων, ὡς ἔοικεν, μεταπαιδευομένων καὶ τὰ κακὰ μεταμανθανόντων) τὴν αὐτοῦ ἐπολιόρκει καὶ κατέτρυχεν γῆν. Καὶ ὃς Θεὸν ἐκεῖνον ἠνάγκαζεν ἐπικαλεῖσθαι πρὸς ἄμυναν τῶν δεινῶν, τὸν ὑπὸ τοῦ Θεοδώρου μὲν πολλάκις καὶ τῆς αὐτοῦ ἀδελφῆς θαυμαζόμενόν τε καὶ σεβόμενον, ὡς εἰκός. Τυχόντες οὖν τῆς ἀπαλλαγῆς τῶν δεινῶν, οὕτω δὴ πρὸς θεοσέβειαν μετατίθεται, καὶ τῆς τοῦ λουτροῦ παλιγγενεσίας καταξιοῦται, καὶ [P. 102] Μιχαὴλ κατονομάζεται κατὰ τὸ ὄνομα τοῦ βασιλέως, παρὰ τοῦ πρὸς ἐκεῖνον ἀποσταλέντος ἀρχιερέως ἀπὸ τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων.

ιε'. Καί τι δὲ τοιοῦτον ἐπισυμβῆναί φασιν, ὡς ἔρωτα δεινὸν περὶ τὴν κυνηγεσίαν τὸν Βώγωριν ἄρχοντα κεκτημένον ταῦτα καὶ κατά τινα οἶκον τῶν ἑαυτοῦ, ἐν ᾧ συνεχῶς ἀφικνεῖτο, θελῆσαι ἐξιστορῆσαι, νύκτωρ ὡς ἂν ἔχοι καὶ μεθ' ἡμέραν τὰ τοιαῦτα τῶν ὀφθαλμῶν ἐντρυφήματα. Ὡς γοῦν ὁ τοιοῦτος αὐτὸν ἔρως ἐπεισῆλθεν, μετακαλεῖται μοναχόν τινα τῶν καθ' ἡμᾶς Ῥωμαίων ζωγράφον· Μεθόδιος ὄνομα τῷ ἀνδρί. Τοῦτον οὖν στάντα κατὰ πρόσωπον ἔκ τινος θείας προνοίας *οὐ τὰς ἐν πολέμῳ ἀνδροκτασίας ἢ τὰς ζώων καὶ θηρίων ἐπικελεῦσαι γράψειν σφαγὰς, ἀλλ' ἃ βούλοιτο, τοῦτο μόνον ἐπειπών, ὡς εἰς φόβον τοὺς ὁρῶντας ἐκ τῆς θέας ἐνάγεσθαι βούλοιτο καὶ ἅμα παρακαλεῖσθαι πρὸς ἔκπληξιν ἀπὸ τῆς γραφῆς.* Μηδὲν γοῦν οὗτος πρὸς φόβον ἕτερον ἐνάγειν ἢ τὴν τοῦ Θεοῦ δευτέραν εἰδὼς παρου-

quam manifesta victoriæ jura futura sint, cum tibi non vir, sed mulier victa concesserit. Hoc responso perterritus barbarus quietem bello prætulit, nihil ferocius moliri ausus, amicitiæque rursus fœdera renovavit.

14. Inter hæc Theodora omni diligentia perquirendum statuit sic nuncupatum Theodorum monachum cognomento Cupharam, sive quibusdam insomniis visoque monita, sive alia ratione inducta: is vero diu ante inter captivos fuerat abductus. Mittit ergo ad Bulgariæ principem, datisque litteris rogat ut hominem sedulo perquiri jubeat, quo libuerit pretio ex ipso redimendum. Ille vicissim occasionem nactus missis legatis sororem ad se remitti petit, Romanorum quondam excursionibus captam, et quæ tunc in aula servaretur. Hæc itaque ad Christi fidem probe translato animo, doctaque litteras per **163** eas captivitatis moras, omnemque præterea Christianorum ordinem inque Deum reverentiam ac de illo opinionem, uti par est, plurimum admirata, cum ad fratrem reversa esset, nullum unquam finem faciebat prædicandæ illi Christianæ institutionis et obsecrandi fideique ac pietatis in eo semina jaciendi. Ille jam pauca quædam ab eo quem diximus Cuphara didicerat, primæque institutionis rudimenta audierat. Misso itaque monacho commutationis jure sororem recepit. Mansit tamen id quod erat, infidelitate scilicet laborans suæque adhuc cultor superstitionis. Cæterum plaga quædam divinitus illata, famis scilicet (sic enim comparatum, ut qui addictiore indole crassiorique ingenio sunt ac terreni, erudiantur malaque dedoceantur) illius infestans regionem direque affligens, Deum, cujus sæpius, ut par est, Theodorus sororque laudes prosecuti essent ac cujus erant cultores, malorum depulsorem invocare cogit. Quo a malis liberante Bogoris veram amplectitur fidem, ac lavacrum regenerationis ab episcopo qui ab urbe regia missus fuerat consecutus, ex imperatoris nomine Michael appellatur.

15. Sed et aliquid ejusmodi accidisse aiunt. Nempe cum Bogoris princeps venatione supra modum delectaretur, hæc quoque in domo quadam, in quam frequens concedebat, voluisse depingi, ut noctu perinde interdiuque iis spectaculis **164** oculos pasceret. Hoc itaque amore captus monachum quemdam ex nostris Romanum pictorem, Methodium nomine, accersit. Ubi autem virum coram habuit, divino quodam nutu ac providentia, *Nolo,* inquit, *depingas hominum in bello cædes aut bestiarum ferarumque jugulationes, sed quod videntibus solo aspectu terrorem injiciat ac quod pictis coloribus in stuporem agat.* Is vero, quem non lateret nihil perinde terribile esse ac secundum Domini adventum, hunc illic graphice omnique artis conatu depinxit; atque hinc justos præmia laborum per-

VARIÆ LECTIONES

[66] Ἔστι] εἰκός?

ceptures statuit, illinc scelerum reos male gestorum fructus decerpentes, judice nimirum ad intentata propellente supplicia duriusque a se repellente. Hæc princeps absoluta tabella ut oculis conspexit, exque aspectu Dei in se timorem concepit, divina denique edoctus Christianorum mysteria, intempesta nocte divini baptismatis munus consequitur. Non latuit ea res, gentisque totius defectionem ascivit. Ille parva suorum manu, divinum crucis signum in sinu suo circumferens, oppido rebelles fundit; nec jam occulte, sed palam omnino reliquos, ipsos quoque rei avidos, Christianos facit. Ad veram itaque fidem ac pietatem translatus ad Augustam scribit agros impetraturus, angustioribus scilicet quam pro suorum multitudine ditionis illius terminis; eoque majori fiducia rogat, quod 165 jam non duo, sed unum exsistant, insolubili fidei amicitiæque vinculo colligati. Subjectum se illi fore pollicetur, pacemque sempiternam nec ulla unquam re convellendam cum ea habiturum. Placuit Theodoræ petitio, deditque Bulgaris regionem quæ tum deserta erat, quidquid scilicet a Ferrea soli est (loci nomen est, limes eo tempore Romanorum ac Bulgarorum ditionis) ad Debeltum usque: Bulgari Zagoram vocant. Per hunc itaque modum omnis Bulgaria ad pietatem Christique fidem transivit, Deo ad suam illas cognitionem vocante, et quidem ex sic exiguis scintillis plagisque; sicque agri Romani portionem velut aliam quamdam rem promissam consecuti, Romanis se fœderatos indivulsæ societatis vinculo subjecerunt.

16. Hunc in modum se res Occidentis præclare habebant, celebrique fama ubique divulgabantur, quod ita compositæ erant. Porro Theodora successu elata, ac quasi majora tropæa adjicere gestiens, Paulicianos quoque per Orientem conatur ad veram transferre fidem, sin minus, exstirpare ac de medio tollere; quæ res ingentibus malis Romanum orbem implevit. Mittit itaque in eam rem procerum quosdam ac magistratuum. Erant illi Argyri ducisque filii, et Sudales. Hi alios in crucem agebant, alios gladio cædebant, alios maris profundo mergebant. Sublati ad centum millia ejusce generis suppliciis; publicata substantia ac fisco illata. Porro Theodoto Melisseno Orientalium duci in 166 ministerio erat Carbeas quidam, protomandatoris officium gerens, eorum quos dicebam Paulicianorum fide glorians ac sectæ socius. Is cum patrem suum suspensum patibulo audisset idque facinus iniquissime ferret, ac suis ipse rebus prospiciens, aliis quinque millibus ejusdem secum religionis assumptis, ad Melitinæ Amerem profugit; indeque ad Ameramnunem profecti, omnique honore ac cultu ab eo suscepti, dataque et accepta fide, paulo post communibus studiis Romanam ditionem invadunt, et ut ex ea, quod in maximam jam multitudinem excreverant, tropæa erigerent; urbesque condere aggrediuntur, quam vocant Ar-

A σίαν, ταύτην ἐκεῖσε καθυπέγραψεν, καὶ τοὺς δικαίους ἐντεῦθεν τὰ βραβεῖα τῶν πόνων ἀπολαμβάνοντας, ἐκεῖθεν δὲ τοὺς πεπλημμεληκότας τοὺς τῶν βεβιωμένων δρεπομένους καρποὺς καὶ πρὸς τὴν ἠπειλημένην κόλασιν ἀπελαυνομένους τε καὶ ἀποπεμπομένους σφοδρῶς. Ταῦτ' οὖν, ἐπειδὴ πέρας εἶχεν ἡ γραφή, κατιδὼν, καὶ δι' αὐτῶν τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον ἐν ἑαυτῷ συλλαβὼν, καὶ κατηχηθεὶς τὰ καθ' ἡμᾶς θεῖα μυστήρια, νυκτῶν ἀωρὶ τοῦ θείου μεταλαγχάνει βαπτίσματος. Ἐφ' ᾧ καταφανὴς γεγονὼς τὴν ἐκ παντὸς τοῦ ἔθνους αὐτοῦ καθυφίσταται ἐπανάστασιν, οὓς καὶ μετά τινων ὀλίγων καταπολεμήσας, τὸν τοῦ θείου τύπον σταυροῦ ἐν κόλποις περιάγων αὐτοῦ, τοὺς καταλοίπους οὐκέτι κρύφα, πάντα δὲ ἀναφανδὸν ἐποίησε καὶ αὐτοὺς ἐπιθυμοῦντας Χριστιανούς. Ἐπεὶ B γοῦν μετετέθη πρὸς θεοσέβειαν, γράφει δὴ πρὸς τὴν δέσποιναν περὶ γῆς, πλήθει στενούμενος τῷ ἑαυτοῦ, καὶ ἀξιοῖ παρὰ ταύτης παῤῥησιαστικώτερον ὡς ἤδη ἓν, ἀλλ' οὐ δύο ὄντων αὐτῶν, πίστει τε καὶ φιλίᾳ συνδεθέντων τῇ ἀῤῥαγεῖ, καὶ ἑαυτὸν ὑποθήσειν καθυπισχνεῖτο καὶ εἰρήνην ἐργάσασθαι ἀΐδιόν τε καὶ ἀδιάπτωτον. Ἡ δὲ εὐμενῶς τε ἤκουσεν αὐτοῦ, καὶ δέδωκεν ἐρήμην οὖσαν τηνικαῦτα τὴν ἀπὸ τῆς Σιδηρᾶς, ταύτης δὴ τότε ὅριον τυγχανούσης Ῥωμαίων τε καὶ αὐτῶν, ἄχρι τῆς Δεβελτοῦ, ἥτις οὕτω καλεῖται Ζάγορα παρ' αὐτοῖς. Οὕτω μὲν οὖν ἅπασα ἡ Βουλγαρία πρὸς εὐσέβειαν μετεῤῥυθμίσθη, Θεοῦ πρὸς τὴν [P. 103] οἰκείαν μετακαλεσαμένου γνῶσιν αὐτοὺς, καὶ οὕτως ἐκ μικρῶν σπινθήρων τε καὶ πληγῶν· καὶ οὕτω γῆς τῆς τῶν Ῥωμαίων ὡς ἄλλης τινὸς C ἐπαγγελίας ἀξιωθέντες πρὸς κοινωνίαν ἄῤῥηκτον καθυπέβαλον ἑαυτούς.

ιϛ'. Εἶχε μὲν οὖν οὕτω τὰ κατὰ τὴν Δύσιν λαμπρῶς τε καὶ ἐτεθρύλητο πανταχοῦ. Ἐφ' οἷς ἀγαλλομένη ἐκείνη, καὶ οἷον τρόπαια ἐπιθεῖναι μείζω δι' ἐφέσεως ἔχουσα, καὶ τοὺς κατὰ τὴν ἀνατολὴν Παυλικιανοὺς ἐπειρᾶτο μετάγειν ὡς βούλοιτο πρὸς εὐσέβειαν ἢ ἐξαιρεῖν καὶ ἀπ' ἀνθρώπων ποιεῖν· ὃ καὶ πολλῶν κακῶν τὴν ἡμετέραν ἐνέπλησεν. Ἡ μὲν γὰρ πέμψασά τινας τῶν ἐπ' ἐξουσίας (ὁ τοῦ Ἀργυροῦ καὶ ὁ τοῦ δουκὸς καὶ ὁ Σουδάλης οἱ ἀποσταλέντες ἐλέγοντο), τοὺς μὲν ξύλῳ ἀνήρτων, τοὺς δὲ ξίφει παρεδίδουν, τοὺς δὲ τῷ τῆς θαλάσσης βυθῷ. Ὡσεὶ δέκα μυριάδες ὁ οὕτως ἀπολλύμενος ἠριθμεῖτο λαὸς, D καὶ ἡ ὕπαρξις αὐτῶν τῷ βασιλικῷ ταμιείῳ... ἤγετο καὶ εἰσεκομίζετο. Ὑπῆρχεν οὖν τῷ στρατηγῷ τῶν Ἀνατολικῶν (Θεόδοτος οὗτος ἦν ὁ κατὰ τὸν Μελισσηνὸν) ἀνήρ τις εἰς τὴν ὑπηρεσίαν καταριθμούμενος, Καρβέας ὀνόματι, τὴν τοῦ πρωτομανδάτωρος πληρῶν ἀρχὴν, τῇ πίστει τῶν εἰρημένων τούτων Παυλικιανῶν ἐγκαυχώμενός τε καὶ σεμνυνόμενος. Ὡς οὖν τὸν ἑαυτοῦ οὗτος ἀκήκοε πατέρα ἀνηρτῆσθαι τῷ ξύλῳ, πέρα δεινῶν τοῦθ' ἡγησάμενος καὶ τὰ ἑαυτοῦ προσοικονομῶν φυγὰς μετὰ καὶ ἑτέρων πέντε χιλιάδων τῆς τοιαύτης κεκοινωνηκότων αἱρέσεως πρὸς τὸν τῆς Μελιτινῆς τηνικαῦτα κατάρχοντα Ἄμερα γίνεται, κἀκεῖθεν πρὸς τὸν ἀμεραμνουνῆ παραγίνονται. Μετὰ δὲ πολλῆς ἀποδεχθέντες τιμῆς, καὶ λόγον ἀσφαλείας δόντες τε καὶ λαβόντες ὁμοίως,

ἐξέρχονται μετ' οὐ πολὺ κατὰ τῆς Ῥωμαίων γῆς, A καὶ τῶν τροπαίων ἕνεκεν, ἐπεὶ πρὸς πολυπληθίαν ἐνεδίδοσαν [67], πόλεις τε κτίζειν ἐπιχειροῦσιν αὐτοῖς, τὴν οὕτω καλουμένην Ἀργαοῦν καὶ τὴν Ἀμάραν, καὶ αὖθις πολλῶν ἐκεῖσε ἐπιῤῥεόντων τῇ αὐτῇ κακίᾳ ἐνισχημένων καὶ ἑτέραν κτίζειν κατάρχουσι, Τεφρικὴν ταύτην κατονομάσαντες· ἀφ' ὧν ὁρμῶντες πολλοὶ κατ' αὐτὸ γινόμενοι, ὅ τε τῆς Μελιτινῆς Ἄμερ, ὃν οὕτω πως συμφθείροντες τὰ στοιχεῖα Ἄμβρον ἐκάλεσαν οἱ πολλοί, καὶ ὁ τῆς Ταρσοῦ Ἀλῆς καὶ αὐτὸς οὗτος ὁ Καρβέας ὁ δείλαιος, οὐκ ἔληγον αὐθαδῶς τῇ τῶν Ῥωμαίων γῇ λυμαινόμενοι. Ἀλλ' ὁ μὲν Ἀλῆς ἔν τινι τῶν Ἀρμενίων χώρᾳ ἄρχειν ἀποσταλεὶς ἐκεῖσε θᾶττον ἢ βουλῆς εἶχε τὸν βίον κατέστρεψε σὺν τῷ ἑαυτοῦ ἀκαίρῳ στρατῷ· ὁ δὲ Ἄμερ B μετὰ τοῦ συνάρχοντος αὐτοῦ τοῦ Σκληροῦ (οὕτως ἐλέγετο) εἰς ἐμφύλιον στὰς πόλεμον ἐκ φιλονεικίας [P. 104.] ἐφθείρετό τε καὶ ἐκείνῳ, ἀλλ' οὐκ ἄλλοις πολεμεῖν ᾤετο δεῖν. Εἰς τοσοῦτον δὲ τούτοις ἡ ἔρις ἐπηύξητο καὶ ἀλλήλοις ἀντεστρατήγουν, ἄχρις ἂν εἰς δέκα μόλις ἔληγεν χιλιάδας ἡ τούτων ἰσχὺς ἐκ πεντήκοντά που καὶ μικρόν τι πρός. Ἐπεὶ γοῦν οὗτος τῶν ἐχθρῶν ὑπερίσχυσεν, ἔγνω αὖθις θρασύτητι καταστρατηγούμενος κατὰ τὴν Ῥωμαίων ὅπλα κινεῖν, τῷ Καρβέᾳ ἑνούμενος. Ἀντεστρατεύετο δὲ αὐτοῖς Πετρωνᾶς, τὴν τοῦ δομεστίκου τότε ἀρχὴν διοικῶν· λόγῳ μὲν γὰρ Βάρδα ταύτην διέπειν ἐδέδοτο, ἀλλ' ἐπεὶ σχολάζειν οὗτος ἠναγκάζετο ὡς ἐπίτροπος, τὸν ἀδελφὸν ἠξίου, στρατηγὸν ὄντα τῶν Θρᾳκησίων, πράγματι ταύτην διέπειν καὶ διοικεῖν. C

ιζ'. Πλὴν ἀνθορμᾷν κατὰ τῶν Ἰσμαηλιτῶν καὶ ἀντεπεξιέναι καὶ Μιχαὴλ ὁ βασιλεὺς (ἄρτι γὰρ τὴν παιδικὴν ἡλικίαν παραμείψας πρὸς τὴν τῶν ἀνδρῶν ἠπείγετο) ἐβούλετό τε καὶ δι' ἐπιθυμίας εἶχεν ἀεί. Ἔγνω δέ πως ταῦτα βουλευόμενος ἀπὸ τῶν ἐμφυλίων πρότερον, ὡς οὐκ ὤφειλεν, ἐναπάρξασθαι, οὐκ οἴκοθεν οὐδ' ἀφ' ἑαυτοῦ, τῇ δὲ τοῦ ἐπιτροπεύοντος Βάρδα γνώμῃ τε καὶ βουλῇ. Ὅθεν δὲ καὶ ὅπως, δηλώσει καὶ ταῦτα ἡ ἱστορία· κωφὸν γὰρ τῷ ὄντι πως καὶ διάκενον τὸ σῶμα τῆς ἱστορίας, ὅταν ἐστερημένας ἔχει τὰς αἰτίας τῶν πράξεων. Ἀλλ' ἔνθα μὲν καὶ ἡμῖν ὑπὸ τοῦ χρόνου καλῶς οὐ διέγνωσται, συγγνώμην πάντως οἱ φιλομαθεῖς ἀπονέμοιεν τοῖς [68] ἀληθεῖς, ἀλλ' οὐ πλασματώδεις γράφειν ἐθέλουσιν, ὧν οὐδὲ τῷ τυχόντι ἀπορία καθέστηκεν· ὅπου δὲ γνώριμος, D δηλοῦν δεῖ [69] ταύτην καὶ σαφῆ καθιστᾷν τοῖς ἀναγινώσκουσιν, ὡς οὐκ ἄλλοθεν πάντως ἢ ἐκ τούτων χορηγουμένης τῆς ὠφελείας αὐτοῖς.

ιη'. Ἐγένετο δὲ τούτῳ τῷ Βάρδᾳ ἔρως τῆς βασιλείας οὐκ ἀγεννής, καὶ ἔρως οὐ κατὰ τοὺς ἄλλους, νῦν μὲν αὐξανόμενος, νῦν δὲ ταῖς τοῦ λογισμοῦ ὁρμαῖς προσεπικοπτόμενος, ἀλλὰ δύσερώς τις καὶ δυσαπάλλακτος. Μᾶλλον δέ, ἵνα τὸν λόγον ποῤῥωτέρω ἀγάγωμεν, ἐγένετο δὴ τῷ Μανουὴλ πρὸς τὸν Θεόκτιστον, ἀμφοτέροις ἐπιτροπεύουσιν καὶ αὐτοῦ που

A gaum et quam Amaram; ac rursus multis eo confluentibus eadem hæresi laborantibus, tertiam quoque ædificare incipiunt, quam Tephricem vocant; unde multi uno quasi agmine acieque conjuncti prodeuntes, nimirum Melitines Amer (quem vulgo corruptis elementis Ambrum appellarunt) Tarsique præfectus Ales atque hic miser Carbeas, populandæ ferociter vastandæque Romanæ ditionis nullum finem faciebant. Verum Ales in Armeniorum quamdam provinciam cum imperio missus citius illic periit quam vota ferebant, una cum importuno exercitu suo. Amer autem cum collega, cui Sclerus nomen (velut durum dicas), civili bello suscepto, sua in eum contentione res suas labefactans, cum uno illo, non cum aliis pugna decernendum 167 B putabat. Adeo autem eorum aucta contentio est sicque mutuis se cladibus confecerunt, ut cum quinquaginta millia aut paulo plures essent, ad decem vix millia exercitus omnis redactus sit. Amer itaque hostium victor arma iterum adversus Romanos, Carbea belli socio, movere ducis ferocitate decernit. Contra hos expeditionem facit Petronas, domestici tum munus administrans. Quæ dignitas nomine quidem ac titulo ad Bardam spectabat; quia tamen ille, quippe imperatoris tutor, ab ea cessare functione necesse habebat, a Petrona fratre, Thracensium duce, hanc sibi vicariam operam præstandam rogaverat.

C 17. Cæterum Michael ipse imperator adversus Ismaelitas proficisci expeditionemque suscipere, quippe qui pueritia egressus viriles prope annos attigerat, omnino volebat, reique hujus jugi desiderio flagrabat. Is vero eam primo animus incessit inque eam mentem inductus est non a se suoque ipse genio, sed cognatorum, quod ne unquam fuisset, Bardæ scilicet curatoris sententia ac consilio. Undenam vero ac quomodo res contigerit, hoc quoque subjecta rerum declarabit narratio. Plane enim mutum propemodum atque inane historiæ corpus videatur, quam deficiant rationes ac causæ eorum quæ gesta conscribuntur. Cum autem ne nos quidem ob longiores temporis moras perspectam satis D rerum causam habebimus, veniam prorsus tribuant studiosi lectores, quibus animo constitutum sit ut veras duntaxat, non quæ fictitiæ sint 168 (quarum etiam cuivis e vulgo in promptu facile copia sit), rationes scribamus. Ubi autem liquido ea occurrerit, operæ pretium lectoribus declarare ac palam facere, quod nusquam aliunde, sed inde omnis eis utilitas captanda sit.

18. Ingenti Bardas imperandi desiderio flagrabat. Erat in eo is amor, non pro aliorum more, qui modo inaugesceret, modo vero animi rationibus compesceretur ac tantisper interquiesceret, sed amor perdite amans atque impotens. Imo, ut paulo altius sermonem repetamus, discordiarum aliquid Manueli cum Theoctisto intercesserat, qui ambo

VARIÆ LECTIONES.

[67] ἐπεδίδοσαν? [68] τοῖς] τοὺς P. [69] δεῖ om. P.

curatores erant inque aula degebant. Ex ea Manuel majestatis insimulatur; nec deerant qui cito illi in aurem insusurrarent. Id Manuel criminis metuens, vimque invidiæ insuperabilem nulloque facile conatu expugnandam videns, eam amputandam ac amoliendam putavit, si modo a palatio paulo longius recederet. Se itaque domum recipit, quæ ad Asparis cisternam posita erat; quam postea in religiosæ domus formam redegit, ibique pulverem (corpusculum scilicet) deposuit. Inde quotidie veniens iis intererat quæ a tutoribus in palatio administrabantur. Bardas vero, qui non sua, sed Theoctisti opera Manuelem sic aula submovisset et, ut ita dicam, onus excussisset, arridente votisque favente fortuna, non jam alterius ope, sed sua ipse opera cuncta conficere statuit, **169** atque interim Theoctistum, ne se is ab ulteriore progressu impediret, amovere, simulque ingens probrum ex nurus suæ consuetudine (id enim ille continue ei exprobrabat) procul amoliri ac depellere.

19. Nempe imperatori pædagogus erat, vir dissolutæ vitæ, et qui ab omni procul remotus esset morum ingenuitate. Hunc Michael ex Barda et Theoctisto matreque majoribus in aula honoribus donari ac officiis poscebat. Non parebat Theoctistus, nec ut illis ejus votis morem gereret adduci se sinebat. Aiebat enim, *quæ sint imperii munera, ex meritorum ratione, non indignis esse conferenda.* Hunc ergo Bardas nequissimum nactus organum, zizania quædam de Theoctisto in suo ipse imperatorisque animo seminandi nullum finem faciebat; aliaque complura præsenti reipublicæ statui detrahebat : *non bene res administrari; relictum imperii hæredem Michaelem Theoctisti opera a publicis longe muneribus arceri. Nuptias cogitare cum Michaelis matre aut una filiarum; ipsum vero, qui filius sit, erutis oculis procul ejiciendum esse.* His itaque velut spiculis alte imperatoris animo defixis eum proritabat, ac ne quid ejusmodi eveniret, prudenti promptissimoque consilio rem expediendam aiebat. Sæpius eam in rem cum convenissent, ea demum illis rata sententia, ac decretum est ut fraude aliqua doloque e medio tollendum Theoctistum aut certe exsilio relegandum curarent. Sic itaque visum consilio, urgebatque Bardas, ut quod ita animis sederat prompte exsequeretur. **170** Ea necis viro inferendæ constituta ratio, ut Theoctistum referendi munere perfunctum, iisque quæ ærarii erant expeditis ad Lausiacum exeuntem, brevi spatio imperator sequeretur; tumque his qui a sacro cubiculo sunt *tollendum hominem* inclamaret. Considebat tunc Bardas in Lausiaco. Theoctistus vix pedem extulerat, cum Michaelis signum illi ipsi præire ipsumque antecedere videns saluti fuga consulere conatur. Fuga illi ad Circum, qua parte eorum qui erant a secretis, locus erat : tunc enim

A κατὰ τὰ ἀνάκτορα διαιτωμένοις, διαφορά τις, ἢ καὶ καθοσίωσιν ἐπεκάλει καὶ λάθρα ταχέως εἶχεν ὑπολαλούμενα αὐτῷ. [P. 105] Ταύτην δὴ ὁ Μανουὴλ εὐλαβούμενος, καὶ τὸν φθόνον ἄμαχόν τινα καὶ δυσκαταγώνιστον ἐνορῶν, ᾠήθη δεῖν τοῦτον ἀκρωτηριάσαι καὶ καθελεῖν, εἰ μόνον γένοιτο πορρωτέρω τοῦ παλατίου. Καὶ δὴ κάτεισιν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, κατὰ τὴν κινστέρναν τοῦ Ἄσπαρος ὄντα, ὃν εἰς σεμνείου τύπον ὕστερον ἐνηγάγετο [70] καὶ τὸν χοῦν ἐκεῖσε κατέθετο. Ἐκεῖθεν γοῦν ἑκάστοτε ἀφικνούμενος κοινωνὸς ἐγίνετο τῶν κατὰ τὰ ἀνάκτορα διοικήσεων. Τοῦτον οὕτως οὐ δι' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ διὰ τοῦ Θεοκτίστου ἀποσεισάμενος ὁ Βάρδας, ταυτὸν δὲ εἰπεῖν καὶ ἀποφορτισάμενος, καὶ τὴν τύχην λαβὼν πρὸς τὸ ἑαυτοῦ σπουδαζόμενον κοινωνὸν, ἐβουλεύετο
B καὶ αὐτὸς οὐκέτι δι' ἑτέρου, δι' ἑαυτοῦ δὲ διανῦσαι τὸ πᾶν, καὶ τέως τὸν Θεόκτιστον καθελεῖν, ἵνα μὴ τῆς ἐπὶ τὰ πρόσω φορᾶς τοῦτον ἔχοι ἐμπόδιον καὶ ἅμα τὸν πολὺν ὄνειδον τὸν ἐπὶ τῇ νύμφῃ αὐτοῦ (καὶ γὰρ ὠνείδιζε τοῦτον διηνεκῶς) ἀποῤῥαπίσοι καὶ πορρωτέρω ποιήσεται.

ιθ'. Ὑπῆρχε γοῦν τῷ βασιλεῖ Μιχαὴλ παιδαγωγὸς ἀνάγωγός τε καὶ πόῤῥωθεν τρόπων τῶν εὐγενῶν. Τοῦτον ἠξίου ὁ βασιλεὺς αὐτόν τε καὶ Θεόκτιστον καὶ τὴν μητέρα ἀνωτέρω τῶν βασιλικῶν ἀξιωμάτων ἀναγαγεῖν καὶ μείζονα τούτῳ ἐπιβραβεῦσαι τιμήν. Οὐκ ἐπείθετο γοῦν τούτῳ ὁ Θεόκτιστος, οὐδὲ ταῖς αὐτοῦ ἀρέσκειν ἀρεσκείαις ἠβούλετο, *ἐπαξίως*, λέγων, *καὶ οὐκ ἀναξίως τὰ τῆς βασιλείας δεῖν διοικεῖν*. Τοῦτον
C ὄργανον τὸν παιδαγωγὸν ὁ Βάρδας λαβὼν πονηρὸν οὐκ ἐπαύετο ζιζάνιά τινα περὶ τοῦ ἀνδρὸς τῇ ἑαυτοῦ ἐνσπείρων καὶ τῇ τοῦ βασιλέως ψυχῇ, ἄλλα τε πολλὰ περὶ τῶν κοινῶν διοικήσεων λέγων, ὡς *Οὐ καλῶς οἰκονομοῦνται, καὶ ὅτι σοὶ καταλειφθείσης ὡς κληρονομίας τῆς βασιλείας πόῤῥω σου ταύτην οὗτος ποιεῖ, γάμον μητρί σου ἢ τῶν ταύτης θυγατέρων μιᾷ ἐμμελετῶν, καὶ σοῦ τοῦ ταύτης υἱοῦ πόῤῥω που ποιῆσαι τοὺς ὀφθαλμούς*. Ταῦτα γοῦν ὡς βέλη πήξας ἐν καρδίᾳ τοῦ βασιλέως διήγειρέ τε, καὶ ὅπως μὴ ταῦτα γένοιτο, συντεῆς ἔφασκε δεῖν καὶ ταχίστης βουλῆς. Ὡς δὲ πολλάκις περὶ τούτου συνήρχοντο τοῦ πράγματος, μίαν ταύτην ἐκύρουν καὶ γνώμην ἀπέφαινον τοῦ ἐκ [71] μέσου τὸν Θεόκτιστον ποιῆσαι δολοφονίᾳ τινὶ ἢ ὑπερορίᾳ. Ἐδέδοκτο οὖν
D ταῦτα, καὶ πέρας ἔσπευδε τοῖς βουληθεῖσιν [72] ἐπάγειν· [P. 106] τὸ δὲ ἦν ἐν τῷ τοῦτον μέλλειν πρὸς τὸν Λαυσιακὸν ἐξέρχεσθαι μετὰ τὴν τῶν ἀναφορῶν διοίκησιν ἐπακολουθῆσαι μικρὸν τὸν βασιλέα, καὶ τοῦτο μόνον ἀνακραγεῖν τὸ, *Ἐκάρατε αὐτὸν*, τοῖς πραιποσίτοις. Τότε ὁ Βάρδας ἐν τῷ Λαυσιακῷ συνεδρίαζεν. Ὡς οὖν ὁ Θεόκτιστος προέκυπτεν ἐξιὼν, τὸ τοῦ Μιχαὴλ σύνθημα προτρέχον ἅμα καὶ προφθάνον τοῦτον ὁρῶν ἔγνω φυγῇ τὴν σωτηρίαν πραγματεύσασθαι. Ἡ φυγὴ δὲ πρὸς τὸν ἱππόδρομον κατὰ τὰ ἀσηκρητεῖα· καὶ γὰρ ἐκεῖσε τότε τὸ τῶν ἀσηκρήτεων ὑπῆρχε καταγώγιον. Ἀλλ' ὑπὸ πολλῶν ὁ εἷς συλληφθεὶς μένειν, ἀλλ' οὐ φεύγειν κατηναγκάζετο· καὶ

VARIÆ LECTIONES.

[70] ἀνηγάγετο? [71] ἐκύρουν γνώμην καὶ ἀπεφαίνοντο ἐκ? [72] βουλευθεῖσιν?

ξίφος ὁ Βάρδας γυμνώσας αὐτοχειρίᾳ τοὺς οἵτινες εἶεν διακωλύσοντες ἀμυνόμενος ἠπείλει, πρὸς τὸν [73] φόνον τῶν ὑπὸ χεῖρά τινι. Ἀλλὰ ψαῦσαι μὲν ἐτόλμησε τούτου τότε οὐδεὶς, ἀπήγετο δὲ πρὸς τὰ Σκῦλα, φρουρᾷ τέως παραδοθησόμενος, μέχρις ἂν τὰ κατ' αὐτοῦ ἀποφήναιντο. Ὡς δ' οὐ ζῆν δέει τῆς Αὐγούστης αὐτὸν ἐβουλεύσαντο, ἵνα καὶ μὴ θᾶττον ἀπολυθῇ, τῶν καθ' ἑταιρείαν τινὰ ἐξαπέστειλαν γυμνὸν ἐπισείοντα ξίφος αὐτῷ. Ὡς δ' οὖν εἶδε ξιφήρη τὸν ἄνθρωπον ἐπιόντα, κατὰ τοῦ σκάμνου οὗτος ὑπέδυ, τὰς λαβὰς βουλόμενος ἐκφυγεῖν· ἀλλ' ἔλαθε κατὰ γαστέρα πληγεὶς καὶ θανάτῳ παραδοθεὶς, τῶν ἐγκάτων ἐκχυθέντων αὐτοῦ. Ὅτε δὴ καὶ ὁ Μανουὴλ φοιβόληπτος ὥσπερ γενόμενος τῷ Βάρδᾳ καθαρῶς λέγεται ἀνειπεῖν·

Ξίφος γυμνώσας εἰς Θεοκτίστου φόνον,
Ὅπλιζε σαυτὸν εἰς σφαγὴν καθ' ἡμέραν.

κ'. Ἀλλ' ὁ μὲν Θεόκτιστος οὕτω τὸ τοῦ βίου πέρας ἀπείληφεν, καὶ μετὰ τὴν αὐτοῦ σφαγὴν ὁ Βάρδας τὴν τοῦ κανικλείου φροντίδα καὶ τιμὴν εἰς ἑαυτὸν ἀνελάμβανεν· ἡ δὲ δὴ Θεοδώρα τούτων ὡς ᾔσθετο, λυσίκομος δὴ θέουσα, πολλὰ κατολοφυρομένη ἀνέκλαιεν καὶ ὀδυρμῶν τὰ βασίλεια ἐπλήρου, ἀραῖς ἀμφοτέρους καθυποβάλλουσα καὶ, *Ὦ ἀναιδεῖς καὶ παμμίαροι*, λέγουσα, *θῆρες, τί σὺ μὲν, ἀχάριστον γέννημα, τὸν δεύτερόν σου πατέρα πονηρὰ ἀντέδωκας ἀγαθῶν; καὶ σὺ, βάσκανε δαῖμον καὶ πονηρὲ*, τὸν ἀδελφὸν ἐπιτραγῳδοῦσα, *τὴν ἐμὴν ἐμίανας ἀρχὴν, καθαρὰν φυλαχθεῖσαν καὶ ἄχραντον; ἔστι Θεὸς τῶν τολμωμένων ἔφορος, ὃς ἀμφοτέρους οὐκ ἀλλοίως, ἀλλ' ὁμοίῳ θανάτῳ παραδώσει δήπου καὶ φονικῷ.* Καὶ ἅμα ἐπεθείασέ πως, τὰς χεῖρας πετάσασα, *Ἴδοιμί ἐπιπεσοῦσαν, Κύριε, ἴδοιμι τὴν τοῦ ἀνθρώπου τούτου ἐκδίκησιν.* Ταύτης οὖν ἔκτοτε τὰς πυκνὰς ἀρὰς μὴ φέροντες καὶ ὀνειδισμοὺς, καὶ ἅμα τὴν κατ' αὐτὸν ἐλαύνων [74] ὁ Βάρδας ὁδὸν, ἔγνωσαν καὶ ταύτην ἐκεῖθεν ἀπώσασθαι καὶ γυμνῇ χωρεῖν πρὸς ἅπαν αὐτοῖς τὸ δοκοῦν κεφαλῇ. [P. 107] Ὅπερ ἐκείνη καταφωράσασα (καὶ γὰρ ἦν ἰδεῖν καὶ στοχάσασθαι δυνατὴ) ἀντιπράττειν οὐκ ᾤετο δεῖν, φόνους τῶν ἀνθρώπων καὶ ὁμοφύλων βλάβας ἐκφεύγουσα· τὸν δὲ τέως πλοῦτον, τὸν σήμερον ἐν τοῖς ἀνακτόροις ἀποθησαυριζόμενον, ἔγνω τῇ συγκλήτῳ ποιεῖν φανερὸν, τὸν υἱόν τε τῆς ἀφειδοῦς δαπάνης κωλύουσα καὶ τὴν ἑαυτῆς κηρύττουσα ἀρετήν. Καὶ δὴ εἰς ἐπήκοον στᾶσα ἐξεβόησεν, ὡς *Πρὸς τοῖς ἐνενήκοντα χίλια μὲν χρυσοῦ τῷ βασιλικῷ ταμιείῳ κεντηνάρια ἐναπόκεινται, ἀργυρίου δὲ ὡσεὶ τριῶν, καὶ τῶν μὲν εἶναι τὸν ταύτης ἄνδρα θησαυριστήν τε καὶ ποριστήν, τῶν δὲ αὐτὴν μὴ καταναλίσκειν φιλούσης καὶ κατασπαταλᾶν.*

κα'. Ἀλλὰ καίτοι τοσοῦτος ὁ βασιλικὸς ὢν θησαυρὸς εἰς οὐδὲν ἐχώρησε παντελῶς τῇ ἀπονοίᾳ τοῦ Μιχαὴλ καὶ ἀκαίρῳ φιλοτιμίᾳ. Ταῖς γὰρ τῶν ἵππων ἁμίλλαις, εἴπερ τις ἕτερος, ἀγαλλόμενος, καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος ἡνιοχεῖν (ὢ τῆς τότε ταπεινωθείσης τῶν

illorum ibi diversarium erat. Verum unus a multis comprehensus gradum sistere cogitur ac fugam inhibere. Bardas stricto gladio ipse sua manu adacturum minatur, si quis opem ferre velit; simulque a quodam suorum satellitum eum interfici jussit. Nemo tamen tunc ausus est ei manum injicere. Interim ad Scyla ducitur, sub custodia servandus, dum in illum sententia ferretur. Cum tamen haud consultum putassent Augustæ metu, ac ne citius liberaretur, ut diutius vivere eum paterentur, fœderatorum cohortis unum aliquem mittunt, strictum ensem illi adacturum. Ut autem sic stricto gladio invadentem Theoctistus advertit, ictus declinandi causa scamnum subiit. Imprudens tamen, impacto in ilia gladio, effusis intestinis occubuit. Tum quoque Manuelem velut numine actum sic clare Bardæ denuntiasse ferunt:

171 *Semel ense districto in Theoctisti necem,*
Quotidianam porro accingere ad necem.

20. Verum hunc quidem Theoctistus vitæ finem accepit, Bardas vero caniclii curam ac dignitatem in se transulit. Theodora vero ubi immane illud scelus cognovit, passis comis discurrere, multoque ejulatu ac fletu aulam implere, filiumque et fratrem diris devovere. Et: *O immanes*, aiebat, *impurissimæque bestiæ! quid tu quidem, ingrata soboles, alteri parenti tuo bonorum mercedem mala rependisti? quid vero tu, invide dæmon ac pessime* (tragice in fratrem exaggerans), *imperium meum, quod purum intemeratumque constiterat, polluisti? est Deus hujus tanti inspector sceleris, qui ambos non dissimili exitu, sed pari tandem neci tradet.* Simulque divino furore correpta, passis in cœlum manibus: *Videam, Domine, videam in viri hujus caput irruentem vindictam.* Ejus itaque extunc crebras diras probraque non ferentes, ac cum simul Bardas occœptam viam insequi vellet, eam quoque aula movendam statuere, nudoque (quod aiunt) capite quidquid libuisset patrare. Quo illa deprehenso, ut erat mulier sagaci ingenio, haud rata resistendum, eo quod hominum cædes civiumque damna formidaret, congestarum hactenus in regia pecuniarum vim senatui exponendam duxit, **172** ut et filii profusionibus obstaret et suam administrationem probaret. Vocato ergo in concionem senatu, in omnium auribus sic clare stans dixit: *Auri centenaria mille nonaginta, argenti ad tria milia, in ærario fiscoque regio reposita sunt. Hæc partim a marito, partim etiam a me post ejus obitum (quæ inanes sumptus oderim ac luxuriam) congesta partaque.*

21. Quamvis autem tantæ erant opes regiæ ingentique adeo thesauro repositæ ac cumulatæ, Michaelis tamen dementia absurdisque et immodicis largitionibus in nihilum prorsus cessere. Cum enim aurigationibus, si quis alius, delectaretur, nec

VARIÆ LECTIONES.

[73] προστάττων τὸν Combef. [74] ἐλαύνας P.

equos ipse agere in Circo a se alienum putaret, (o A quam protrita tum abjectaque imperii dignitas!) eorum qui secum ludere ac ludiero hoc certare solebant, e sacro baptismate suscipiendis liberis fiscum exhauriebat; qui videlicet quinquaginta ac quadraginta trigintaque ut minimum auri libras in singulos eorum conferret. Aliquando Himerio cuidam patricio (dictus hic Chœrus, quod est *porcus*, ab oris vultusque rusticitate), cum inter convivia turpibus verbis scurriliter luderet ac impudenter in faciem imperatoris cœtusque convivantium ex impuro ventre suo pederet, ita ut ventris crepitu prolucentem ipsam facem exstinxerit, sic inauditæ rei miraculo centum auri libras concessit. Alias quoque Cheilæ unius e sociis aurigis, suscepto B quodam ex sacro baptismate filio, auri totidem libras **173** tribuit: sic ille nulla fruge pecunias publicas insumebat. Cumque brevi tempore scenicis illis ac nequissimis actibus tantas illas opes prodegisset, Circensium amator perditissimus, diesque regiis largitionibus constitutus appeteret, ac parandæ pecuniæ ratio deesset, quibus donati milites adversus hostium valide acies decertant remque tuentur Romanam, famosam illam auream platanum duosque aureos leones ac totidem gryphes, ipsos quoque ex auro solido ductiles, organumque auro solido fabrefactum, nec non reliquam regiæ magnificentiæ supellectilem, auri pondo non minus quam centenaria ducenta conflans, ex illis pecuniam fisco inferendam cudi præcepit. Quin et C regias quasdam tam imperatorum quam Augustarum vestes, adeoque etiam senatorias, alias ex auro solidas aliasque auro intextas, in regio ærario privato positas, penuria tandem pressus conflandas exposuit. Quanquam illis necdum conflatis Michael e vivis exemptus est. Inclytus autem Basilius, ipse imperio potitus, cum integras adhuc ac incolumes reperisset, ipsas recepit, ac quam nunc vocamus senzatum monetam cudi jussit, e tantis divitiis nihil inveniens præter auri centenaria tria et milliarensium sacculos novem; quibus etiam in concionem allatis inque omnium oculis productis, deploravit coram senatu, unde tantis illis angustiis procuranda ipsi res publica foret.

174 22. Verum hæc postea contigerunt. Tunc D autem moris erat Theodoræ, ut sacram Blachernensem ædem frequens adiret, tum ut vota quædam Deo redderet, tum vero etiam ut lavaret. Cum itaque ex more quandoque eo se contulisset, Michael et Bardas misso Petrona illius fratre ipsam cum filiabus attonsam ad Cariani interim palatia relegant: postea vero non semel tantum, sed et iterum missis ministris, illarumque fisco illata substantia, privatas, ac velut e vulgo feminas, non regio cultu vivere eas siverunt. Verum haud multo post Theodora e vivis excessit. Inclytus vero Basilius suscepto imperio, cum ejus cadaver tum filias in aviæ monasterium transtulit, quod Gastria vocant,

A Ῥωμαίων βασιλείας!) οὐ παραιτούμενος, τῶν συμπαιζόντων αὐτῷ καὶ συνηνιοχούντων ἐκ τοῦ θείου βαπτίσματος τὰ τέκνα υἱοθετούμενος τὸν βασίλειον ἐξεκένου πλοῦτον, πεντήκοντα δὴ καὶ τεσσαράκοντα καὶ τὸ ἐλάχιστον ἑκάστῳ τριάκοντα χρυσίου λίτρας ἐπιχορηγῶν. Ποτὲ δέ τινι πατρικίῳ (Ἱμέριος οὗτος ἐκαλεῖτο ὁ Χοῖρος, διὰ τὴν τοῦ προσώπου οὕτω κατονομαζόμενος ἀγριότητα) ἄλλως αἰσχρολογοῦντι κατὰ τὴν τράπεζαν καὶ ψόφον ἐκ τῆς βεβήλου αὐτοῦ γαστρὸς κατὰ πρόσωπον τοῦ βασιλέως καὶ τῶν συνδειπνούντων ἀφιέντι, ὡς καὶ τὸ φατλίον τὸ τούτους φωταγωγοῦν ἐκ τοῦ τηλικούτου ψόφου κατασβέσαι, τῷ παραδόξῳ τοῦ τοιούτου θαύματος χρυσίου λίτρας B ἔδωκεν ἑκατόν. Καὶ Χειλᾷ δὲ ἄλλοτε τοῦ σὺν αὐτῷ ἡνιοχοῦντος τὸν υἱὸν ἐκ τοῦ θείου λουτροῦ ἀναδεξάμενος ὁμοίως χρυσίου λίτρας δέδωκεν ἑκατόν. Οὕτως ἐκεῖνος εἰς οὐδὲν δέον τὰ δημόσια κατανάλισκεν. Ἐπεὶ δὲ ἐντὸς ὀλίγου καιροῦ τὸν τοσοῦτον πλοῦτον ταῖς τοιαύταις σκηνικαῖς καὶ ἀθέσμοις κατανάλωσε πράξεσι, δεινὸς ἐραστὴς ὢν ἱπποδρομίας, ἦλθεν δὲ ὁ τῆς διανομῆς τῶν βασιλικῶν δωρεῶν καιρός, καὶ χρημάτων πόρος οὐκ ἦν δι' ὧν τὰ στρατεύματα φιλοτιμούμενα τὰς τῶν ἐχθρῶν παρατάξεις ἀμύνονται, τήν τε χρυσῆν ἐκείνην καὶ πολυθρύλητον πλάτανον καὶ τοὺς δύο χρυσοῦς λέοντας, πρὸς δὲ καὶ τοὺς δύο γρῦπας ὁλοχρύσους ὄντας καὶ σφυρηλάτους, καὶ τὸ ὁλόχρυσον ὄργανον, ἀλλὰ καὶ ἕτερα ἔργα τῆς βασιλικῆς ἐκθέσεως, ὁλκὴν ἔχοντα τῶν διακοσίων οὐκ ἔλαττον κεντηναρίων, χωνεύσας χαράξαι δέδωκεν ἐν τῷ C βασιλικῷ ταμιείῳ. [P. 108] Καὶ στολὰς δέ τινας βασιλικὰς καὶ αὐγουστιακάς, ἀλλὰ καὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς, τὰς μὲν ὁλοχρύσους, τὰς δὲ χρυσοϋφάντους οὔσας ἐν τῷ εἰδικῷ, πρὸς τῷ τέλει, ἐκδέδωκεν ἐξαπορῶν, ὡς ἂν χαραχθῶσι. Πλὴν οὐκ ἔφθασαν χωνευθῆναι, καὶ ἐκεῖνος μὲν ἐξ ἀνθρώπων ἐγένετο, ταύτας δὲ Βασίλειος ὁ ἀοίδιμος τὴν βασιλείαν λαβὼν καὶ καταλαβὼν ἔτι ἀλυμάντους ἀνεκαλέσατο, καὶ τὸ νῦν σενζάτον καλούμενον χαραχθῆναι ἐκελεύσατο [18], ἐκ τοσούτου πλούτου μηδὲν ἕτερον εὑρηκὼς ἢ χρυσίου κεντηνάρια τρία, μιλιαρίσια δὲ σακκία ἐννέα, ἃ καὶ δημοσιεύσας καὶ πᾶσι δῆλα ποιήσας ἀπωδύρετο τῆς συγκλήτου ἐνώπιον τὴν ὅθεν ἔμελλε ποιήσεσθαι τῆς πολιτείας διοίκησιν.

D κβ'. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν προϊόντος τοῦ χρόνου γεγόνασιν· τότε δὲ εἴθιστο Θεοδώρα κατὰ τὸν ἐν Βλαχέρναις θεῖον συχνῶς πως ἐπιφοιτᾶν ναόν, ὁμοῦ μὲν εὐχάς τινας ἀποδιδοῦσα Θεῷ, ὁμοῦ δὲ καὶ τοῦ λουτροῦ μετέχουσα. Ὡς γοῦν ὀψέ ποτε ἀφίκετο, τὸν Πετρωνᾶν ἀδελφὸν αὐτῆς ὄντα πέμψαντες ὁ Μιχαὴλ τε καὶ Βάρδας ἀποκείρουσί τε ταύτην μετὰ τὰς θυγατέρας ὁμοῦ, καὶ τοῖς κατὰ τὰ Καριανοῦ ἀνακτόροις τότε μὲν περιορίζουσιν· ὕστερον δὲ οὐχ ἅπαξ μόνον, ἀλλὰ καὶ δὶς ἀποστείλαντες εἰσεκόμισαν τὸν ἐνόντα πλοῦτον αὐταῖς, καὶ κοινῶς πως καὶ ἰδιωτικῶς, ἀλλ' οὐ βασιλικῶς εἴασαν ζῆν. Ἀλλ' ἐκείνη μὲν μετ' οὐ πολὺ τῶν τῇδε μεθίστατο, καὶ βασιλεὺς ὁ ἀοίδιμος Βασίλειος αὐτῆς τε τὸν νεκρὸν καὶ τὰς αὐτῆς θυγατέρας

VARIÆ LECTIONES.

[18] ἐνεκελεύσατο ?

πρὸς τὸ τῆς μάμμης ἔπεμπε μοναστήριον ἐνδιαιτᾶσθαι, οὕτω τῶν Γαστρίων κατονομαζόμενον, καὶ ὁσίως ζῆν τε καὶ πολιτεύεσθαι. Αὕτη μὲν οὕτως ἀπεβίω, ὄνομα τῷ υἱῷ, οὐχ ὡς ἐκεῖνοι, πονηρὸν, ἀλλ' ἀγαθὸν ἀπολιποῦσά τε καὶ σεμνόν. Ἐδήλου δὴ καὶ ἡ πρὸ ταύτης βίβλος ὅθεν τε κἀκ τίνων ἐξέφυ καὶ ὅπως ἦλθεν εἰς τὰ βασίλεια, καὶ τὰς αὐτῇ ὅσαι δὴ θυγατέρες ἐκ κοιλίας γεγέννηνται· δηλώσει δὲ αὕτη συγγένειαν αὐτῆς τὴν λοιπήν. Ἦσαν οὖν οἱ δηλωθέντες ἄῤῥενες δύο ἀδελφοὶ, ὅ τε Πετρωνᾶς στρατηγὸς κατὰ τὸ Θρᾳκήσιον καὶ πατρίκιος τηνικαῦτα, καὶ Βάρδας ὁ δηλωθεὶς, ὃς καὶ παρὰ Θεοφίλου εἴς τι τῶν οὐ δεόντων καταληφθεὶς, τῆς συνήθους προελεύσεως ἱσταμένης, κατὰ τὸ Ὡρολόγιον ἐτύφθη μαγγλάβια ἑξήκοντα. Ἀδελφαὶ δὲ τρεῖς, ἥ τε εὐφήμῳ οὕτω καλουμένη B ὀνόματι Καλομαρία καὶ Σοφία καὶ ἡ Εἰρήνη. Ἀλλ' ἡ μὲν Σοφία εἰς κοίτην ἐδίδοτο Κωνσταντίνῳ τῷ κατὰ τὸν Βαβούτζικον, [P. 109] ἡ δὲ Καλομαρία Ἀρσαβὴρ τῷ τηνικαῦτα μὲν πατρικίῳ, ἔπειτα δὲ καὶ μαγίστρῳ, [ἡ δὲ Εἰρήνη] τῷ Εἰρήνης τῆς μητρὸς τοῦ μετὰ ταῦτα τὸν [76] πατριαρχικὸν θρόνον ἀντιλαβομένου Φωτίου ἀδελφῷ· μεθ' οὗ καὶ δύο τεκνώσασα παῖδας, Στέφανόν τε τὸν μάγιστρον, καὶ Βάρδαν τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφὸν καὶ μάγιστρον τὸν τοῦ πατρικίου Κωνσταντίνου καὶ στρατηγοῦ Σικελίας, τὸν τοῦ [77] Κοντομύτου γαμβρὸν (ἐκεῖθεν γὰρ αὐτῷ καὶ ἡ τοῦ Κοντομύτου ἐκληρώθη προσηγορία), τὴν συγγένειαν πρὸς τὸν πατριάρχην ἔσωζε Φώτιον· ἐξάδελφοι γὰρ οἱ δύο μάγιστροι οὗτοι τούτου ἐτύγχανον. Αὕτη δὲ οὖν ἡ μήτηρ τῶν εἰρημένων, ἐπεὶ τοῦ προτέρου ἀν- C δρὸς διὰ θανάτου ἡμάρτανεν, οὐχ εἵλετο καὶ δεύτερον ἰδεῖν μάτην ἀποθνῄσκοντα, ζῶσα δὲ χήρα καὶ τῇ ἑαυτῆς συνοῦσα ἀδελφῇ κατὰ τὰ βασίλεια, αὐχμηράν τινα καὶ ταπεινὴν ἐστολισμένη στολὴν, ἔτι δὲ μὴν καὶ μέλαιναν, τὸν ὕπαρχον ἀπολαμβάνουσα τῆς χειρὸς, οὐ μὴν δὲ καὶ τὸν τειχιώτην, ἀλλὰ καὶ τὸν νούμερον συνεπαγομένη, κατὰ νουμηνίαν ἀπῄει βάδην τε καὶ πεζῇ διὰ τῶν σχολῶν πρὸς τοὺς ἐν τοῖς δεσμωτηρίοις κατεχομένους τῆς τε Χαλκῆς καὶ τοῦ Πραιτωρίου καὶ τῶν Νουμέρων, τίνος τε χάριν ἀποκέκλεισται ἕνα ἐρωτῶσα καθ' ἕνα καὶ διοικοῦσα τοὺς μὲν δι' ἑαυτῆς, τοὺς δὲ διὰ τῆς πρὸς τὴν ἀδελφὴν ὑπομνήσεως, ἑκάστῳ τῶν φρουρουμένων εὐλογίαν ἐπιχορηγοῦσα οὐ μικρὰν καὶ ἐλεημοσύνην. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν γυναικωνῖτιν οὕτω.

A ut illic morantes sanctæ ac religiosæ vitæ institutis ætatem transigerent. Sic quidem illa ex hac luce migravit, bonum nomen ac venerabile, non ut illi malum atque exosum, filio relinquens. Ostendimus libro superiori undenam, et ex quibus Theodora orta parentibus, quomodo item in aulam venerit, quotque ex utero proles muliebris sexus fuderit: in hoc vero ejus reliquum genus ac cognatos ostendemus. Fuerunt itaque, quos diximus, duo masculi fratres, Petronas Thracensium dux ac tum patricius, Bardasque, de quo egimus. Porro Petronas in quodam facinore a Theophilo deprehensus, cum consueta processio fieret, sexaginta verberibus ad Horologium jussus est vapulare. Sorores tres exstitere, quas **175** sic honorifico nomine Calomariam vocabant, et Sophia ac Irene. Ex his Sophia nupsit Constantino Babutzico: Calomariam duxit Arsaber tum patricius ac deinde magister: [Irene autem] Irenes matris Photii (ejus qui postea patriarcha fuit) fratri nupta fuit; ex quo etiam duobus susceptis filiis, Stephano magistro et Barda illius fratre atque magistro, qui Constantini patricii et Siciliæ prætoris (qui et Contumites) gener fuit (hinc enim hæc illi appellatio hæsit), cum Photio patriarcha affinitatem servavit. Ambo enim hi magistri illius nepotes ac consobrini fuere. Horum mater, priore viro morte amisso, ut alterum quoque frustra morientem videret in animum inducere noluit. Vivens itaque vidua et cum sorore in aula agens, squalida quadam atque humili induta veste, præfectum manu tenens, unaque assumpto tichiote ac cohortali duce, mensis cujusque initio lento gradu pedesque per scholas ibat, ad eos qui vincti in Chalce et in prætorio atque Numeris tenerentur; singulosque causam carceris interrogans, ac tum sua ipsa opera, tum suggestione ad sororem iis prospiciens, haud exiguam cuique benedictionem ac eleemosynam tribuebat. Hactenus quæ spectant ad feminas.

κγ'. Ὁ δὲ Βάρδας ἦν ὅλος τὰ τῆς βασιλείας ἐπιτροπεύων καὶ διοικῶν, καὶ τῶν λοιπῶν διαφερόντως ὡς συγγενὴς τοῦ βασιλέως ἀγαπώμενος· ἔνθεν καὶ τὴν D κουροπαλάτου, οἷον ἆθλον ἐπὶ τῇ ἀδελφῇ, τιμὴν ἀναδέχεται, καὶ κατὰ τῶν Ἰσμαηλιτῶν καὶ τοῦ Ἄμερ, ὥσπερ εἴρηται, ἀντιστρατεύονται μετὰ τοῦ Μιχαὴλ, ἄρτι τελοῦντος αὐτοῦ εἰς ἄνδρας ἐξ ἀγενείων, δυνάμει πάσῃ τε καὶ χειρί. Ὡς δ' οὖν τῆς τῶν ἐναντίων ἐπέβησαν γῆς, κατὰ πόλιν Σαμόσατα λεγομένην, δυνάμει τε βρίθουσαν καὶ ἰσχύϊ, ἄγονται, καὶ ταύτην ἐπεχείρουν πολιορκεῖν. Ἀλλ' ἐλελήθεισαν οὐ κατὰ Θεοδώρας αἴροντες χεῖρα, κατὰ δὲ πολυτρόπων ἀνδρῶν. Ὡς μὲν γὰρ ἦν τρίτη τῆς ἐφεδρείας τούτοις ἡμέρα, ἡ πρώτη δὲ καὶ κυρία τῶν ἡμερῶν, ἔμελλον δὲ τὴν ἀναίμακτον μυσταγωγίαν ἐκπληροῦν, ὡς ἂν

176 23. Porro Bardas in procurando administrandoque imperio totus erat; ac velut qui imperatorem affinitate attingebat, præ reliquis illi charus ac dilectus erat. Idcirco etiam velut in summotæ sororis præmium curopalatæ dignitate ornatur, unaque cum Michaele, qui efflorente jam lanugine annos viriles inibat, cum ingenti armorum apparatu ac exercitu adversus Ismaelitas et Amerem, ut supra dicebamus, proficiscitur. Postquam itaque in hosticum progressi Samosata venerunt, urbem scilicet civium multitudine ac robore potentem, ejus obsidionem aggrediuntur. Nimirum non intellexerant non se adversus Theodoram levare manus, sed adversus vaferrimum hominum genus. Tertia itaque obsidionis die, quæ prima dierum ipsaque

VARIÆ LECTIONES.

[76] τὸν om. P. [77] τὸν τοῦ] τοῦ καὶ?

βραχεῖ, ἔτι δὲ καὶ ἄρτῳ καὶ μικρᾷ τινι περιθάλψει A τὸ λυποῦν ἐπ' ὀλίγον παρεμυθεῖτο. Ὡς δὲ τὸ τῆς τιμωρίας ἀρκούντως ἐδόκει αὐτῷ, τότε δὴ ὑπερόριον μὲν τὸν ἄνδρα τοῦτον κατὰ τὴν νῆσον Μιτυλήνην ποιεῖ· ἐπεὶ δὲ καί τινες τῶν ἐπισκόπων ἀντέλεγον, καὶ τὴν δίκην πόῤῥω που δὴ οὖσαν καὶ ἀποφοιτήσασαν ἐπεκαλοῦντο, καὶ οὐκ εἴ τι γένηται ἄλλον δέξασθαι ἠπείλουν, [P. 121] ἀλλὰ τῆς Ἐκκλησίας συναποῤῥήγνυσθαι, τὸν ἐκ τούτου τάραχον δὴ κατευλαβηθεὶς ἔγνω καὶ τούτους ἀπάτῃ περιελθεῖν καὶ ἀλωπεκῇ. Ἰδίᾳ γοῦν καὶ κρυφῇ τούτων ἕκαστον μετακαλούμενος, οὐ μικρόν τι καὶ ταπεινὸν ὑπισχνεῖτό τε καὶ ἐδίδου, εἰ μόνον ἀποσταῖεν τοῦ Ἰγνατίου, ἀλλὰ τὸν θρόνον αὐτὸν Κωνσταντινουπόλεως. Ὡς δ' ἐνεδίδοσαν ἅπαντες, καὶ τῆς μὲν δόξης ἡττῶντο, τοῦ δὲ καλοῦ ἕνεκεν καὶ νομίμου ἀντέλεγεν οὐδείς, τότε δὴ, B τότε ὑπετίθει, ὡς ὁ μὲν βασιλεὺς αὐτοῖς τὰς ὑποσχέσεις μὲν ἐκπληρώσειεν, αὐτοὶ δὲ τὸ εὔσχημον τηροῦντές τε καὶ σεμνὸν ἅμα τῷ πρὸς αὐτὸν κληθῆναι μὴ πρὸς τὰ διδόμενα κατανεύσητε, *ἵνα καὶ αὐτὸς*, φησὶ, *τῆς ὑμῶν εἴη ὑπεραγάμενος ἀρετῆς*. Οὕτως δὴ ἕκαστον οὐχ ὁμοῦ ἀλλ' ἰδίᾳ καὶ κατὰ μόνας πρὸς τὸν Μιχαὴλ προσκαλούμενος μὴ αὐθωρὸν ἐπιπηδᾷν τῇ τιμῇ ἀνέπειθεν. Καὶ οὗτοι μὲν ἐκ μόνου προσρήματος ἀξιούμενοί τε καὶ ἀπαρνούμενοι ἔλαθον ἑαυτοὺς παραδειγματίσαντες· τῆς γὰρ ἀρετῆς ἐξέπιπτον τῷ τῆς δόξης νικώμενοι ἔρωτι, καὶ ταύτης αὖθις ἡμάρτανον, ὅτι μὴ καλῶς ἀλλ' ἐπιβούλως τὸν Ἰγνάτιον παρεδίδοσαν.

C

λβ'. Οὕτως οὖν ἐπεὶ καὶ οὗτοι ἄνθρωποι ὄντες ἐφάνησαν καὶ οὕτω δὴ ἠπατήθησαν, Φωτίῳ ἐπὶ σοφίᾳ μὲν ὄντι γνωρίμῳ ἀνδρὶ, κοσμικῆς δὲ τάξεως ἀντιποιουμένῳ καὶ τὴν τοῦ πρωτοασηκρῆτις δεδραγμένῳ τιμὴν, τὸν θρόνον ἐδίδου τῆς Κωνσταντινουπόλεως. Καὶ ἵνα δὴ καὶ τὰ αὐτῶν κραταιότερα ἀποφήνωσιν, τοποτηρητὰς μὲν ἐκ Ῥώμης ἐπ' ἄλλαις προφάσεσι (κατὰ γὰρ τῶν Εἰκονομάχων) σταλέντας μεταπεμψάμενοι, κατὰ δὲ Ἰγνατίου μετὰ τοῦ καιροῦ γεγονέναι παρασκευάσαντες καὶ συνεδριάσαντες, καὶ ἐν τῷ τῶν θείων Ἀποστόλων τεμένει δεδημοσιευμένῃ καθαιρέσει τοῦτον καθυποβαλόντες, ἐπεὶ τῆς ἐξορίας μετεκαλέσαντο, πυγμαῖς τὰ πρόσωπα καὶ τοὺς ὀδόντας συνθλάσαντες, πᾶσαν σκοτόμαιναν κατὰ τῶν D ἱερέων κακῶς [93], καὶ δεύτερος τῶν ὄντων ἐπὶ γῆς μηδέπω φανῇ. Ἀλλ' ὅσα μὲν καὶ ἄλλα κατὰ πάντων ἱερέων ἐνεανιεύσατο, φυλακαῖς τε καὶ ὑπερορίαις καὶ ποιναῖς ὠμοτάταις ὁσημέραι παραδιδούς, ἵνα τῷ Φωτίῳ συγκοινωνήσωσι, βίβλοι τε πολλαὶ καὶ ὁ πᾶς οὐκ ἐπιλίποι χρόνος ἐκτραγῳδῶν.

λγ'. Ἐντεῦθεν γοῦν τὰ μὲν τῶν Ῥωμαίων ἡ τῶν Ῥὼς ἐκάκου ἐπιδρομὴ (ἔθνος δὲ οὗτοι [P. 122] Σκυθικὸν ἀνήμερόν τε καὶ ἄγροικον), τόν τε Πόντον αὐτὸν, οὐ μὴν καὶ [94] τὸν Εὔξεινον, κατεπίμπρα καὶ αὐτὴν τὴν πόλιν περιεστοίχιζεν, ἡνικαῦτα τοῦ Μι-

absentibus eum inde demisisset, modicoque vino ac pane necnon tantillo quodam fomento nonnihil dolorem mitigasset. Ubi autem Bardas sat eum pœnarum dedisse existimavit, in insulam Mitylenem exsilio relegat. Quia vero nonnulli episcopi adversabantur, jusque in eo profligatum ac procul valere jussum objectabant, quidquid denique contingeret, nullum alium se recepturos minabantur, quin imo ab ecclesia pariter scissum iri, hinc rerum turbationem veritus Bardas hos quoque dolo ac vulpina adoriendos putavit. Singulos itaque seorsum ac clanculum ad se accersens non exiguum aliquid, aut quod merito spernendum videretur, tum pollicebatur tum dabat, modo solum ab Ignatio discederent; sed ipsam sedem Cpolitanam. Cunctis vero cedentibus **195** gloriæque ambitu superatis, nec ut juris æquique causa refragarentur ullam rationem habentibus, tunc nimirum singulos admonuit, impleturum quidem imperatorem quæ pollicitus, illis tamen servandum quod ex decori honestique ratione exislat; nec statim cum accerserit, acquiescendum ut oblata accipiam, *quo et ipse imperator vestræ*, inquit, *virtutis supra modum admirator exsistat*. Sic itaque singulis non simul sed seorsum vocatis, auctor est ne confestim in dignitatem involent. Atque hi quidem ex sola salutatione rogati ac abnuentes, ipsi se ipsos imprudentes traducebant: gloriæ enim amore superati virtutis fecere jacturam; nec gloriam sunt asseculi, quod non rite exque honesti ratione, sed insidiose Ignatii causam prodiderant.

32. Sic itaque his quoque humanum quid se passos ostendentibus, inque cum modum deceptis, Photio viro sapientiæ laude claro, sæculari militia ac dignitate secretariorum principi, Cpolitanam sedem tribuit. Atque ut gestis majus quid ad robur adjicerent, Romani antistitis vicarios, alia occasione Roma missos (adversus scilicet hæresim iconomachorum) accersentes adversusque Ignatium quæsita opportunitate coactoque concilio adducentes, in divinorum Apostolorum sacra æde publicata sententia, Ignatium depositionis pœnæ subjiciunt; eique ab exsilio revocato pugnis vultum contundunt confractosque dentes excutiunt, atræ noctis procellam adversus sacerdotes **196** miscentes, cui similis nulla unquam in terra exstiterit. Quæ vero quantaque alia Bardas adversus sacerdotum omnem cœtum temere ausus sit, quos quotidie carceris maceratione exsiliisque ac pœnis sævissimis, ut communione Photio jungerentur, addiceret, et libri complures et omnis posteritas tragice deflere nunquam desinet.

33. Exinde factum ut Rossi (Scythica illa gens immitis ac fera) Romanos agros vastarent ipsumque Pontum (haud sane etiam Euxinum) igni desolarent, ac quasi indagine regiam ipsam urbem (Michaele in expeditione adversus Ismaelitas occu-

VARIÆ LECTIONES.

[93] Fort. κυκῶσι. margo Combef. [94] μὴν καὶ] μὴν ἀλλὰ καὶ?

pato) cingerent. Verum hi quidem abunde Dei ira A exsaturati, Photio, qui ad Ecclesiæ gubernacula sedebat, Deum exorante urbique propitium reddente domum rediere; nec multo post legatis in urbem missis divinum efflagitantes baptismum, etiam impetravere.

χαὴλ κατὰ Ἰσμαηλιτῶν ἐκστρατεύοντος. Πλὴν ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν τότε θείας ἐμφορηθέντες ὀργῆς, Φωτίου τὸ Θεῖον ἐξιλεωσαμένου τοῦ τῆς Ἐκκλησίας τοὺς οἴακας ἔχοντος, οἴκαδε ἐκπεπόρευντο· καὶ μετ' οὐ πολὺ πάλιν τὴν βασιλεύουσαν πρεσβεία αὐτῶν κατελάμβανεν, τοῦ θείου βαπτίσματος ἐν μετοχῇ γενέσθαι αὐτοὺς λιτανεύουσα, ὃ καὶ γένονεν.

34. Partim itaque hæc Rossorum vastabat incursio; partim Cretensium advecta classis, ad viginti lintres (cymbaria vocant) galeas septem ac onerarias quasdam adducens, deprædabatur infestabatque, modo quidem Cycladas insulas, modo maritimam omnem regionem ad Prœconnesum usque pervagans: partim denique continui terræ motus labefactabant et solo tenus diruebant. Horum unus, quo die Domini ac Salvatoris nostri in B cœlos recepti solemnis memoria agitur, Exacionii tertiam **197** partem solo prostravit, eam scilicet quæ ad austrum spectat elegantique cultu exstructa templa habet ac magnificas ædes: alter statuas evertit, tum scilicet Victoriam, quæ ad Auream urbis portam collocata erat, tum quæ in Deutero (velut Secundum dicas) ad Sanctam Annam suis firmiter basibus fixæ stabant. Hanc Leo mathematicus collapsam videns, illius palam casum designare dixit, qui ab imperatore potentia proximus esset. Longioris operæ esset arefacta flumina ac fontes referre, aliaque tum in Isauria tum in singulis quibusque provinciis visa portenta.

λδ'. Τὰ μὲν οὖν ἡ τούτων ἐκάκου ἐπιδρομή· τὰ δὲ ὁ τῆς Κρήτης στόλος ἀναγόμενος, ὡς κουμβαρίων ἄχρι εἴκοσι, ἑπτὰ γαλέας καί τινας σατούρας μεθ' ἑαυτοῦ ἐπαγόμενος, ἐληΐζετό τε καὶ κατεδουλαγώγει, νῦν μὲν τὰς Κυκλάδας νήσους περινοστῶν, νῦν δὲ ἄχρι Προικοννήσου τὴν παράλιον ἅπασαν. Τὰ δὲ οἱ συνεχεῖς τῶν σεισμῶν ἐλυμαίνοντό τε καὶ πρὸς τοὔδαφος ἔβαλλον, νῦν μὲν καθ' ἣν ἡ τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἀνάληψις ἑορτάζεται, τὸ πρὸς νότον τρίτον τοῦ Ἐξακιονίου πρὸς γῆν ἐδαφίζοντες, ναούς τε εὐπρεπεῖς καὶ οἴκους λαμπρούς, νῦν δὲ στήλας τήν τε κατὰ Χρυσῆν πύλην τῆς πόλεως Νίκην ἐγκαθιδρυμένην τάς τε ἐν τῷ Δευτέρῳ κατὰ τὴν Ἁγίαν Ἄνναν στεῤῥῶς ἱσταμένας ἐγκατασείσαντες· ἣν ὁ μαθηματικὸς Λέων καταπεπτωκυῖαν ἰδὼν τὴν τοῦ δευτέρου ἐκ βασιλέως πτῶσιν ἔλεγεν ἐπαπειλεῖν καθαρῶς. Μακρὸν εἴη λέγειν ποταμῶν ἀφάνειαν καὶ πηγῶν καὶ ἄλλ' ἅττα παθήματα κατά τε Ἰσαυρίαν καὶ καθ' ἑκάστην χώραν ἐπιγινόμενα.

35. Quæ omnia imperator in secundis habens, equestribus certaminibus ad Sancti Mamantis in Steno templum totus incumbebat. Quandoque au- C tem — prius vero narrabo consuetudinem quamdam, qua Saracenorum adversus Romanos eruptio, accensa facula, momento temporis indicabatur ac detegebatur. Castellum quoddam ac præsidium Tarsi Ciliciæ vicinum, Lulum nomine, exstructum est. In eo præsidiarii cum Saracenos incursionem expedire sentiunt, laterna significant his qui in Argæo colle excubias agunt; iterumque qui in Argæo, his qui in Isamo; hique vicissim his qui in Ægilo; Ægilum rursus his qui in colle Mamantis degunt: sequitur Cyrisus, huncque rursus Mocilus; ex eo Auxentii collis diætariis, qui in magno Palatio ad Phari solare constituti erant, nulla mora periculi index erat. Quandoque igitur, cum ad D illud, quod diximus, Mamantis martyris templum, Michael agendis equis se **198** accingeret, jamque equestris certaminis signum datum esset, quoniam ad vesperam Phari laterna, Papia accendente, hostes ingruere indicaverat, in tantas angustias metumque abreptus est (nempe veritus ne sua illa aurigatio auditione ea perculsos spectatores non satis attentos haberet) in quantas vix alius in vitæ ipso periculo constitutus, quique diligentem potius operam iisdem hostibus propulsandis adhiberet. Sic nimirum ille spectaculis indulgebat, nec eum ejus rei pudebat. Idcirco ne quem illius certaminibus

λε'. Ἃ πάντα ὁ βασιλεύων ἐν δευτέρῳ θέμενος ὅλος εἴχετο τῶν ἱππικῶν ἀγώνων κατὰ τὸν ἐν Εὐξείνῳ ἀνεγηγερμένον ναὸν τοῦ Ἁγίου Μάμαντος. Καί ποτε δὲ — ἀλλὰ συνήθειάν τινα διηγήσομαι πρότερον, ἣ τὴν τῶν Σαρακηνῶν καθ' ἡμῶν ἐκστρατείαν διὰ πυρσοῦ ἐν ἀκαρεῖ ἐδήλου καὶ παρεγύμνου τῷ βασιλεῖ. Ἔρυμά τι καὶ φρούριον τῇ κατὰ Κιλικίαν Ταρσῷ πλησιάζον καὶ γειτονοῦν οὕτω καλούμενον Λοῦλον ἔστιν. Οἱ τεταγμένοι οὖν τοῦτο φρουρεῖν, ἅμα τῷ τὴν ἐκείνων ἰδεῖν ἐκδρομήν, διὰ φανοῦ δηλοῦσιν τοῖς κατὰ τὸν Ἀργαῖον [95] βουνόν, καὶ οἱ αὖθις τοῖς κατὰ τὴν Ἴσαμον, καὶ οἱ τοῖς κατὰ τὸ Αἴγιλον, καὶ τοῦτο τοῖς κατὰ τὸν Μάμαντα πάλιν βουνόν· εἶτα τοῦτον ὁ Κύριζος διαδεχόμενος, καὶ αὖθις τοῦτον ὁ Μώκιλος, ἐκ τούτου [P. 123] δὲ ὁ τοῦ Ἁγίου Αὐξεντίου βουνὸς τοῖς ἐν τῷ μεγάλῳ παλατίῳ κατὰ τὸ ἡλιακὸν τοῦ Φάρου ἐπὶ τούτου [96] διαιταρίοις ἀφωρισμένοις ἐν βραχεῖ ἐποίει δὴ φανερά. Ποτὲ γοῦν τοῦ Μιχαὴλ κατὰ τὸν εἰρημένον τοῦ μάρτυρος Μάμαντος ναὸν ἱππάσασθαι μέλλοντος καὶ τὸ σύνθημα τῆς ἱπποδρομίας δεδωκότος, ἐπεὶ κατὰ τὴν ἑσπέραν ὁ ἐκ τοῦ Φάρου φανὸς διὰ τοῦ παππίου ἐδήλου τὴν τῶν ἐθνῶν ἐκδρομήν, εἰς τοσοῦτον ἦλθεν ἀγῶνα καὶ φόβον ὁ βασιλεὺς δέει τοῦ μὴ παροφθῆναι τὴν ἡνιοχείαν αὐτοῦ παρὰ τῶν θεατῶν τῆς τοιαύτης ἕνεκεν ἀγγελίας, εἰς ὅσον ἄλλος τις ἦλθεν κινδυνεύων ὑπὲρ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ μὴ πλησιάσαι τούτους μᾶλλον ἀγωνιζόμενος. Οὕτως ἐκεῖνος ἐθεατρίζετό τε καὶ οὐκ ᾐσχύνετο. Ὅθεν ἵνα μήτε τις τῶν αὐτοῦ ἀγω-

VARIÆ LECTIONES.

[95] Cedren. ἐν Ἀργέῳ. Z nar. Ἀργαίῳ Combef. [96] τούτῳ?

νων ἀπολιμπάνοιτο μήτ' ἄλλο τι τῶν ἐκεῖθεν ἀνιαρῶν προσπῖπτον χαλαρωτέρους ποιήσῃ τοὺς θεατὰς, μηκέτι τοὺς πλησιάζοντας φανοὺς ἐνεργεῖν προσέταξεν, ἀλλὰ σιγῇ βαθείᾳ καὶ λήθῃ τὰ τοιαῦτα παρακαλυφθῆναι μακρᾷ. A

λς'. Ἄλλοτε δὲ πάλιν, ἵνα σαφεστέρα γένηται ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἀναγωγία καὶ ἄνοια, αὐτοῦ ἐφ' ἅρματος ἱσταμένου καὶ τῆς βαλβῖδος μέλλοντος ἐκπηδᾷν (ἐπάτει δὲ βένετος, καὶ πράσινος ὁ λογοθέτης Κωνσταντῖνος, ὁ πατρικίου Θωμᾶ καὶ γεγονότος λογοθέτου τοῦ δρόμου πατὴρ, λευκὸς δὲ ὁ Χειλᾶς καὶ ῥούσιος ὁ Κρασᾶς· οὐκ ἦν δὲ οὐδὲ τῷ πρωτοασηκρῆτις σχολάζειν, ὥσπερ οὐδὲ τῷ πρωτονοταρίῳ τοῦ δρόμου, ἀλλ' ὁ μὲν ἦν κομβινογράφος τῶν Βενέτων, ὁ δὲ τῶν Πρασίνων), αὐτῶν οὖν ἐφ' ἅρματος ἱσταμένων B μετὰ καὶ τῆς ἡνιοχικῆς στολῆς, καὶ ἐπαγγελίας φθασάσης ὅτι δεινῶς ὁ Ἄμερ κατατρέχει τε καὶ κατασύρει τὸ Θρᾳκήσιον καὶ τοῖς Μαλαγίνοις πλησιάζει καὶ προσδοκῶνται ὅσον οὐδέπω δεινὰ, καὶ ἐπὶ τούτῳ στυγνάσαντος μὲν τοῦ πρωτονοταρίου, ἀπαγγείλαντος δὲ μετὰ κατηφείας τὴν ἐκ τοῦ δομεστίκου τῶν σχολῶν ἀπόκρισιν καὶ ἅμα ἐπὶ χεῖρας τὰ γράμματα φέροντός τε καὶ δεικνύοντος, *Τίνι*, φησὶν, *ὦ οὗτος, τόλμῃ χρησάμενος τοιαῦτα κατὰ τὸν ἀναγκαῖον τοῦτον ἀγῶνά μοι διαλέγειν ἐπιχειρεῖς, τοῦτο μόνον σπουδάζοντι, εἰ μὴ τὸν μέσον εὐώνυμον ἰδεῖν παρατετραμμένον; ὑπὲρ οὗ μοι πᾶς ὁ ἀγών.*

λζ'. Καὶ οὐχὶ μὲν τούτῳ τῷ πόθῳ, ἢ εἰ βούλει γε, πάθει ἡλίσκετο, ἑτέρων δὲ ἀπρεπεστέρων ἐκτὸς ἦν, ἀλλὰ καὶ μέτριον ἦθος ἀμέτρως καταδιώκων ἐξ- C έπιπτε [P. 124] τοῦ πρέποντος καὶ τῆς βασιλικῆς τιμῆς τὰ μάλιστα. Καί ποτε γυναίῳ, ἧς τὸν παῖδα υἱοθετησάμενος ἦν, κατὰ τὴν ὁδὸν συντυχὼν, ἐκ βαλανείου μὲν ἐρχομένῃ, τὴν ἑαυτῆς δὲ [97] κάλπιν ἐπὶ χεῖρας ἐχούσῃ, ἐκ τοῦ ἵππου ἀποῤῥιφεὶς τοὺς μὲν ἄλλους ὅσοι ἐκ τῆς συγκλήτου τούτῳ ἐπηκολούθουν κατὰ τὰ ἐκεῖσε ὄντα ἀνάκτορα ἐξαπέστειλεν, ἀκόλαστα δέ τινα καὶ μυστικὰ ἀνδράρια ἑταιρισάμενος ἀπῄει μετὰ τῆς γυναικὸς, τὴν κάλπιν τῶν ἐκείνης χειρῶν ἀναλαβὼν, καὶ, *Ἄγε δὴ, ὦ γύναι, θαῤῥοῦσα*, ἐπέλεξεν, *ἐμὲ κατὰ τὸ οἴκημά σου ἀπόδεξαι, ψωμοῦ πιτυρώδους ἔφεσιν ἔχοντα καὶ ἀσβεστοτύρου*. Δεῖ γὰρ τὴν ἐκείνου λέξιν εἰπεῖν. Ἐπεὶ δὲ τῷ ξένῳ τοῦ θεάματος ἡ γυνὴ ἦν ἐνεὸς καὶ πάντων ἠπόρει, μήτε μὴν τράπεζαν μήτε τὰ ταύτης [98] στολί- D ζοντα ἔχουσα, ὁ Μιχαὴλ θᾶττον ἢ λόγος εἶχε στραφεὶς, τὸ ὃ ἔφερε σάβανον ἐκ τοῦ βαλανείου ἔτι διάβροχον ὂν λαβὼν, ἀντὶ λεπτῆς ὀθόνης, ἣ τῇ τραπέζῃ ἐπίκειται, χρησάμενος, καὶ τὴν κλεῖδα τῆς γυναικὸς ἀφελὼν αὐτὸς ἦν τὰ πάντα, βασιλεὺς, τραπεζοποιὸς, μάγειρος, δαιτυμών. Ἐκβαλὼν δὲ τὰ ἃ εἶχεν τῆς πενιχρᾶς ἐκείνης ἡ κιβωτὸς, εἱστιᾶτο ταύτῃ καὶ συνεδείπνει, τὴν μίμησιν πρὸς τὸν ἐμὸν ἀναφέρων Χριστὸν καὶ Θεόν. Κἀκεῖθεν βάδην αὖθις ἀπῄει πρὸς τὰ ἀνάκτορα, πολλῆς εὐηθείας καὶ ἀλαζονείας καὶ τύφου καταγινώσκων τῶν προτοῦ βασιλέων· οὗ ἐκεῖνοι λήρου εἰ ἤκουσαν, *Ἀλλ' οὐκ ἄλλως τρυφῶντα*

A deesse contingeret, neve aliud quid tristis nuntii ex ignium indicatione languidiores spectatores redderet, e vicinis urbi speculis ignes accendi deinceps vetuit, altoque silentio ac longa oblivione talia aboleri præcepit.

36. Rursus alias (quo viri dissolutus animus ac vecordia clarius innotescat) cum in curru staret[1] jamque equi carceribus emittendi essent (incedebat ipse Veneto habitu, Prasino logotheta Constantinus, Thomæ pater dromi logothetæ, albo Cheilas, ruseo Crasas : at neque protoasecretis neque protonotario dromi a Circi rebus vacabat, sed alter factionis Venetæ combinationum, alter Prasinæ scriba erat) — his itaque in curru, solemni equestribus ludis stola stantibus, allatoque nuntio Amerem graviter Thracensium regionem populari ac diripere jamque ad Malagina prope accedere, ac mala imminere : eaque re mœsto animo dejectoque
199 vultu protonotario domestici scholarum responsum nuntiante, acceptasque ab eo litteras in manibus habente ac ostendente, *Qua* inquit, *heus tu, audacia me tam necessario certamine occupatum istis de rebus interpellas, cum in hoc unum incumbam, ut eum qui medium tenet in lævam partem avertam ? de quo mihi totum hoc certamen est.*

37. Neque vero hoc duntaxat desiderio aut (si mavis) libidine perditoque amore laborans, ab aliis turpioribus immunis vitiis erat : sed præterea dum modestiam citra modum sectatur, a decoro quam maxime excidit, eaque gravitate quæ imperatorem condeceat. Obviam quandoque mulierculam habuit, cujus e sacro fonte filium susceperat, e balneo redeuntem, ac quæ manibus situlam gestaret. Tum equo desiliens alios senatorii ordinis viros, qui ipsum comitabantur, haud procul in palatium abire jubet : ipse cum impuris libidinosisque, quos sibi asciverat, ex vulgi fæce hominibus, mulierculam secutus, ablataque ei e manibus situla, *Bono animo sis*, inquit, *o mulier, meque tua domo accipe, furfuracei panis recentisque casei* (ἀσβεστοτύρου, præstat enim ipsam ejus vocem ponere) *appetentiorem*. Cum autem mulier inaudita spectaculi novitate stuperet, omnique egestate premetur, ac ne mensam quidem haberet aut lintea quibus illi sterneret, Michael dicto citius, asperiorem pannum
200 ex balnei usu detergentis siccandisque corporibus, madentem adhuc inde a muliercula allatum accipiens, mappæ loco linteique subtilioris pro mensæ usu sternit, ereptaque mulieri clave unus omnia fit, imperatorisque et mensem instruentis coquique et convivæ munus obit. Productisque quæ pauperculæ mulieris penus erant, cum ea epulabatur ac concœnabat, Christum meum ac Deum bello eo facinore referens atque imitans. Peracto convivio, lento pede in palatium redit, magnæ sto-

VARIÆ LECTIONES.

[97] δὴ P. [98] ταύτην?

lignitatis et arrogantiæ fastusque damnans superiores; cujus illi nugas si audivissent, utique dicturi essent, *at non temere deliciis diffluentem atque ludentem hæc te oportuit facere, fastumque nostrum damnare, sed cum prior belli labores desudares, parcoque victu militum amans cum eis lubens, non cum copiis malisque ac impuris mulierculis concenares.* Hæc itaque omnia exosum reddebant Michaelem, Deique in illum justissimam iram provocabant.

38. Quodque his gravius, quod secum habebat sodalitium (Satyri quidam ii erant, ganeones in omnem turpitudinem parati; dixisses Bacchi thiasotas), his ille honorem habens eosque colens, divinorum contemptu sacerdotales auro contextas vestes ac pontificum humeralia eis adhibebat, ad hæcque turpiter ac impure, quæ pura sunt, eos peragere cogebat. Ejus chori principem, sic nuncupatum Grylum, patriarcham vocabat; reliquos undecim præcipuarum illustriumque sedium metropolitas; **201** quibus nisi ipse sodalis sociusque accederet, ne gratos quidem habebat imperii fasces. Idcirco Coloniæ præsulis sibi ipse nomen indebat. Quia vero etiam cantillare divinaque peragere mysteria illis incumbebat, cantica modulosque explendo citharam adhibebant, modo sensim pulsantes, et ut illa stridulum argutumque sonum ederet, hoc æmulati quod sacerdotes secreto agitant; modo pulsu libero ac claro sonitu, pro eo ac sacerdotes sic clare quasi perorando pronuntiant. Aurea quoque ac gemmis baccata vasa aceto ac sinapi implentes, atque illis impartientes qui erant percepturi, per eum modum impollutis mysteriis illudebant. Accidit autem ut quandoque chorus hic beato Ignatio patriarchæ obviam fieret, cum is supplicationis causa ex ecclesiastico ordine cum clericorum pompa procederet. Hunc ut conspexit Grylus, lubentissime rem capessens pulsare auspicatur, retractaque casula cum sodalibus, contentiore citharæ sonitu, sanctissimos viros conviciis compluit verbisque turpissimis fatigat. Quin Theodoram quoque matrem adhuc superstitem atque in palatio versantem quandoque ad se vocavit, quasi illo ei precaturo, quem beatum Ignatium esse finxerat. Ut ergo sanctissima mulier religiose animo incitata modesto cultu accessit, humi prostrata pro se vota concipi petit: latebat enim adhuc quis esset, cum his de facili barbam **202** tegeret. Tum ille statim ventris crepitum fœtoris plenum verbaque obscena edens, Augustæ piorumque aliorum in se sodalesque diras excitavit. quæ et filio vaticinata, divina provideutia ac protectione prorsus extorrem fore prænuntiavit.

39. Verum fieri non poterat ut qui a recta via ac virtutis tramite abscesserat, ad meliorem iterum frugem rediret, ac quo beati præstamur, iter iniret. Quapropter talium auctores et inventores non mala longius procurarunt, sed iidem ipsi sibi adscive-

A *καὶ παίζοντα ταῦτα,* ἔφησαν, *ἐχρῆν σε ποιεῖν καὶ τὸν ἡμέτερον τῦφον καταγινώσκειν, ἀλλὰ προπολεμοῦντα καὶ τῶν ἀναγκαίων σπανίζοντα καὶ τοῖς στρατιώταις σύνδειπνον ὄντα καὶ ἐραστὴν, ἀλλ' οὐ γυναίων καπηλίδων καὶ μοχθηρῶν.* Ταῦτ' οὖν ἅπαντα μισητόν τε ἐποίει τὸν Μιχαὴλ καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ ἐκίνει δικαιοτάτην ὀργήν.

λη'. Καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, ἡ τῶν ὧν εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ φρατρία, Σάτυροί τινες οὗτοι καὶ πρὸς πᾶσαν αἰσχρουργίαν ἀκόλαστοι· εἶπεν ἄν τις αὐτοὺς θιασώτας εἶναι Διονύσου καλῶς. Οὓς ἐκεῖνος διὰ τιμῆς ἄγων τε καὶ αἰδοῦς, τῶν θείων κατολιγωρῶν, ἱερατικὰς στολὰς χρυσοϋφάντους τε ἐπετίθει καὶ B ὠμοφόρια, καὶ ἄλλως ἠνάγκαζεν ἀσχημόνως τε καὶ ἀνάγνως τελεῖν τὰ ἁγνὰ, καὶ πατριάρχην τὸν ἔξαρχον τούτων ἐκάλει, οὕτω Γρῦλον καλούμενον, τοὺς δὲ λοιποὺς ἕνδεκα μητροπολίτας τῶν ἐξαιρέτων θρόνων τε καὶ λαμπρῶν, οἷς εἰ μὴ καὶ αὐτὸς ἐκοινώνει, [P. 125] οὐδὲ βασιλεύειν ἠξίου· ὅθεν ὁ Κωλωνείας οὗτος ἐλέγετό τε καὶ ὀνομάζεται πρόεδρος. Ἐπεὶ δὲ καὶ ᾄδειν ἐχρῆν αὐτοὺς καὶ τελεῖν τὰ μυστήρια, τὰς μὲν ᾠδὰς ἐξεπλήρουν διὰ κιθάρας, νῦν μὲν ἠρέμα πως οὕτω καὶ λιγυρῶς ἐπηχοῦντες, τὰ μυστικὰ μιμούμενοι, νῦν δὲ ἀνέτῳ φορᾷ καὶ διαπρυσίῳ, τὰς ἐκφωνήσεις δῆθεν τῶν ἱερέων. Καὶ σκεύη δὲ διάχρυσα καὶ ἐκ μαργάρων συγκείμενα ὄξους τε καὶ σινήπεως ἐκπληροῦντες τοῖς οἷς ἐβούλοντο μεταλαμ- C βάνειν ἐδίδοσαν, τῶν ἀχράντων οὕτω καταπαίζοντες μυστηρίων. Οὗτος οὖν ὁ Γρῦλος καὶ ὄνῳ ἐποχεῖτο τὰς δημοσίας προόδους τελῶν, καὶ τὸν τοιοῦτον θίασον συνεπόμενον ἔχων ἠγάλλετο. Καί ποτε συνέβη συντυχεῖν Ἰγνατίῳ τῷ μακαρίτῃ πατριάρχῃ κατὰ πρόοδον τῇ ἐκκλησιαστικῇ λιτῇ μετὰ τοῦ ἱερατικοῦ κλήρου ἐφεπομένῳ. Ὡς οὖν εἶδεν αὐτὸν ὁ Γρῦλος, ἄσμενος τοῦ πράγματος ἑλόμενος ἐξῆρχέ τε τῶν κρουμάτων καὶ τὸν φελόνην ἀναστείλας μετὰ τῶν αὐτοῦ συμμυστῶν εὐτονωτέρας τε ἔκρουε τὰς κιθάρας καὶ τοὺς εὐαγεῖς ἐκείνους λοιδορίαις καὶ αἰσχίστοις ἔβαλλε ῥήμασι. Καὶ Θεοδώραν δὲ τὴν ἑαυτοῦ μητέρα ἔτι ζῶσαν καὶ τοῖς ἀνακτόροις διαιτωμένην μετεκαλέσατό ποτε εὐλογηθησομένην παρ' αὐτοῦ, πλασάμενος τοῦτον εἶναι τὸν μακαρίτην Ἰγνάτιον. D Ὡς οὖν ἐξῄει μετ' εὐλαβείας καὶ αἰδοῦς ἡ ἱερωτάτη γυνὴ, ἔῤῥιψεν [**] εἰς τοὔδαφος ἑαυτὴν ἐξαιτουμένη εὐχὴν (καὶ γὰρ ἐλάνθανε τέως, τὴν γενειάδα κρύπτων κατὰ τὸ πρόχειρον), ψόφον αὐθωρὸν ἐπαφεὶς δυσωδίας πλήρη καὶ ῥήματα ἀπρεπῆ τὰς ἐκείνης καὶ τῶν εὐσεβεστέρων εἰς ἑαυτοὺς ἐξεκαλεῖτο ἀρὰς, ἢ καὶ τὸ μέλλον ἀποφοιβάσασα τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας τε καὶ χειρὸς ἔξω γενέσθαι διεσάφει τῷ Μιχαήλ.

λθ'. Ἀλλ' οὐκ ἦν ἄνδρα παρατραπέντα δὴ τῆς εὐθείας καὶ ἀποστάντα τῆς ἀρετῆς ἀνακληθῆναι καὶ τῆς μακαρίας λαβέσθαι ὁδοῦ. Ὅθεν οὐδὲ ποῤῥωτέρω δὴ τὰ κακὰ, ἀλλ' ἑαυτοῖς ἐκεῖνοι πλησιάζειν ἐποίουν οἱ τῶν τοιούτων αἴτιοι καὶ ἐφευρεταί. Καὶ πρῶτον μὲν

VARIÆ LECTIONES.

[**] γυνὴ καὶ ἔῤῥιψεν?

εἰς ἑαυτὸν ὁ Βάρδας ταῦτα ἐπέφερεν, μᾶλλον δὲ ὁ Θεόκτιστος ὁ κανίκλειος πρὸ αὐτοῦ, εἴτε δὴ τῷ παντελῶς τούτῳ χαρίζεσθαι πάντας δὴ ὁμοθυμαδὸν καὶ μὴ τῶν πονηροτέρων ἀνακόπτειν διδαγμάτων ὡς ἐπιτρόπων ἐπιχειρούντων, εἴτε δὴ τοῦ μὲν ἑνὸς ἀναστέλλοντος, τοῦ δ' ἑτέρου μὴ τὰ ἴσα φρονοῦντος ἐξ ἐριθείας [1] καὶ συναναστέλλοντος, ἀλλ' ἐπιτρέποντος μᾶλλον, ὡς καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις [P. 126] τοιούτους ἐθεασάμεθα. Πλὴν ἐπήγαγον εἰς ἑαυτοὺς τὰ κακά, καὶ ὁ μὲν Θεόκτιστος νῦν μέν, ὡς εἴρηται, σφαττόμενος, νῦν δὲ ταῖς αἷς ἐπεχείρει δουλείαις μὴ κατευοδούμενος. Καὶ γὰρ πολλῶν στρατιῶν πολλάκις προκριθεὶς ἡγεμών, καὶ κατὰ πολλῶν ὁρμήσας πολεμίων νῦν τε καὶ πρὸ τούτου οὐδαμοῦ νικήσας ὑπέστρεψεν ἢ τὸ σύνολον τῶν ἐχθρῶν καθυπερτερῶν, ἡττώμενος δὲ καὶ πανωλεθρίᾳ τὰ στρατεύματα παραδούς, οὐκ οἶδα εἴτε φρονήσεως ἀμοιρῶν καὶ λόγου καὶ τῶν ἐν πολέμοις ἀνδραγαθημάτων ἀπείρως ἔχων, ἅτε δὴ μήτε μελετήσας ταῦτά ποτε, ἢ τινι ἄλλῃ μείζονι αἰτίᾳ τῇ ὑπὲρ ἡμᾶς, ἢ καὶ τῇ εἰρημένῃ νυνί. Καὶ γὰρ ἡλιακῶν ποτε ἐκλείψεων δύο γεγενημένων, κατὰ τῶν Ἀβασγῶν οὗτος προκριθεὶς στρατηγὸς θεομηνίας ἀπήλαυσε δυστυχῶς· οἱ μὲν γὰρ ναυαγίῳ [2] περιπεσόντες περὶ τὴν ἑαυτῶν ζωὴν ἐδυστύχησαν, οἱ δὲ καὶ τῆς ξηρᾶς ἐπιβάντες ταῖς ἐκείνων δυστυχίαις συνεκοινώνησαν. Καὶ οὗτος μὲν οὕτως ἀπώλετο ὁ στρατός· μετ' οὐ πολὺ δὲ πάλιν θρασύτερον ἁψάμενος τοῦ πολέμου ὑπὲρ τὰς τέσσαρας μυριάδας ἀπέβαλε τοῦ στρατοῦ. Καὶ αὖθις κατὰ τῶν ἐν Κρήτῃ Ἀράβων στρατεύσας ἄπρακτος ὑπέστρεψεν, οὐκ ὀλίγους τῶν περὶ αὐτὸν ἐκεῖσε καταλιπὼν διὰ τὸ φυγῇ χρησάμενον ἀθρόως ἀπαλλαγῆναι αὐτῆς. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐκεῖνος πρότερον.

μ'. Νῦν δὲ [3] σύμβολά τινα προφανῆ καὶ κομητῶν ἐπιτολαὶ καὶ ὄψεις ὀνειράτων γινόμεναι τὰ μέλλοντα τῷ Βάρδᾳ δεινὰ παρεγύμνουν, οὐκ ἐξ αὐτομάτου πάντως ἢ καὶ ἄλλως ἀλόγῳ φορᾷ, προνοίᾳ δέ τινι τοῦ μὴ τὸν θάνατον ζητοῦντος ὡς τὴν ἐπιστροφὴν τοῦ ἁμαρτωλοῦ. Κατὰ τὸν ὕπνον γοῦν ἔδοξεν οὗτος πρὸς τὸ τοῦ Θεοῦ τέμενος, ᾧ ἐπώνυμον Σοφία, μετὰ τοῦ Μιχαὴλ ἐν πανδήμῳ πανηγύρει καὶ προελεύσει φοιτᾶν. Ὡς οὖν ἀφίκοντο καὶ κατὰ μέσον ἐγένοντο τοῦ ναοῦ, λευκοφόροι τινὲς ἀνεφαίνοντο δύο τὸν ἀριθμόν, τὸ σχῆμα ἀγγελοειδεῖς· ὡς δὲ προσωτέρω μᾶλλον ἐχώρησαν, ἄλλο μὲν ὁρῶσιν οὐδέν, ἐπὶ [4] δὲ τῷ θρόνῳ τινὰ γηραιὸν ἐγκαθήμενον (Πέτρον εἶναι τοῦτον τὸν κορυφαῖον τῶν ἀποστόλων ὑπώπτευσαν) καὶ περὶ τοὺς ἐκείνου πόδας τὸν μακαρίτην Ἰγνάτιον καλινδούμενον καὶ τὴν παρ' ὧν ἐπεπόνθει δεινὰ ἐκδίκησιν ἰδεῖν ἐξαιτούμενον. Ὁ δὲ ἐκείνῳ τε οἷα συμπάσχων ἔφησε δοῦναι οὐκ εἰς μακράν, καὶ τῶν ἐφεστώτων ἑνὶ (δύο δὲ τούτῳ [P. 127] χρυσοφοροῦντες ἐφαίνοντο) μάχαιραν οὐ μεγάλην δούς, Ἄγε

runt. Primumque Bardas in suum ille caput venit; quia illo quoque prior Theoctistus caniclio præfectus, sive quod omnes una quasi conspiratione homini indulgebant, nec pro tutorum munere, quo fungebantur, a nequioribus eum studiis revocare studebant; sive sane quod uno corripiente alter ex contentione non ipse pariter insolentiam reprimeret, sed ex genio potius eum agere permitteret quorum exempla nec nostra ætate defuerunt. Ut ut sit, mala certe illi in sua capita impulerunt. Ac quidem Theoctistus, uti dictum est, modo jugulatur, modo in iis quæ gerenda susceperat inauspicatissimus invenitur. Multis enim sæpius expeditionibus ducis potestate susceptis, pluresque hostium bello aggressus, cum modo tum antea nunquam victor reversus est aut pro suis hostibus superior sed victus semper, iisque quas ducebat copiis internecione deletis, sive prudentia rationisque judicio destituebatur ac rei bellicæ rudis erat, cui nunquam navasset operam **203** aut studium posuisset, sive alia quadam superiori nobis ratione, sive etiam illa quam modo dicebam. Cum enim aliquando semel et iterum sol deliquium passus esset, Theoctistus adversus Abasgos summa ducis potestate exercitui præfectus Dei iram infelicissime expertus est: pars enim naufragio vitam infeliciter amiserunt, pars in littus recepti ipsi nihilominus cladis socii exstiterunt. Ac quidem ille exercitus ita periit. Nec longo post tempore præfidentius majorique audacia bellum aggressus supra quadraginta millia de exercitu amisit. Iterumque suscepta adversus Cretenses Arabes expeditione irrito conatu reversus est, non paucis suorum illic desideratis, eo quod fuga usus cœptum repente negotium deseruisset. Verum hæc ille prius.

40. Tunc autem perspicua quædam signa, orti cometæ, visa insomnia, mala prodebant quæ Bardam essent exceptura; ea vero non a casu seu alias cæco impetu, sed quadam illius providentia, qui non perinde mortem peccatoris atque ut convertatur, quærit [1]. Itaque sibi in somnis visus est ad Dei templum, quod Sophiam vocant, una cum Michaele festivo totius populi conventu solemnique pompa procedere; quo cum venisset et ad medium templi progressus esset, duos quosdam albis indutos angelica specie occurrisse; tumque ad ulteriora procedentes præter senem in patriarchali solio residentem aliud nihil vidisse. Hunc Petrum apostolorum **204** principem esse putaverunt, ad cujus pedes provolutus Ignatius acceptarum injuriarum ultionem exposceret. Senem miserationis affectu ductum brevi eum se ulturum respondisse; tumque uni adstantium, cum duo apparerent vestibus auro contextis splendide ornati, pugione tradito in hæc verba locutum esse: *Agedum*, inquit, *hunc*

[1] Ezech. XVIII, 32.

VARIÆ LECTIONES.

[1] ἐριθείας P, ἐρεσχελίας in margine. [2] ναυαγίᾳ? [3] δὲ] μὲν P. [4] ἐπὶ] περὶ P.

quidem ad lævam constituens, Theorgistum (ita Cæsarem nominabat) *membratim concide : alterum vero Asebotecnon* (imperatorem scilicet ita appellans) *in dextra quidem parte colloca, simile tamen supplicium ei denuntia.* Sic insomnium finem habuit, quod nec ipsum somnium, sed veritas fuit. Destinabat Bardas in Cretenses una cum Michaele, assumptis omnibus copiis, expeditionem suscipere. Veniens itaque ad sanctissimæ dominæ nostræ Dei Genitricis ædem, quam Hodegi vocant, se suaque illi commendaturus ac quasi vale dicturus, prælucentibus facibus ingressus est. In ipsis vero ædis penetralibus excussa subito ex ejus humeris chlamys maximorum malorum præsagium dedit. Idem pridie quam ex urbe discesserat, sive ipse ultro sive jam futuræ rei urgente fato, convocatos amicos ac convivio acceptos monuit, suæ in illos amicitiæ memores essent, ac velut e vita migraturus eis legata distribuit. Verum necesse erat ut illa finem acciperent. Cœpta ergo expeditione, cum in Thracensium regionem in locum cui Cepi nomen **205** pervenissent, qui priores locum occupassent, tentoria certatim ac diligenti opera figebant. In his accidit, sive id dedita opera sive per ministrorum imprudentiam, ut Michaelis tentorium humili planoque loco expanderetur, Cæsaris autem in quodam tumulo pauloque editiori loco. Hoc ita factum, ceu oblatum quoddam ac lucrum insperatum arripientes, qui Michaeli adversus Cæsarem obtrectabant, viro calumniabantur eique insidias struebant. Ingens tamen Cæsaris potentia inimicos turbabat et ad audendum facinus segniores reddebat. Tum enim Antigonus scholarum domesticus Bardæ quam Michaeli, filius scilicet patri, propensius parebat honoremque habebat; tum duces alii, Symbatiusque dromi logotheta, Bardæ ex filia gener, ejus plane rebus studere cogebatur. Verum nesciebat Bardas hunc fraude a Michaele in suas traductum partes, eique præcipuum necis auctorem fore. Instructo ergo consilio paratisque insidiis, ac expeditis qui rem præstituri essent, non alii quam Symbatio concredita facinoris tessera est. Jam ergo lectis relationibus Symbatius ab illis exierat, impressoque fronti crucis signaculo signum dederat. Verum iterum moræ atque timores, eo quod præsens ac in conspectu cohors Cæsaris fœderatorum erat. Veritus itaque Michael ne inter has moras re detecta gladium in se traheret, per quemdam fidissimum conjuratos confirmat, bonaque ac honores pollicitus animis audentiores facit. **206** Ac sane parum abfuit quin Cæsar periculo tutus abiret necemque evaderet : tanto scilicet metu conjurati perculsi erant, sicque animis languebant. Verum iterum misso nuntio Michael Basilio accubitori significat in novaculæ acie constitutam rei necessitatem esse : desperare se vitam ; ad Bardæ necem se cito instruat. Quibus auditis Basilius, deque

A *δὴ, ταύτῃ, ἔφησε, τὸν μὲν τῇ τῶν εὐωνύμων χώρᾳ ἐγκαταστήσας μεληδὸν διάτεμνε τὸν Θεόργιστον,* οὕτω δὴ τὸν[a] Καίσαρα εἰπὼν, *τὸν δὲ ἄλλον ἀσεβότεκνον,* οὕτω τὸν βασιλέα κατονομάσας, *κατάλεγε μὲν τοῖς δεξιοῖς, τὴν δ' ὁμοίαν δίκην ἀπεκδέχεσθαι πρόσειπε.* Καὶ ὁ μὲν ὄνειρος οὕτω δὴ ἐτελεύτα· ὃ δὲ ὕπαρ ἀλλ' οὐκ ὄναρ ἐστὶν, ἄρτι κατὰ τῶν Κρητικῶν πανδημεὶ μετὰ τοῦ Μιχαὴλ καθωπλίζετο, καὶ πρὸς τὸν τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου ναὸν, ὃς οὕτω δὴ Ὁδηγοὶ κατονομάζεται, προσφοιτήσας εἰσῄει μετὰ λαμπάδων τὸν συντακτήριον ἐκπληρῶν. Ὡς οὖν τοῖς ἀδύτοις πλησιάζων ἀπῄει, ἄρνω τῶν αὐτοῦ ὤμων ἡ χλανὶς ὀλισθήσασα αἰσθέσθαι τοῦτον καινοτέρων δεινῶν ἐνεποίησεν. Καὶ αὐτὸς δὲ πρὸ μιᾶς ἡμέρας τοῦ μέλλειν αὐτὸν B ἀπαίρειν ἀπὸ τῆς πόλεως, εἴτ' ἀφ' αὐτοῦ εἴτε καὶ ἄλλως ὑπὸ τοῦ μέλλοντος ἐλαυνόμενος, τοὺς φίλους συναγαγὼν εἰς ταυτὸν καὶ συμποσιάσας μεμνῆσθαί τε τῆς αὐτοῦ παρῄνει φιλίας αὐτοὺς καὶ λεγάτα ὡς τοῦ βίου ἤδη γινόμενος ἔξω ἐπέδωκεν. Ἀλλ' ἔδει ταῦτα τέλος λαβεῖν. Ὡς οὖν κατὰ τῆς Κρήτης ἐξῄεσαν καὶ τῷ θέματι τῶν Θρακησίων ἐπέβησαν κατὰ Κήπους, τόπον τινὰ οὕτω κατονομαζόμενον, οἱ τούτοις ὑπηρετοῦντες προφθάσαντες τὰς σκηνὰς κατεπήγνυον ἁμίλλῃ χρώμενοι καὶ σπουδῇ. Ἔνθα πως, εἴτε δὴ κατὰ πρόνοιαν εἴτε δὴ καὶ ἄλλως δι' ἄγνοιαν, τὴν μὲν τοῦ Μιχαὴλ ἐπὶ πεδιάδος χωρίου καὶ ὁμαλοῦ αὐλαίαν ἐκπεταννύουσιν, εἰς λόφον δέ τινα καὶ ὑπερανεστηκότα χῶρον τῆς γῆς τὴν τοῦ C Καίσαρος· ὅπερ ὡς ἑρμαῖόν τι καὶ ἀπροσδόκητον κέρδος λαβόντες οἱ τῷ Μιχαὴλ κατεβόων τοῦ Καίσαρος, κατῃτιῶντο τὸ γεγονὸς καὶ τὰς κατ' ἐκείνου ἔρραπτον συμβουλάς. Ἀλλ' ἔθραττεν αὐτοὺς καὶ νωθροτέρους πως πρὸς τὴν ἐγχείρησιν ἐποίει ἡ τοῦ Καίσαρος κραταιοτέρα ἰσχύς· ὅ τε γὰρ δομέστικος τῶν σχολῶν Ἀντίγονος τούτῳ μᾶλλον, ἀλλ' οὐ τῷ βασιλεῖ, ὡς υἱὸς ἐπειθάρχει καὶ ἥγετο, οἵ τ' ἄλλοι δὴ στρατηγοὶ, καὶ ὁ τοῦ δρόμου τοὺς λόγους διδοὺς, οὕτω καλούμενος Συμβάτιος, ἐπὶ θυγατρὶ αὐτοῦ ὑπάρχων γαμβρὸς ἀναντιρρήτως τὰ ἐκείνου φρονεῖν ἠναγκάζετο. Ἀλλ' ἔλαθεν οὗτος κλαπεὶς καὶ μᾶλλον τὸν φόνον τοῦ πενθεροῦ κατεργασόμενος. Ὡς οὖν ἡ βουλὴ ἠρτύθη καὶ ὁ λόχος ηὐτρέπιστο καὶ οἱ τὸ ἔργον εἰς πέρας ἄγοντες ἕτοιμοι, σύνθημα ὁ Συμβάτιος ἀλλ' D οὐκ ἄλλος ηὐτρέπιστο. Ἄρτι οὖν ἐξῄει τὰς ἀναφορὰς ἀναγνοὺς ἐξ αὐτῶν, καὶ τὸ σημεῖον ἐδίδου σταυρὸν εἰς τὸ πρόσωπον ἐγχαράττων αὐτοῦ. Ἀλλ' αὖθις ἀναβολαί [P. 128] τινες ἦσαν καὶ ἀτολμίαι τῷ παρουσιάζειν καὶ κατὰ τὸ πρόσωπον ἵστασθαι τὴν τοῦ Καίσαρος ἑταιρείαν· ὅπερ ὁ Μιχαὴλ εὐλαβούμενος μὴ κατάφωρος γένηται καὶ καθ' ἑαυτοῦ ἐπισπάσῃ τὴν μάχαιραν, ἐθαρσοποίει τε τοὺς ἄνδρας διά πιστοῦ τινος καὶ θαρραλεωτέρους ἐδείκνυ ταῖς ὑποσχέσεσι καὶ τιμαῖς. Κἂν παρῆλθεν τὸν κίνδυνον καὶ τὸν φόνον ὁ Καῖσαρ ἐξέφυγεν, τῷ δέει τούτων καταπλησσομένων καὶ ἀθυμίᾳ καταβαλλομένων· ἀλλὰ πάλιν δι' ἀποκρίσεως ἐδήλου τῷ Βασιλείῳ (παρα-

VARIÆ LECTIONES.

[a] δὴ τὸν] τὸν om. P.

κοιμώμενος δὲ οὗτος ἦν) τὴν ἐπὶ ξυροῦ ἑστῶσαν ἀνάγκην, καὶ ἀπελέγετο τὴν ζωήν, καὶ πρὸς τὸν φόνον καθώπλιζεν. Ὧν ἀκηκοὼς ὁ Βασίλειος, καὶ περὶ τοῦ βασιλέως κατορρωδῶν, ἀποῤῥίψαι πείθει τὸ δέος αὐτούς, καί, *Ὦ τῆς ἀνδρίας*, εἰπών, *καὶ εὐτόλμου ψυχῆς!* ἐπτέρωσέ τε ἄφνω αὐτοὺς καὶ εἰσπηδῆσαι πρὸς τὸν ἀγῶνα ἐποίησεν. Οὓς ὁ Βάρδας ἀθρόως ξιφήρεις ἰδὼν καὶ καταπλαγεὶς ἔγνωκέ τε τὸν θάνατον καὶ πρὸς τοὺς πόδας ἔῤῥιψε τοῦ βασιλέως αὐτόν. Ἀλλ' οὐκ ἦν τοῦτον διεκφυγεῖν· ὅθεν αὐθωρὸν ἐκεῖθέν τε αὐτὸν ἀποσπῶσι καὶ μεληδὸν κατατέμνουσι, μηνὶ Ἀπριλλίῳ, εἰκάδι πρώτῃ, ἰνδικτιῶνος τεσσαρεσκαιδεκάτης. Εἶτα κοντῷ τὰ παιδογόνα τούτου ἀπαιωρήσαντες μόρια παραδειγματίζουσί τε καὶ θριαμβεύουσι. Θορύβου δὲ πολλοῦ γενομένου καὶ ταραχῆς, ἦν ἰδεῖν καὶ τὸν Μιχαὴλ μικροῦ τὸν περὶ ψυχῆς θέοντα· ἀλλ' ὁ τῆς βίγλης δρουγγάριος (Κωνσταντῖνος δὲ ἦν) ἐν μέσῳ που συῤῥυεὶς τὸν πολὺν ἐκεῖνον διέλυσε θροῦν, εὐφημίαις τε βάλλων αὐτὸν καὶ παρατάξεις ἀνθοπλίζων κατὰ τῶν ἐπανισταμένων. Ὁ μὲν δὴ Βάρδας οὕτως ἐξ ἀνθρώπων ἐγένετο, καὶ οὕτως ἡ κατὰ τῶν Κρητῶν διελύθη στρατιά, τοῦ βασιλέως κατὰ τὸ Βυζάντιον ὑποστρέψαντος.

A imperatoris salute sollicitus, timorem conjuratis excutit, hisque verbis : *O audacem fortemque animum!* mox alacres reddidit et ad certamen facinusque aggrediendum impulit. Bardas eos strictis gladiis in se irruere contuens, terrore perculsus, præsentique vitæ animadverso discrimine, ad imperatoris se pedes abjicit. Haud tamen fieri poterat ut mortem effugeret. Statim ergo inde avulsum membratim concidunt, mensis Aprilis vigesima prima, indictione quarta decima. Tum ejus genitalia conto præfixa per ludibrium ostentant atque traducunt. Ingenti autem excitato tumultu magnaque orta turbatione, videre erat Michaelem vix non in vitæ periculum adductum : verum Constantinus B biglæ drungarius in medium prorumpens ingentem illum tumultum compescuit, tum faustis ominibus Michaelem prosecutus, tum armatorum aciem tumultuantibus opponens. In hunc modum Barda sublato, missa Cretensi expeditione, imperator Byzantium rediit.

μα-μβ'. Καὶ ἕτερον δὲ σημεῖον πρὸ δύο ἢ καὶ πρὸ τριῶν ἡμερῶν τῷ Βάρδᾳ παρεσημαίνετο. Ἡ γὰρ Θεοδώρα, εἴτ' ἄλλως θεοφορουμένη εἴτε δὴ καὶ ὑπό τινος τῶν μεμελετημένων διακούσασα, ἐσθῆτά τινα παγκάλην μὲν καὶ χρυσαῖς πέρδιξι πεποικιλμένην, οὐκ ἀναλογοῦσαν δὲ τῷ μήκει τῆς ἡλικίας αὐτοῦ ἀλλὰ καὶ πολὺ ἀποδέουσαν αἰνιγματωδῶς ἐξαπέστειλεν. Τό τε γὰρ[6] πέρδικας ἀλλὰ μή τινας ἄλλας τῶν ὀρνίθων ἐνυφᾶναι[7], ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ τῆς ἐσθῆτος ἐνδέον εἰς δόλον ἐμπεσεῖν θᾶττον ἢ ἔδει προυσήμαινεν.

41-42. Sed et aliud signum ante duos tresve dies contigerat. Theodora 207 namque (sive alias numine afflata, sive etiam alicujus relatu docta structas Bardæ insidias) vestem quamdam, eam quidem pulcherrimam aureisque perdicibus intextam, illius tamen staturæ imparem longeque quam pro illa breviorem, sub ænigmate ad eum miserat. Tum enim perdices, non aliæ quævis aviculæ, temere intextæ, tum et vestis ipsa brevitas, citius quam C par esset eum dolo circumventum iri fuere præsagio.

μγ'. Πλὴν ἀλλ' ὁ μὲν βασιλεὺς ὑπέστρεφε, τόν τε Βασίλειον, ἐπεὶ μὴ εὐμοίρει παιδός, υἱοποιεῖται καὶ τῆς τῶν μαγίστρων τιμῆς ἀξιοῖ. Ἐπεὶ δὲ χρόνου προϊόντος [P. 129] τὰ κοινὰ διοικεῖν οὐχ οἷός τε ὁ Μιχαὴλ ἦν καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀφελείας ᾐσθάνετο καὶ ἅμα ἐπανάστασιν μελετᾶσθαι καὶ ἀποστασίαν παρὰ τῆς συγκλήτου διήκουεν τῷ τὰ τῶν Ῥωμαίων διοικεῖσθαι κακῶς, καὶ τὸ περιμάχητον διάδημα τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ ἐπιτίθησι, καὶ βασιλέα τῇ ἡμέρᾳ Πεντηκοστῆς, μηνὶ Μαΐῳ, εἰκάδι ἕκτῃ, ἰνδικτιῶνος τεσσαρεσκαιδεκάτης, ἀναδείκνυσί τε καὶ ἀναγορεύει κατὰ τὴν Μεγάλην Ἐκκλησίαν ᾗ ἐπώνυμον Σοφία Θεοῦ. Ἀλλ' ὅστις μὲν οὗτος ὁ Βασίλειος καὶ ὅθεν, καὶ ὅπως ἦλθεν εἰς γνῶσιν τοῦ κρατοῦντος, ἡ κατ' αὐτὸν ἱστορία δηλώσει· τὰ νῦν δὲ τῆς βασιλείου δόξης ἀξιωθεὶς εἴχετο μὲν τῆς βασιλείας, ἀπείχετο δὲ τῶν καθ' ἑκάστην ἁμιλλητηρίων καὶ ἱπποδρομιῶν καὶ τῶν περὶ τὸν αἰσχρότατον Γρῦλον καὶ ψευδοπατριάρχην αἰσχρουργιῶν, ὧν ἀκαίρως ἐνετρύφα ὁ Μιχαήλ. Πάντων μὲν γὰρ κόρον εἶναι καὶ τῶν αἰσχρῶν καὶ τῶν φυσικῶν εἴρηταί τε πολλοῖς, καὶ ἡ πεῖρα τούτων διδάσκαλος ἀκριβής· Μιχαὴλ δὲ τῷ τότε κρατοῦντι οὔτε τῶν ἱπποδρομιῶν οὔτε μὴν τῶν ἄλλων ἀκρατοποσιῶν τε καὶ αἰσχρῶν κόρος ἦν, ὥς φασιν. Ἃ πειρώμενος κωλύειν

43. Cæterum imperator domum revertitur, quodque nullam prolem sustulerat, Basilium magistri dignitate ornatum adoptat. Tumque Michael impar ipse administrandæ reipublicæ et cum sua eum illa gerenda simplicitus stoliditasque non lateret, simulque audisset moliri senatum in eum defectionem propterea quia illo principe res Romanæ male administrabantur, etiam diadema, rem palmariam ac expetendam, illius capiti imponit, ac die sacro Pentecostes, Maii vigesima sexta, indictione quarta decima, imperatorem constituit, acclamatque in Magna ecclesia, cui nomen Dei Sapientia exsistit. At quisnam fuerit hic Basilius ac cujas, quave ra- D tione in notitiam imperatoris venerit, sequens rerum illi gestarum historia declarabit. Jam itaque Augusti dignitate donatus imperii curis sese impendebat, seque a quotidianis ludicris ac Circensibus abstinebat, necnon a turpissimi pseudopatriarchæ Gryli spurcitiis, quibus importune 208 Michael oblectabatur. Afferre demum omnia nauseam, turpia pariter et naturalia, tum vulgo ferunt, tum perspicue docet quæ horum magistra experientia exsistit. Michaelem tamen tum rerum potientem, ut aiunt, nulla Circensium ludorum, at

VARIÆ LECTIONES.

[6] γὰρ] μὲν P. [7] ἀνυφάναι P.

neque aliorum, compotationum turpiumque, satietas capiebat. Hæc Basilius cum prohibere vellet, ac Michaelem procul ab eis avocare modo quidem admonendo atque hortando, modo vero civium odia, sacerdotum diras, senatus prope rebellantes animos proponendo ac velut in tabella coram depingendo, illius sibi imprudens invidiam conflavit; hostisque loco amicus, ac qui adoptatus fuerat, ipse exosus habebatur. Hinc brevi post Basilicinum quemdam imperatoriæ tunc celocis remigem, ac illius fratrem Capnogenis qui secundo præfecti dignitatem gessit, adducens purpura induit, impositoque diademate atque ocris adhibitis, quod imperatorum insigne est, eo habitu manu sua ad senatum eduxit, ad eumque in hæc verba oravit : *Par erat, patres conscripti, ut hunc olim vobis illustri hoc habitu virum producerem, cui inest*

Primum corona forma digna regia,
Deinde cognatum diadema est huic viro,
Suntque omnia dignitati convenientia.

Quam vero præstabat hunc me potius quam Basilium imperatorem creare quem et pœnitet creavisse? Factum hoc ac verba exitii Michaelis origo exstiterunt. Istud sic dictum omnium aures circumsonans nimium cunctis **209** stuporem injecit, et ut vox omnibus hæreret fecit; quod fabulosorum more Gigantum satos Michael quotidie imperatores ederet. Inde itaque auctum in Basilium odium, ac ignis instar vehementiori flamma exarsit, hoc scilicet ejus fomento ac causa, quod unà se cum ejus sodalibus vitiis dedere non pateretur, nec illorum effreni licentiæ morem gereret. In tantam enim sæpius dementiam mero obrutus ac per ebrietatem Michael erumpebat, ut absurda quædam modumque omnem injuriæ excedentia præciperet, atque alii aures, alii nares, alii denique caput amputandum juberet. Ac nisi viri quidam misericordia moti negligenda putassent ac in crastinum distulissent, ea Michaeli quandoque revocanda sperantes, ac fore ut is eorum aliqua pœnitudine duceretur (quod et contingebat), plane periissent quotquot illi aderant inque aula assidui ac domestici erant. Quin et parum abfuit ne et ipse Basilius pari involveretur exitio, illius ebrii petulantiæ non raro factus ludibrium. Sustinebat tamen, ac tandem aliquando quadam ducendum pœnitentia Michaelem existimabat. Verum fieri non poterat ut jam a prima ætate, haud secus ac currus rota, inflexus, quidquid accidisset, nativam pristinamque rectitudinem reciperet. Itaque atrociores adversus Basilium structæ insidiæ. In eo autem illæ positæ, ut inter venandum specie quidem feriendi feram, revera autem configendo Basilio satellitum quidam hastam conciliaret. Consilium hoc is ipse qui mandatum acceperat hastamque vibrarat, in **210** vitæ exitu constitutus suamet confessione cunctis manifestum fecit, et ut nihil inde ambigi possit. Ac hastam quidem misit, a Basilio tamen aberravit. Inque hunc modum servatus Basilius, in vitæ proximo

A ὁ Βασίλειος καὶ παῤῥησιαστέρῳ τούτων παιεῖν αὐτὸν, νῦν μὲν παραινέσεσι χρώμενος, νῦν δ' ἄλλως μῖσος παρὰ τῶν πολιτῶν καὶ τὰς παρὰ τῶν ἱερέων ἀρὰς καὶ τὰς τῆς συγκλήτου ἐπαναστάσεις προτιθεὶς καὶ οἷον ἐνώπιον αὐτοῦ ζωγραφῶν, ἔλαθε τῷ φθόνῳ ἑαυτὸν καθυποβαλὼν, καὶ ἀντὶ φίλου ἐχθρὸς καὶ μεμισημένος ὁ υἱοθετηθεὶς ἐνομίζετο. Ἐντεῦθεν οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καί τινα ἄλλον, τοῦ βασιλικοῦ δρόμωνος ἐρέτην τηνικαῦτα τελοῦντα (Βασιλικῖνος οὗτος ἐλέγετο, καὶ ἀδελφὸς ἦν Καπνογένους ἐκείνου τοῦ τὴν ὑπαρχικὴν ἀξίαν ἠξιωμένου τὸ δεύτερον), ἀγαγὼν τὴν πορφύραν τε ἐνδύει καὶ τὸ διάδημα περιτίθησιν, καὶ τὰ παράσημα τῶν ὑποδημάτων περιβαλὼν ἐξάγει πρὸς τὴν σύγκλητον τῆς χειρὸς ἔχων αὐτὸν, καὶ πρὸς τὴν γερουσίαν φησὶν, ὡς *Ἔδει πάλαι με*
B *τοῦτον εἰς τουτονὶ τὸν περίβλεπτον κόσμον, ὦ ἄνδρες, ἐπαγαγεῖν·*

Πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος,
Καὶ δεύτερον δὲ συμφυὲς πέλει στέφος,
Ἅπαντα δ' ἁρμόζουσι πρὸς τὴν ἀξίαν·

καὶ ὅτι *Πόσον ἦν κάλλιον τοῦτόν με ποιῆσαι βασιλέα ἢ τὸν Βασίλειον, ἐφ' ᾧ μεταμεμέλημαι ἐφ' οἷς αὐτὸν ἐβασίλευσα.* Αὕτη τῆς καταλύσεως αὐτοῦ ἡ ἀρχή. Τοῦτο πάντας περιηχῆσαν ἐκπλαγῆναί τε τούτους ἐποίησε καὶ ἀφασίᾳ [P. 130] καταληφθῆναι πολλῇ, ὅτι κατὰ τοὺς μυθικοὺς Γίγαντας βασιλέας σπαρτοὺς καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀναδίδωσιν. Ηὔξητο μὲν οὖν ἔκτοτε τὸ πρὸς τὸν Βασίλειον μῖσος, καὶ σφοδρότερον κατὰ τὴν τοῦ πυρὸς φύσιν ἐγίνετο, ὑπέκκαυμα ἔχον καὶ αἴτιον τὸ μήτε συμφθείρεσθαι
C βούλεσθαι τούτοις αὐτὸν μήτε μὴν συνεπάγεσθαι ταῖς ἀκολάστοις γνώμαις αὐτῶν. Εἰς τοσαύτην γὰρ ὁ Μιχαὴλ πολλάκις ἄνοιαν ἐξ ἀκρατοποσίας καὶ μέθης ἐξώκειλεν, ὡς κατ' αὐτὴν μὲν καὶ τὸν ταύτης καιρὸν δεινά τινα καὶ πέρα δεινῶν ἐγκαλεύεσθαι· τοῦ μὲν γὰρ ἀφαιρεῖσθαι τὰ ὦτα καὶ ἄλλου τὴν ῥῖνα καὶ τὴν κεφαλὴν ἑτέρου προσέταττεν· ἃ εἰ μή τινες οἴκτῳ κρατούμενοι παρημέλουν καὶ πρὸς τὴν αὔριον ἔπεμπον, ἀνάκλησίν τινα καὶ μεταμέλειαν τοῦ ἀνδρὸς ἐκδεχόμενοι, ὅπερ καὶ ἦν, κἂν ἀπώλετο σύμπας ὁ παραμένων αὐτῷ καὶ συγκαρτερῶν. Μικροῦ δὲ καὶ Βασίλειος συναπώλετο, τῆς παροινίας οὐκ ὀλιγάκις παίγνιον γεγονώς. Ἀλλ' ἐκαρτέρει καὶ ἔμενε μετάμελόν τινα γενηθῆναι κατὰ τὸν ἄνδρα
D ὀψὲ γοῦν ὑποτοπάζων. Ἀλλ' οὐκ ἦν τοῦτον ὥσπερ ἁρμάτειον τροχὸν ἐκ πρώτης ἡλικίας καμφθέντα, οὐδ' ἂν εἴ τι γένοιτο, τὴν ἐξ ἀρχῆς εὐθυωρίαν λαβεῖν. Τοιγαροῦν μείζονα κατὰ Βασιλείου συῤῥάπτει ἐπιβουλήν. Ἡ δὲ ἦν ἐν τῷ κυνηγίῳ λόγῳ μὲν κατὰ τῆς θήρας ἔργῳ δὲ κατὰ τοῦ Βασιλείου τὴν τῆς λόγχης ῥῖψιν ποιῆσαί τινα τῶν ὑπασπιστῶν. Καὶ τοῦτο αὐτὸς ὁ προσταγεὶς καὶ τὴν λόγχην ἀφεὶς κατὰ τὸν τῆς ἐξόδου καιρὸν ἐξαγορεύσας δῆλον πεποίηκε καὶ πιστόν. Ἀφῆκε μὲν οὖν οὗτος τὴν λόγχην ὁ κελευσθεὶς, διημάρτανε δέ· καὶ οὕτω σέσωστο ὁ Βασίλειος, ἔγγιστα θανάτου γενόμενος, ὑπὸ τοῦ τὸν θάνατον καταπεπατηκότος Θεοῦ. Ταῦτ' οὖν ἔκπυστα γενόμενα πᾶσι καὶ φανερὰ τὴν κατ' αὐτοῦ ἠκόνησε μάχαιραν. Ἵνα γὰρ μὴ καὶ τὸν Βασίλειον ὡς πρὸ μικροῦ τὸν

Καίσαρα σφαττόμενον ἴδωσι, καὶ πρὸ τούτου αὐτὸν Θεόκτιστον, εἴτε βουλῇ τῆς συγκλήτου βουλῆς εἴτε γνώμῃ τῶν φιλούντων Βασίλειον (κοινὸς γάρ καὶ κατ' αὐτῶν ὁ θάνατος ἐπηπείλητο), σφάττεται ὑπὸ τῶν προκοίτων τοῦ βασιλέως ἀνδρῶν, κατὰ τὰ ἀνάκτορα τοῦ Ἁγίου μεγαλομάρτυρος Μάμαντος, μηνὶ Σεπτεμβρίῳ, εἰκάδι τετάρτῃ, ἰνδικτιῶνος πρώτης, ἔτους ἑξακισχιλιοστοῦ τριακοσιοστοῦ [P. 131] ἑβδομηκοστοῦ ἕκτου, ὥρᾳ τῆς νυκτὸς τρίτῃ, βεβασιλευκὼς ἔτη μετὰ μὲν τῆς Θεοδώρας τῆς τούτου μητρὸς τέσσαρα καὶ δέκα, καὶ μόναρχος δέκα καὶ ἕν, καὶ πρὸς τοῖς τρισὶ μησὶ χρόνον ἕνα ὕστερον μετὰ Βασιλείου.

discrimen adductus, Deo, qui mortem calcavit, illi salutis auctore. Hæc itaque cunctis prodita ac palam facta gladii in eum acuendi causa exstiterunt. Ne enim etiam Basilium (uti nuper Cæsarem et antea Theoctistum) tristi nece sublatum conspicerent, sive senatusconsulto, sive Basilii amicorum consilio (unum enim ac commune omnibus impendebat exitium) ab imperatoris ipsis excubitoribus in sancti præclari martyris Mamantis palatio neci traditur, die vigesima quarta Septembris, indictione prima, anni 6376, hora noctis tertia. Imperavit cum Theodora matre sua annos quatuordecim, solus undecim, posteaque adlecto Basilio annum unum, menses tres.

μδ-με'. Καὶ τὰ μὲν εἰρημένα σκηνικά τε ἅπαντα καὶ θεατρικά, ἄξιον δὲ μεμνῆσθαι καὶ τῶν ἐπαινετῶν. Ἡ γὰρ τῶν ὧν ἔφερεν ἀναθημάτων ἐν τῷ περιωνύμῳ ναῷ τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας κατασκευὴ φιλέργως τελεσθεῖσα καὶ φιλοτίμως ἐπαινετή. Οὔτε γὰρ τῷ δίσκῳ τῶν παλαιῶν τι κειμηλίων καὶ ἱερῶν, καὶ τῶν ἀφ' οὗ γεγόνασιν ἄνθρωποι τεχνουργηθέντων ἐν ναοῖς, κατὰ τὸ μέγεθος ἐξισάζεται, οὔτε τις εὐπρέπεια καὶ ὡραιότης τινὶ τῶν γενομένων ἐπήνθησεν, πάντων ἐκεῖ τῶν ὡραίων καὶ τιμίων συνδεδραμηκότων· καὶ τὸ ποτήριον δὲ τούτῳ λίαν κατάλληλον. Οὐ μὴν δὲ καὶ ὁ εἰς φωταγωγίαν κατασκευασθεὶς αὐτῷ κύκλος, ὅπερ φασὶ πολυκάνδηλον, τινὶ τῶν ἄλλων ἠλάττωται, ἀλλὰ καὶ οὗτος ἐκ χρυσοῦ ὅλος γενόμενος, λίτρας ἔχων ἑξήκοντα, τῶν ἄλλων διαφέρει κατὰ πολὺ καὶ τούτῳ δίδωσι τὰ πρωτεῖα καὶ τὸ σεβάσμιον.

44-45. Ac ea quidem quæ hactenus dicta sunt scenica omnia et ad Circum ludosque spectantia: operæ pretium vero est ut et eorum meminerimus quæ laudem aliquam merentur. Quæ enim in celeberrimo Dei Sapientiæ templo donaria obtulit, pro structuræ ratione eleganti ac magnifica, laudem habent. Neque enim ullum veteris ac sacræ supellectilis pignorum, sive illorum quæ subtili arte elaborata, quo ex tempore homines esse cœperunt, sacris ædibus ornamento fuerunt, oblato ab eo disco vel mole æquatur vel pari elegantia est ac venustate: in cujus **211** structuram, quidquid usquam venustum est ac pretiosum, videatur conflatum esse. Accedit et calix, ipse quoque disco perquam affinis. Quin et circulus multiplici in orbem sustentanda face ab eo fabrefactus (πολυκάνδηλον vocant) nulli usquam aliorum cesserit: totus namque ex auro conflatus librarum sexaginta pondo longe reliquis præcellit, palmarium sane opus ac plane augustum.

ΙΣΤΟΡΙΚΗ ΔΙΗΓΗΣΙΣ ΤΟΥ ΒΙΟΥ ΚΑΙ ΤΩΝ ΠΡΑΞΕΩΝ

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ

ΤΟΥ ΑΟΙΔΙΜΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ,

Ἣν Κωνσταντῖνος βασιλεὺς ἐν Θεῷ Ῥωμαίων, ὁ τούτου υἱωνὸς, φιλοπόνως ἀπὸ διαφόρων ἀθροίσας διηγημάτων τῷ γράφοντι προσανέθετο.

—

HISTORIA DE VITA ET REBUS GESTIS

BASILII

INCLYTI IMPERATORIS

Quam Constantinus Dei gratia Romanorum imperator, ipsius nepos, studiose ac diligenter ex variis narrationibus congessit, ac scriptori contribuit.

—

[P. 132] 1. Ἦν μὲν* προθυμία καὶ ἔφεσις ἐκ πολλοῦ ἐμπειρίαν πραγμάτων καὶ γνῶσιν ταῖς τῶν σπουδαιοτέρων ἐμφυτεῦσαι διανοίαις διὰ τοῦ ἀειμνή-

1. Cupienti olim animo accensoque desiderio rerum experientiam ac notitiam, sempiternæ memoriæ immortalisque historiæ ore, studiosiorum

VARIÆ LECTIONES.

* μὲν] μοι A i. e. editio Allatiana.

animis inserere optabam. Ac quidem statueram, si modo vires obsecundarent, omnis retro imperii Romani Byzantii imperatorum eisque subjectorum **212** magistratuum belliquе ducum seu prætorum et legatorum singulorumque actus gestaque nobiliora scripto consignare. Quod tamen istiusmodi provincia multo tempore continuoque labore et librorum copia atque a rerum cura negotiorumque strepitu otio indigeret, quæ sane mihi deesse videbam, secundæ necessario navigationi animum adjeci, uniusque saltem imperatorum, qui majestatem imperii mirum quantum promovit (qui ab imperio seu regno nomen habuit) Romanæque reipublicæ ac rebus ab initio ad vitæ usque exitum plurimum profuit, res gestas vitæque omne institutum ac rationem commemoranda mihi proposui, ne scilicet stirpis regiæ diu multumque productæ primus fons radixque posteros lateat, habeantque ejus nepotes domestico exemplo erectam virtutis regulam et statuam atque principem formam, in quam imitationem intendant. Sin autem etiam longiora adhuc præstabuntur vitæ spatia, ac morborum etiam exiguæ quædam dentur induciæ, nec exteriorum curæ impediant, continua forsan serie totius illius progeniei ad nos usque adjiciemus historiam.

2. Hic enim vero cujus nunc historiam profitetur oratio, Basilius imperator ex regione Macedonum trahebat originem, referebatque ad Armenios, Arsacidas genere. Vetere enim Arsace, qui Parthorum imperium tenuit, ingentem virtutis et laudis gloriam consecuto, posteris lex inolevit non ab aliis quam ab Arsacis familia ejusque nepotibus Parthos, **213** Armenios Medosque ipsos, qui regia potestate ipsis præsint, esse habituros. In hunc itaque modum, cum illæ, quas dixi, gentes ab stirpe ejusmodi imperio regerentur, illo qui apud Armenios rerum potiebatur quandoque ex humanis sublato, contigit de jure regni deque principatus istiusmodi successoribus dissidium oriri. Hincque adeo Artabanus et Clienes non solum avito imperio spoliati, sed et in vitæ jam periculum adducti, in regiam hanc Constantini urbem veniunt. Leo Magnus tunc imperio præerat, Zenonis socer. Hic igitur viros suscipiens ac pro generis splendore magnifice pertractans, ædes ad habitandum congruaque victus stipendia in urbe regia illis assignavit. Ut autem horum e patria fugam et in regnantem hanc urbem accessum omnique humanitate ab imperatoribus susceptos esse didicit is qui tum res Persicas administrabat, datis litteris, benevolentiæ in eos larva, in paternum se illos imperium restituturum pollicitus, revera autem ea sibi molitione gentem conciliare ac subjicere satagens advocabat. Acceptis litteris, dum adhuc quid sibi facto opus deliberant, res per unum aliquem famulorum imperatori defertur ac epistola ipsa

46. Porro secunda indictione Romanus imperator Paschalium protospatharium ac Longobardiæ ducem ad Hugonem regem Franciæ misit, ejus filiam Romano Constantini generi sui filio sponsam exquirens; quam et assumens, quem dixi, Paschalius cum multa suppellectile atque opibus in urbem induxit. Celebratæ nuptiæ mense Septembri, indictione tertia. Vixit cum viro annos quinque; tumque vivis exempta est, cum Constantinus illius socer ipse summus imperator esset solusque rerum potiretur.

47. Mense Decembri validissimo perflante vento atque turbine, qui in foro ex adverso regii throni erecti sunt, sic vocati Demi corruerunt, subjectosque gradus et marmora ac columellas (stethea dictas quasi ad **432** pectus ascendentes) contriverunt. Anni autem vertente circulo, eodem ipso mense, Romanum imperatorem ejus filii aula ejecerunt.

48. Edessa autem urbe, in qua veneranda Christi effigies posita erat, a Romano exercitu obsessa et ad extremas angustias redacta, oppidani oratores ad Romanum imperatorem mittunt, rogantes solvi obsidionem, ejus muneris gratia se Christi sacram effigiem in linteo expressam daturos polliciti; hujusque ipsius muneris vicem ex suis vinctos recipere petebant, qui nobiliores essent, bullaque aurea eam ipsis præstari fidem, ut nunquam Romanæ copiæ Edessenam regionem devastarent. Quod sic utique factum. Missa itaque sacra effigie seu sudario, jamque haud procul Byzantio, Theophanes patricius et accubitor ad Sagarim fluvium cum splendido cereorum apparatu congruoque cultu et canticis illi obviam processit, mensisque Augusti quinta decima cum illo in urbem intravit, imperatore in Blachernis constituto, ubi etiam effigiem illam adoravit. In crastinum exierunt ad portam auream tum imperatoris duo filii Stephanus et Constantinus, tum Constantinus illius gener cum Theophylacto patriarcha; debitoque honore susceptum sacrum pignus, universo senatu præeunte maximaque cereorum atque lapidum segete prælucente, adusque S. Sophiæ templum pedibus detulerunt, atque illic adoratione mysticoque cultu exceptum in palatium intulerunt.

433 49. His ipsis diebus monstrum quoddam ex Armenia Cpolim invectum est, pueri scilicet duo masculi cohærentes uno ventre progressi, aliás membris omnibus corporis integri, a ventriculi tamen ore et infra pubem inter se concreti atque vultibus obversis. Hi diu in urbe versati sunt cumque omnes tanquam immane quoddam portentum contuerentur, Romanus imperator ceu malum quoddam omen illa ejecit. Cum autem solus jam Constantinus rerum potiretur, iterum in urbem ingressi sunt. Uno autem ex eis mortuo, po-

VARIÆ LECTIONES.

[80] ἐξηλάθησαν, Leo. Gr. Combef.

illi quidam medici cohærescentem emortuam partem subtili arte putaverunt, nimirum fore sperantes ut illo remedio alter incolumis servaretur : qui tamen ipse triduo duntaxat superstes diem obiit.

50. Romanus imperator cum monachis omnibus, uti dictum est, fidem plurimam cultumque adhiberet, præ reliquis tamen eximieque Sergium virum monasticæ institutione præclarum observabat. Erat hic magistri Cosmæ frater, primi tribunalium præsidis. Instauravit et Manuelis monasterium : simili quoque ratione Panteleemonis monasterium ac basilicam, qui cognomen Ophri portus, a fundamentis erexit. Octingentos illic monachos sub sancto instituto adunavit, iisque statuta stipendia, unde sustentarentur, constituit, quæ Sergio monacho patri suo spiritali in eorum annonam præbebat. Miserationis affectu erga omnes exsules **434** agebatur, in quos magnam vim pecuniarum erogabat; quamobrem quo tempore ex aula discessit, nec unus quidem exsul inventus est. Fuit Sergius Photii patriarchæ nepos, animi ingenuitate quam carnis necessitudine illustrior. Ad summam enim virtutem scientiamque pervenerat, nec utra præstaret discerni facile poterat : sic nimirum accurate summaque perfectione utramque excoluerat. Porro florebat in eo discretionis pudor, morum gratia, animi sensus, modestia. Neque enim supercilia attrahebat, uti modo sapientibus comparatum est, nec vero arrogantem atque superbum præferebat : sed sermo illi melle dulcior ex ore stillabat. Firma indoles ac constans, sensus animi modestus ac humilis. Hunc itaque virum inclytum imperator una secum continue habebat, ad cujus normam atque regulam vitæ suæ rationes componeret. Monebat ille, etiamque atque etiam hortabatur ut liberorum imperator curam ageret, nec indisciplinatos ad nequitiam declinare sineret, ne idem atque Heli illi accideret ac liberorum piacula ipse lueret; quod et ita accidit.

51. Porro aula dejectus liberorum opera ac tyrannide, inque Proten insulam relegatus, hunc rursus calamitatem solantem ærumnisque ac angustiis levamen afferentem habebat. Aderat pariter etiam Polyeuctus reverentissimus monachus, qui ipse perinde ac quem dicebam, Sergius adversi casus molestiam convenienter apteque leniebat. Hic postea pro **435** vitæ suæ candore, Theophylacto patriarcha humanis exempto, a Constantino imperatore patriarcha provectus est.

52. Cæterum Romanus imperator longo senio morboque confectus imperii res rite ac accurate ex testamenti tabulis componit, primumque Augustorum Constantinum in purpura natum decernit, anno 6453; tumque secundo ac tertio ordine liberos imperatores constituit, diserte ordinans statuensque confestim in ordinem cogendos, si quid ullo modo in primum imperatorem offenderint.

53. Quoniam autem Deus multis modis homini

A συγκεκολλημένον μέρος διέτεμον εὐφυῶς ἐλπίδι τοῦ τὸν ἕτερον ζήσεσθαι· [P. 269] ὃς τρεῖς ἡμέρας ἐπιβιοὺς ἐτελεύτησεν.

ν'. Καὶ ἐν πᾶσι μὲν μοναχοῖς, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται, πίστιν ἐκέκτητο ἄμετρον ὁ βασιλεύς, διαφερόντως δὲ ἐτίμα καὶ ὑπερέσεβε Σέργιον τὸν ἐν μονασταῖς διαλάμποντα, ὃς ἀδελφὸς ἐπεφύκει τοῦ μαγίστρου Κοσμᾶ τοῦ πρώτου τῶν κριτηρίων. Ἀνεκαίνισε καὶ τὴν μονὴν τοῦ Μανουῆλος, ὡσαύτως καὶ τὴν ἐκκλησίαν καὶ τὸ μοναστήριον ἐκ βάθρου κτίσας τοῦ Ἁγίου Παντελεήμονος, ᾧ ἐπώνυμον Ὀφροῦ λιμήν. Ἀπέκειρε δὲ καὶ ἐκεῖσε μοναχοὺς ὀκτακοσίους, τυπώσας καὶ σελέμνια τοῦ λαμβάνειν αὐτοὺς ὑπὲρ διατροφῆς αὐτῶν, δοὺς ταῦτα τῷ μοναχῷ Σερ-
B γίῳ τῷ πνευματικῷ αὐτοῦ πατρί. Πάντας δὲ τοὺς ἐν ἐξορίᾳ συμπαθήσας, καὶ δοὺς αὐτοῖς χρήματα πολλά, ὥστε ἐν τῷ κατέρχεσθαι αὐτὸν ἐκ τοῦ παλατίου εἷς καὶ μόνος ἐξόριστος οὐχ εὑρέθη. Οὗτος δὲ ὁ Σέργιος ἀνεψιὸς τοῦ πατριάρχου Φωτίου ἐτύγχανεν· ὃν πλέον τῆς σαρκικῆς συγγενείας ἡ κατὰ ψυχὴν ἐτίμα εὐγένεια. Ἀρετῆς γὰρ εἰς ἄκρον καὶ γνώσεως ἤλασεν, ὡς δυσχερὲς εἶναι διακρίνειν ποτέρῳ μᾶλλον πλεονεκτεῖ· οὕτως εἰς ἄκρον ἑκατέραν ἐξήσκησεν. Ἐπήνθει δὲ αὐτῷ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τὸ τῆς διακρίσεως ἔρευθος καὶ τὸ χαρίεν τοῦ ἤθους καὶ τὸ μέτριον τοῦ φρονήματος· οὐδὲ γὰρ ἀνέσπα τὰς ὀφρῦς κατὰ τοὺς νῦν σοφούς, οὐδὲ ἀλαζών τις ἐδόκει καὶ ὑπερήφανος, ἀλλὰ τὸν λόγον μὲν εἶχεν γλυκύτε-
C ρον μέλιτος ἀποστάζοντα, τὸ ἦθος δὲ πάγιον καὶ σταθερόν, ταπεινὸν δὲ τὸ φρόνημα. Τοῦτον οὖν ἀοίδιμον ἀδιαλείπτως μετ' αὐτοῦ εἶχεν ὁ βασιλεύς, κανόνα ὄντως καὶ στάθμην τὸν αὐτοῦ βίον ῥυθμίζοντα· ὃς πολλὰ παρῄνει τῷ βασιλεῖ τῶν παίδων ἐπιμελεῖσθαι καὶ μὴ ἀπαιδεύτους ἐᾶν εἰς πονηρίαν ἐκκλίνοντας, μήποτε καὶ αὐτὸς πάθῃ τὸ τοῦ Ἠλί, τιμωρίαν ὑπὲρ τῆς τῶν παίδων παρανομίας ἐκτίσας. Ὃ καὶ γέγονεν.

να'. Ἐπεὶ δὲ τοῦ παλατίου τοῦτον οἱ παῖδες κατήγαγον καὶ ἐν τῇ Πρώτῃ νήσῳ ἐξώρισαν, πάλιν τοῦτον εἶχεν τῶν συμφορῶν παραμυθίαν καὶ τῶν θλίψεων ἀκεσώδυνον φάρμακον. Ὧ συνῆν τότε καὶ Πολύευκτος μοναχὸς εὐλαβέστατος, οὐκ ἔλαττον τὸν
D τοῦ εἰρημένου τρόπον καὶ αὐτὸς τὰ εἰκότα παραμυθούμενος· ὃς μετὰ ταῦτα διὰ τὸν [P. 270] εἰλικρινῆ αὐτοῦ βίον, τοῦ πατριάρχου Θεοφυλάκτου τελευτήσαντος, πατριάρχης ὑπὸ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου προχειρίζεται.

νβ'. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ῥωμανὸς μακρῷ γήρει καὶ νόσῳ τρυχόμενος τὰ τῆς βασιλείας κατὰ διαθήκας ἀπακριβάζεται καὶ ἄνακτα πρῶτον κατὰ διαθήκας τὸν Πορφυρογέννητον Κωνσταντῖνον προσδιορίζεται, ἐν ἔτει ἑξάκις χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ πεντηκοστῷ τρίτῳ, καὶ καθεξῆς ἐν δευτέρῳ καὶ τρίτῳ τοὺς τούτου υἱούς, τὰ πρὸς αὐτοὺς ῥητῶς διασφαλισάμενος, ὡς εἴπερ τῷ πρώτῳ βασιλεῖ κατά τι προσπταίσειαν, καθαιρεῖσθαι παραυτίκα τῆς βασιλείας.

νγ'. Ἐπεὶ δὲ πολλοῖς τρόποις ὁ Θεὸς βούλεται

σώζειν τὸν ἄνθρωπον, συνεχώρησε Ῥωμανὸν βασι- A λέα συμφορᾷ ἀδοκήτῳ προσπεσεῖν, ἵνα δι' αὐτῆς σωφρονισθεὶς καὶ τῶν οἰκείων ἐν συναισθήσει παραπτωμάτων γενόμενος σωτηρίας ἀξιωθῇ. Συνεχώρησε γὰρ ἐπαναστῆναι αὐτῷ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Στέφανον, ὥσπερ ποτὲ Ἀβεσσαλὼμ ἐπανέστη Δαβὶδ τῷ οἰκείῳ πατρί. Συμβούλοις οὖν οὗτος πρὸς τοῦτο χρησάμενος τῷ τε ἀπὸ μοναχῶν Μαριανῷ τῷ Ἀργυρῷ καὶ Βασιλείῳ τῷ πρωτοσπαθαρίῳ τῷ Πετεινῷ καὶ Μανουὴλ τῷ Κουρτίκῃ, συνειδότων αὐτῷ καὶ τῶν ἄλλων βασιλέων, τοῦτον τοῦ παλατίου κακῶς κατήγαγεν καὶ ἐν τῇ Πρώτῃ νήσῳ ἐξορίσας ἀπέκειρεν μοναχόν.

salutem præstare constituit, Romanum imperatorem in inexspectatam calamitatem (quæ ejus providentia!) incidere permisit, ut is illa castigatus ac de prioribus delictis admonitus salutem consequeretur. Permisit namque Stephanum filium in eum insurgere, uti olim Absalom in patrem suum Davidem insurrexit. Mariani itaque exmonachi Argyri, Basiliique protospatharii Petini, nec non Manuelis Curticis consiliis abusus, consciis etiam reliquis imperatoribus, perperam patrem aula deturbavit, inque Prote insula relegatum monachi ritu totondit.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙΑ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ.

—

CONSTANTINI IMPERIUM.

—

[P. 271] α'. Ὑπελείφθη οὖν αὐτοκράτωρ Κων- B σταντῖνος ὁ τούτου γαμβρὸς μηνὶ Δεκεμβρίῳ εἰκάδι, ἰνδικτιῶνος τρίτης, ἐν ἔτει ἑξάκις χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ πεντηκοστῷ τετάρτῳ· ὃς αὐτίκα Βάρδαν τὸν τοῦ Φωκᾶ τῇ τοῦ μαγίστρου ἀξίᾳ τιμήσας, ὡς χρόνῳ πολλῷ τὴν ἐν τοῖς πολέμοις ἀνδραγαθίαν πολλάκις ἐπιδειξάμενον, δομέστικον τῶν σχολῶν προχειρίζεται, καὶ Κωνσταντῖνον τὸν Γογγύλην ναυμαχίας ἡγήτορα, καὶ στρατιάρχας τινὰς τῶν εὐχρήστων. Εἶτα Βασίλειον, ᾧ ἐπίκλην Πετεινὸς, πατρίκιον καὶ μέγαν ἑταιρειάρχην, τὸν δὲ ἐκ τοῦ γένους τῶν Ἀργυρῶν Μαριανὸν τὰ μοναχικὰ ἀποδύσας πατρίκιον καὶ κόμητα τοῦ στάβλου πεποίηκεν. Ὡσαύτως καὶ Μανουὴλ τὸν ἐπιλεγόμενον Κουρτίκην πατρίκιον καὶ δρουγγάριον τῆς βίγλης ἐποίησεν. Οὕστινας τρεῖς οὐ μετὰ πολὺν χρόνον ἡ τοῦ Θεοῦ δικαία κρίσις, ὡς C εἰς χριστὸν τοῦ Κυρίου παροινήσαντας καὶ χεῖρας ἀδίκως ἐπιβαλόντας, τῆς βασιλείας ὀρεγομένους μετῆλθεν· ἐπὶ καθοσιώσει γὰρ καταληφθέντες ἑκάτεροι οἰκτίστῳ θανάτῳ τὸ ζῆν ἀπέῤῥηξαν. Τὰ δὲ περὶ αὐτῶν πλατύτερόν τε καὶ ἐπεξεργαστικώτερον ἐν τῇ προηγουμένῃ ἐξηγήσει ἐκθήσομαι.

β'. Μετὰ δὲ τεσσαράκοντα ἡμέρας, τῇ εἰκάδι ἑβδόμῃ τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς, ὑποπτεύσας Κωνσταντῖνος τόν τε βασιλέα Στέφανον καὶ Κωνσταντῖνον τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν, μή ποτε καὶ κατ' αὐτοῦ τὰ ὅμοια διαπράξωνται, καὶ λογισάμενος, ὅπερ ἦν εἰκὸς, ὅτι εἰ τοῦ ἰδίου πατρὸς οὐκ ἐφείσαντο, πῶς αὐτοῦ φείσωνται, ἑστιάσας αὐτοὺς, ἤδη ἐν τῇ τραπέζῃ καὶ καθεζομένους, [P. 272] ἔτι τῆς βρώσεως οὔσης ἐν τῷ D στόματι αὐτῶν, ἀνήρπασαν οὗτοι οἱ λεγόμενοι Τορνίκιοι καὶ ὁ πατρίκιος Μαριανὸς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ πρὸς τοῦτο ηὐτρεπισμένοι, καὶ τοῦ παλατίου κατήγαγον καὶ ἐν ταῖς πλησιαζούσαις νήσοις τούτους περιώρισαν καὶ κληρικοὺς ἀπέκειραν.

436 1. Constantinus itaque Romani gener summus imperator relictus est, mensis Decembris die vigesima, indictione tertia, anno 6454. Hic statim Bardam Phocæ filium magistri dignitate auctum, quippe longi temporis experientia bellicis facinoribus clara sæpius laude functum atque probatum, scholarum domesticum præfecit; Constantinum quoque Gongulem aliosque quosdam idoneos gnavosque duces Romanam classem ductare jubet. Tum Basilium, cui cognomen Petinus (ac si volucrem dicas), patricium creat ac magnum hetæriarcham. Marianum, Argyrorum stirpe satum, detracto monachi habitu stabuli comitem facit. Pariter Manuelem Curticem nominatum patricium ac excubiarum Drungarium constituit; quos tres viros, brevi interjecto tempore, justa Dei ultio insecuta est, quod in unctum Domini deseviissent ac inique in eum manus injecissent, cum scilicet imperandi libido eos incessisset: majestatis enim rei peracti, miserando prorsus exitu vitam finierunt. Cæterum quæ ad illos spectant fusius operosiusque exsequar, ubi ex professo rem sum narraturus.

437 2. Post dies quadraginta, Januarii mensis septimo supra vigesimum, Constantinus Stephanum imperatorem ejusque fratrem Constantinum suspectos habens, ne quando in se quoque eadem attentarent, secumque reputans, uti par erat, eos qui nec patri pepercissent, haud sibi parcituros, convivio acceptos jamque mensæ accumbentes, et cum eis adhuc in ore cibus esset, comprehendi eos jubet. Arrepti itaque a Torniciis, quos vocant, et patricio Mariano aliisque eam in rem expeditis, aulaque educti atque in proximas insulas deportati, in clericos sunt attonsi.

3. Haud ita post, invisendi patris impetrata venia in insulam Proten venerunt; eoque conspecto monachi habitu intolerabili luctu correpti sunt. Quibus pater collacrymatus, ait: *Filios genui et exaltavi; ipsi vero spreverunt me* §. Sicque adeo relegati sunt, Stephanus quidem in Prœconnesum; quam, cum Nebria appellaretur, coloni Samii ex dato juxta oraculum aquali (προχόου Græcis dicto) mutata appellatione sic nuncupaverunt. Cum enim in insulam venissent, Deumque placaturi prandium epulasque instruerent, deerat unde commode aquam conveherent. Ad quos mulier quædam, *Si aqualem habetis*, inquit, *ego aquam dabo*. Accepta aqua, pro oraculi ratione, petierunt et terram. Qua ipsa ex muliere accepta, Πρόχοον Græce (ac si Latine Aqualem dicas) insulam vocaverunt, nummosque argenteos aqualis figura signaverunt. 438 Prœconneso Rhodum transtulerunt, inde Mitylenem. Constantinum vero Tenedum, indeque in Samothraciam deportaverunt; ubi etiam rebellionem molitus, ac Niceta protospathario, cui illius custodiendi partes imperatoris jussu concreditæ erant, occiso, ipse quoque a reliquis custodibus necatus est. Ejus delatum cadaver magnifice tumulo illatum est, in paterno eodem monasterio, in quo ejus prior uxor Helena ante condita fuerat. Michaelem Christophori imperatoris filium, detractis ei imperialibus calceis, Constantinus Porphyrogenitus clericum et magistrum ac rectorem creavit. Quotquot vero Romano imperatori aula deturbando manus adjecerant, istiusmodi pœnas dederunt. Basilius magister in urbem illatus pompaque ignominiosa traductus ac exsilio relegatus, gemens ac tremens vitæ reliquum patria extorris egit. Morianum impacta e sublimi in cervicem tabula mulier Judæ fato occidit. Diogenes, ductor exercitus, a duobus Maleleini atzupadis (satellites dicamus) lancea transfixus, mala morte periit. Curtices in Cretam profectus ipse cum scapha mari submersus est. Clado in seditione deprehensus nare auribusque mutilatus est; perindeque Philippus et alii.

4. Cæterum Romanus imperator videt in somnis cubicularios candido amictu, qui manibus arreptum, ut erat toto corpore nudus, in Tricymbalum (sic dictum palatii locum) traherent. Porro sphæristerium 439 igne plenum erat; unaque tartarei multi satellites torribus igneque aspergebant. Videt vero venientem Deiparam, ejus eleemosynarum gratia cubicularios alloquentem; quæ et induens illum in Tropicam (sic dictum palatii locum) interim transeunt domnus Constantinus, qui necatus fuerat, nec non Anastasius Heracleæ metropolita, quos tartarei satellites trahebant, tradideruntque illos et in igneum illum miserunt. Qua vero nocte

A γ'. Μετ' ὀλίγον οὖν οὗτοι αἰτησάμενοι τὸν ἴδιον πατέρα θεάσασθαι ἐν τῇ Πρώτῃ νήσῳ παρεγένοντο, καὶ τοῦτον ἐν τῷ μοναχικῷ σχήματι θεασάμενοι πένθει κατεσχέθησαν ἀφορήτῳ· οἷς ἐπιδακρύσας ὁ πατὴρ ἔφη· *Υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα· αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν*. Εἶθ' οὕτως ἐξωρίσθησαν, ὁ μὲν Στέφανος εἰς Προικόννησον (ἥντινα Νεβρίαν ὠνομασμένην ἐκ τῆς κατὰ χρησμὸν δεδομένης προχόου ἄποικοι Σαμίων μετωνόμασαν, οἷς ἀφικομένοις πρὸς νῆσον καὶ τῷ Θεῷ ἱλασκομένοις ἀριστοποιουμένοις τε ἀωρία [90] ἐτύγχανεν ὁπόθεν ὕδωρ κομίσοιντο. Γυνὴ δέ τις ἔφη αὐτοῖς· *Εἰ ἔχετε πρόχοον, δώσω ὑμῖν ὕδωρ*. Ὅπερ λαβόντες, ὡς ὁ χρησμὸς, καὶ γῆν ἐξῃτήσαντο. Τῆς δὲ καὶ ταύτην δεδωκυίας, Πρόχοον τὴν νῆσον ὠνόμασαν καὶ τοῖς ἀργυροῖς νομίσμασιν πρό- B χοον εἰκόνιζον), ἀπὸ δὲ Προικοννήσου εἰς Ῥόδον. ἀπὸ δὲ Ῥόδου εἰς Μιτυλήνην, ὁ δὲ Κωνσταντῖνος εἰς Τένεδον, ἐκεῖθεν εἰς Σαμοθρᾴκην· ἐν ᾗ καὶ ἀνταρσίαν μελετήσας, καὶ τὸν ἐκ βασιλικῆς κελεύσεως τὴν αὐτοῦ φυλακὴν πεπιστευμένον Νικήταν πρωτοσπαθάριον ἀναιρήσας, καὶ αὐτὸς παρὰ τῶν αὐτὸν φυλασσόντων ἀνεσφάγη. Οὗ τὸ σῶμα παρακομισθὲν ταφῇ [91] παραδίδοται μεγαλοτίμως, ἐν ᾗ περὶ τούτῳ ἡ πρώτη αὐτοῦ σύμβιος ἀπέκειτο Ἑλένη τοὔνομα. Μιχαὴλ δὲ τὸν τοῦ βασιλέως Χριστοφόρου υἱὸν, τὰ βασιλικὰ πέδιλα Κωνσταντῖνος ὁ Πορφυρογέννητος ἀφελόμενος κληρικὸν καὶ μάγιστρον καὶ ῥαίκτωρα πεποίηκεν. Ὅσοι δὲ ἐπέβαλον χεῖρας ἐπὶ τῇ καταβάσει Ῥωμανοῦ βασιλέως, ταῦτα πεπόνθασιν. Ὁ μὲν Βασίλειος C μάγιστρος εἰσκομισθεὶς καὶ πομπευθεὶς καὶ ἐξορισθεὶς στένων καὶ τρέμων τὸν βίον αὐτοῦ ἐν ἐξορίᾳ ἐτέλεσεν· τὸν Μαριανὸν γυνὴ ἀπὸ ὕψους ῥίψασα πλάκα τὴν ἑαυτοῦ κεφαλὴν, τὸν μόρον Ἰούδα ἐχρήσατο· ὁ δὲ Διογένης καὶ στρατηγὸς λογχευθεὶς παρὰ δύο ἀτζυπάδων τοῦ Μαλελεΐνου κακὸν θάνατον ἔδωκεν· ὁ δὲ Κουρτίκης ἀπερχόμενος [P. 273] εἰς Κρήτην μετὰ τοῦ δρομωνίου ἐποντίσθη· ὁ δὲ Κλάδων εὑρεθεὶς εἰς μοῦλτον ῥινοτομηθεὶς καὶ τὰ ὦτα αὐτοῦ ἐκτμηθείς· ὡσαύτως καὶ ὁ Φίλιππος καὶ οἱ λοιποί.

δ'. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ῥωμανὸς ὁρᾷ κατ' ὄναρ δύο εὐνούχους λευκοφοροῦντας, καὶ κρατήσαντες αὐτὸν D τῶν χειρῶν ἤγαγον αὐτὸν εἰς τὴν Τρικύμβαλον λεγόμενον. Τὸ δὲ τζυκανιστήριν ἦν πεπληρωμένον πυρός· συνεδαβελίζετο [92] δὲ ὑπὸ ἀτζυπάδων πολλῶν. Καὶ ὁρᾷ τὴν Θεοτόκον ἐλθοῦσαν πρὸς αὐτὸν καὶ λαλήσασαν τοῖς εὐνούχοις διὰ τὴν ἐλεημοσύνην αὐτοῦ. Ἐνδύσασα αὐτὸν ἡ Θεοτόκος εἰσήγαγεν αὐτὸν εἰς Τροπικήν. Διῆλθεν δὲ δεδεμένος ὁ κῦρ Κωνσταντῖνος ὁ σφαγεὶς καὶ ὁ μητροπολίτης Ἀναστάσιος Ἡρακλείας, ἀγόμενοι παρὰ ἀτζυπάδων· καὶ παρέδωκαν αὐτοὺς καὶ ἐνέβαλον εἰς τὸ πῦρ ἐκεῖνο. Τῇ ἡμέρᾳ δὲ ἐν ᾗ ἐθεάσατο ὁ βασιλεὺς τὸ ὄναρ, τῇ

§ Isa. I, 2.

VARIÆ LECTIONES.

[90] ἀπορία? [91] fort. πατρὸς μονῇ. Combef. [92] δάβελος, δαλὸς, Λάκωνες. Hesych. Combef.

αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐτελεύτησαν καὶ οἱ δύο. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ῥωμανὸς ἀποστείλας εἰς πάντα τὰ μοναστήρια καὶ τὰς λαύρας, ὡσαύτως καὶ εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν καὶ εἰς Ῥώμην, προσεκαλέσατο μοναχοὺς ἁγίους τὸν ἀριθμὸν τριακοσίους· καὶ τῇ μεγάλῃ Πέμπτῃ ἐκδυσάμενος τὸν χιτῶνα καὶ τὴν στολήν, ἣν περιεβέβλητο, ἐνώπιον πάντων σταθεὶς εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ὅτε ἔμελλεν ὁ πρεσβύτερος ὑψῶσαι τὸν θεῖον καὶ ἅγιον ἄρτον, ἔχων ἐν χαρτίῳ γεγραμμένας τὰς ἑαυτοῦ ἁμαρτίας πάσας ἐστηλίτευσεν αὐτὰς κατενώπιον πάντων. Τῶν δὲ μοναχῶν κραζόντων τό, *Κύριε, ἐλέησον*, καὶ δακρυρροούντων, ἑνὶ ἑκάστῳ βαλὼν μετάνοιαν συγχώρησιν ᾔτει. Καὶ πάντων τῶν μοναχῶν συγχώρησιν δόντων αὐτῷ, καὶ κοινωνίας τυχών, ἀνερχομένων αὐτῶν ἐν τῇ τραπέζῃ δοὺς σχοινίον μειρακίῳ καὶ ῥέκαν, ἔτυπτεν τοὺς πόδας αὐτοῦ λέγων οὕτως· *Εἴσελθε, κακόγηρε, ἐν τῇ τραπέζῃ*. Καὶ πάντων καθεσθέντων ἐκαθέσθη ὁ βασιλεὺς κλαίων καὶ ὀδυρόμενος. Τὸ δὲ πιττάκιον ὃ ἦν γεγραμμένον ἔχον τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ, βουλλώσας ἀπέστειλεν εἰς τοὺς καλογήρους τοὺς ἀπολειφθέντας, ὡσαύτως καὶ εἰς τὸν ἐν ἁγίοις Δερμοκαΐτην, ἀποστείλας καὶ δύο κεντηνάρια εἰς τοὺς μοναχοὺς ἐν τῷ Ὀλύμπῳ, ἵνα εὔξωνται ὑπὲρ ψυχικῆς αὐτοῦ σωτηρίας. Ὁ Δερμοκαΐτης ἀναλαβόμενος τό τε χαρτίον καὶ λογάριον ὥρισε πάντας τοὺς μοναχοὺς τοῦ νηστεῦσαι δύο ἑβδομάδας καὶ εὔξασθαι ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ. Τοῦ Δερμοκαΐτου δὲ ἱσταμένου ἐν μιᾷ νυκτὶ καὶ εὐχομένου φωνὴ ἐγένετο πρὸς αὐτὸν ἀοράτως· *Ἐνίκησεν ἡ φιλανθρωπία τοῦ Θεοῦ*. [P. 274] Ταύτης δὲ φωνῆς ἐκ τρίτου ἀκούσας, τὸ χαρτίον λαβὼν καὶ λύσας εὗρεν αὐτὸν καθαρὸν μὴ ἔχον γράμμα ἓν καὶ μόνον. Προσκαλεσάμενος δὲ πάντας τοὺς μοναχοὺς καὶ ὑποδείξας αὐτό, ἐδόξασαν τὸν Θεὸν πάντες. Καὶ ποιήσαντες ἀφέσιμον πάντες οἱ μοναχοὶ ἀπέστειλαν αὐτὸ πρὸς τὸν βασιλέα Ῥωμανόν, καὶ συνετάφη μετ' αὐτοῦ.

A imperator insomnium vidit, ambo hi in vivis esse desierunt. Missis itaque ille in monasteria omnia laurasque nuntiis, perindeque in sanctam civitatem Romamque, sanctos monachos trecentos numero ascivit; magnaque quinta feria exuens tunicam ac quam gerebat vestem, in oculis omnium in ecclesia stans, cum sacerdos divinum sanctumque panem levaturus esset, scripta in libello sua omnia peccata cunctis audientibus evulgavit atque traduxit. Monachis vero clamantibus: *Domine, miserere*, ac lacrymis diffluentibus, unicuique devote caput inclinans veniam flagitabat. Cunctisque monachis condonantibus, ac communionem consecutus, illis ad mensam accedentibus, puero flagellum e funibus lorumque tradidit, qui ejus pedes cruraque cæderet, in
B hæc verba loquens: *Ingredere ad mensam, cacogere;* cunctisque sedentibus sedit imperator lugens ac gemens. Libellum vero, quo illius peccata conscripta **440** erant, bulla obsignatum ad calogeros (seniores præsertim monachos) misit, quorum eo conventu desiderata præsentia; similiter quoque ad sanctum Dermocaitem, missis etiam duobus centenariis ad monachos in Olympo exercentes, ut pro ejus animæ salute preces ad Deum funderent. Dermocaites accepto tum libello tum pecuniæ summa, cunctos monachos duas septimanas jejunare jubet ac pro illius peccatis preces fundere. Cumque Dermocaites una nocte staret ac ad Deum preces funderet, vox ad eum invisibili ratione facta
C est: *Vicit Dei clementia ac humanitas*. Jamque tertio audita voce, sumens libellum ac solvens, mundum invenit, ita ut nec unum elementum in eo exaratum exstaret. Accitis itaque omnibus monachis ostensoque libello, omnes Deum laudaverunt, scriptumque veniæ libellum cuncti componentes ad Romanum imperatorem miserunt; eæque litteræ cum eo sepultæ sunt.

ε'. Ὄντος δὲ τοῦ βασιλέως Ῥωμανοῦ ἐν τῇ νήσῳ, ὁ πατριάρχης Θεοφύλακτος καὶ Θεοφάνης πατρίκιος καὶ παρακοιμώμενος βουλὴν ἐβουλεύσαντο ὥστε τοῦτον πάλιν ἐν τῷ παλατίῳ ἀγαγεῖν· ἣν καὶ αὐτῷ ἀνακοινωνησάμενοι καὶ παραπείσαντες τοῦτον ἐκαιροσκόπουν πότε τὸ πέρας τῇ τοιαύτῃ βουλῇ ἐπιθήσουσιν. Ἐπεὶ δὲ τὰ τῆς βουλῆς ἐφωράθη καὶ κατεμηνύθη τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ, τοὺς συνεργοὺς αὐτῆς ἠμύνατο· τὸν μὲν γὰρ πατρίκιον Θεοφάνην ἐξώρισεν, τὸν δὲ πρωτοσπαθάριον Γεώργιον καὶ πιγκέρνην καὶ Θωμᾶν πριμικήριον δείρας καὶ κουρεύσας οὕτως ὑπερορίᾳ παρέπεμψεν.

5. Interim autem versante Romano in insula, consilium inierunt Theophylactus patriarcha et Theophanes patricius ac sacri cubiculi præfectus (accubitorem vocant) eum iterum in palatium reducendi; eoque cum Romano communicato, ac ipso demum in eamdem sententiam pertracto, commo-
D dum tempus observabant quo huic finem molitioni imponerent. Prodita autem machinatione ac Constantino imperatori denuntiata, in ejus auctores animadvertit. Ac Theophanem quidem patricium in exsilium egit; Georgium vero protospatharium ac pincernam **441** nec non Thomam primicerium virgis subactos detonsosque pariter relegavit.

ς'. Δεκεμβρίῳ δὲ μηνί, ἰνδικτιῶνος ς', ἐπιβουλήν τινες κατὰ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου ἐμελέτησαν, βουλόμενοι τὸν βασιλέα Στέφανον ἐν τῇ νήσῳ ὄντα ἐν τῷ παλατίῳ ἀγαγεῖν. Ταύτης οὖν μηνυθείσης Κωνσταντίνῳ διὰ Μιχαὴλ τοῦ Διαβολίνου λεγομένου, τοὺς ἐπιβούλους κρατήσας ὁ βασιλεὺς τῶν μὲν τὰς ῥῖνας καὶ τὰ ὦτα ἀπέτεμεν, τοὺς δὲ δαρμῷ ἀφορήτῳ

6. Mense Decembri, indictione sexta, insidias quidam moliti sunt adversus Constantinum imperatorem, ut nempe Stephanum imperatorem ex insula, in qua exsul agebat, in palatium reducerent. Insidiarum accepto nuntio, delatore Michaele Diabolino sic nuncupato, captisque auctoribus, aliis nares auresque Constantinus abscidit, alios intole-

rando verberum cruciatu examinatos asinisque impositos ac per mediam urbem ignominiose traductos exsilio relegavit.

7. Quinta decima Junii mensis, indictione sexta, moritur Romanus imperator in insula quam Proten vocant. Ejus cadaver in urbem relatum in illius monasterio depositum est.

8. Magnum quidpiam ac admirandum, gesta percurrentem, me fere præteriit: nempe quo tempore Stephanus et Constantinus imperatores aula ejecti sunt Constantini Porphyrogenneti jussu, contigit gravi hiatu terram dehiscere in domo magistri et scholarum exdomestici Joannis Curcuæ, inque domo magistri Romani Saronitæ, nec non in aliis iisque diversis domibus; ex quo et factum est ut ii direptis ipsorum facultatibus in pauperiem redigerentur. Misertus itaque Constantinus imperator, dolensque eorum dilapsas opes ac repente exhaustam substantiam, **442** Theophilo urbis præfecto hæc acervare jubet iisque reddere. Is protocancellario suo, una cum Zonara sic nuncupato, rei summa concredita, ut erat pravus latro, eorum occupans ædes multamque diligentiam adhibens cuncta sibi usurpavit insatiabilique animo suo concessit, ac vix decimam illis partem restituit. Quis enimvero multam immensamque viri dolis consuti fraudulentiam ac nequitiam enarrare sufficiat, qui lues ac pernicies imperii Romani exstiterit? quodnam vitii malique genus, in quo non facile primas tulerit? cum nimirum verbis ad suadendum compositis ac jurejurando firmatis cunctis fidelem animum rectique tenacem præ se ferret. Verum, ut vulgo de illo jactatur, invocata dæmonum ope cuncta illi ex voto cedebant, ut nec Constantinus, cum sæpenumero eum gradu movere cogitasset, rem præstare valuerit, quin potius beneficiis ac muneribus eum prosecutus sit. Porro de hominis adulatoriis, moribus multaque illius impudentia, ejus item infido animo pravoque, ac quam nulla quis conjectura satis assequi possit, avaritia ac rapacitate fusius operosiusque in propria exque instituto ejus rei narratione exponam.

9. Rerum summam solus adeptus Constantinus, Basilium protovestiarium suum Romanique decessoris imperatoris naturalem ex pellice filium, patricium provexit ac sacri cubiculi præfectum, senatusque primis ab imperatore partibus principem fecit. Erat vir animo prudens et eruditus inque omnibus solerti consilio, et ut decebat, imperatoris obsequio **443** sedulus ministrabat. Humanissimus porro Constantinus in animum induxit ut pactis cum Agarenis Tarsensibus induciis, qui apud infidelem eam gentem detinerentur, Romanos captivos liberaret, ea scilicet ratione, quod a multis jam annis in vinculis atque ærumnis affligtari eos sciret. Misit itaque, cujus non semel in superioribus meminimus, magistrum et scholarum exdomesticum Joannem Curcuam nuncupatum, virum prudentem civiliumque rerum administrationis consultissimum, Cosmam item magistrum et legisperitum summum-

A ὑπέβαλεν καὶ ὄνοις ἐπικαθίσας διὰ μέσης τῆς πόλεως ἐθριάμβευσεν καὶ ἐξορίᾳ παρέπεμψεν.

ζ'. Πεντεκαιδεκάτῃ δὲ Ἰουνίου μηνὸς, ἰνδικτιῶνος ἕκτης, Ῥωμανὸς ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ νήσῳ τῇ ἐπονομαζομένῃ Πρώτῃ τελευτᾷ· καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῇ πόλει ἀποκομισθὲν ἐν τῇ αὐτοῦ ἀπετέθη μονῇ

η'. Διήγημα δὲ μέγα καὶ θαυμαστὸν παρέδραμον τοῦ λεχθῆναι. Στεφάνου καὶ Κωνσταντίνου τῶν βασιλέων κατενεχθέντων ἀπὸ τοῦ παλατίου προτροπῇ Κωνσταντίνου τοῦ Προφυρογεννήτου, χωννουβαριασμὸς γέγονεν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ μαγίστρου Ἰωάννου τοῦ Κουρκούα τοῦ ἀποδομεστίκου τῶν σχολῶν καὶ εἰς τὸν τοῦ μαγίστρου Ῥωμανοῦ Σαρωνίτου καὶ εἰς ἑτέρους καὶ διαφόρους οἴκους, καὶ διαρπαγὴν καὶ
B πτωχείας αὐτοῖς προεξένησαν. [P. 275] Ὁ δὲ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος κατοικτείρας τὸ ἐξαίφνης καὶ ἀθρόως ὁρᾶσθαι αὐτοὺς πένητας, διωρίσατο τῷ ἐπάρχῳ Θεοφίλῳ ταῦτα σωρευθῆναι καὶ ἀποδοθῆναι. Ὁ δὲ πρωτοκαγκελλαρίῳ αὐτοῦ σὺν τῷ λεγομένῳ Ζωναρᾷ προσδιορισάμενος, ὃς ἅτε εὐφυὴς κλέπτης καὶ μοχθηρὸς, καὶ κατέχων τὰ τούτων οἰκήματα καὶ πολλὴν σπουδὴν καταβαλὼν, πάντα ἐσφετερίσατο καὶ τῆς ἀπλήστου αὐτοῦ γνώμης ἐνεφορήσατο καὶ μόλις τὴν δεκάτην μοῖραν αὐτοῖς ἀπέδωκεν. Καὶ τίς τὴν πολλὴν καὶ ἄπειρον δολιότητα καὶ κακίαν τοῦ δολίου ἀνδρὸς διηγήσεται; ὃς λύμη καὶ νόσος τῇ πολιτείᾳ Ῥωμαίων γέγονεν. Ἢ ἐν ποίῳ κακῷ πρώτιστος ὁ ἀνὴρ οὐχ εὑρίσκετο; τῇ πιθανολογίᾳ καὶ τοῖς ὅρκοις
C βεβαιῶν ὡς ἅτε πιστὸν καὶ ὀρθὸν εἶναι πᾶσι. Ὡς δὲ λόγος ᾄδεται, οὕτος βοηθείας δαιμόνων προσκαλούμενος ἐν πᾶσιν εὐδοκίμει, ὡς καὶ αὐτὸν τὸν βασιλέα Κωνσταντῖνον βουληθέντα διαφόρως ἀποκινῆσαι τοῦτον οὐκ ἴσχυσεν, ἀλλὰ μᾶλλον εὐποιίαις καὶ δωρεαῖς προεξένησεν. Περὶ δὲ τῆς τούτου θωπείας καὶ κολακείας καὶ πολλῆς ἀναιδείας, καὶ τὴν ἄπιστον διάθεσιν καὶ τὴν μοχθηρὰν καὶ ἀνείκαστον αὐτοῦ πλεονεξίαν, πλατύτερόν τε καὶ ἐπεξεργαστικώτερον ἐν τῇ προηγουμένῃ ἐπεξηγήσει ἐκθήσομαι.

θ'. Μετὰ δὲ τὸ μόνον καταλειφθῆναι αὐτοκράτορα Κωνσταντῖνον, προεχειρίσατο Βασίλειον τὸν πρωτοβεστιάριον αὐτοῦ, τὸν ἀπὸ παλλακῆς φυσικὸν υἱὸν
D Ῥωμανοῦ τοῦ πρὸ αὐτοῦ βασιλέως, πατρίκιον καὶ παρακοιμώμενον καὶ παραδυναστεύοντα τῆς συγκλήτου. Οὗτος δὲ ἦν ἐχέφρων καὶ λόγιος, καὶ τῷ βασιλεῖ ἐν πᾶσιν ὑπηρέτει αἰσίως καὶ πρεπόντως. Ὁ δὲ φιλάνθρωπος Κωνσταντῖνος διενοήθη ἀλλάγιον ποιῆσαι μετὰ τοὺς Ταρσίτας καὶ τοὺς ἐν αἰχμαλωσίᾳ Ῥωμαίους ὑπὸ τῶν ἀρνητῶν τοῦ Χριστοῦ ἀναῤῥύσασθαι διὰ τὸ ἐπὶ πολλοῖς χρόνοις κακουχεῖσθαι αὐτοὺς ἐν δεσμοῖς καὶ θλίψεσιν. Καὶ ἀποστείλας τὸν προμνημονευθέντα μάγιστρον καὶ γεγονότα δομέστικον τῶν σχολῶν Ἰωάννην τὸν λεγόμενον Κουρκούαν, ἄνδρα συνετὸν καὶ εὔβουλον καὶ πεπειραμένον πρὸς τὰ πολιτικὰ διοικήματα, [P. 276] καὶ Κοσμᾶν μάγιστρον σοφὸν καὶ νομομαθῆ καὶ τῶν πολιτικῶν κριτηρίων πρώτιστον· καὶ εἰς τὸν ποταμὸν τὸν Λάμον

τὸ ἀλλάγιον ἐποιήσαντο, μὴ συμβάν τι ἐναντίον ἢ δολερόν. Καὶ τοῦτο ποιήσαντες ὑπέστρεψαν, φιλαγάθως παρὰ τοῦ Πορφυρογεννήτου Κωνσταντίνου ἀποδεχθέντες.

que urbanorum tribunalium præsidem; et ad fluvium Lamon, nullo adverso casu aut dolo, sincera utrinque fide, dato pretio captivos receperunt. Peractoque negotio reversos Constantinus Porphyrogennetus peramanter accepit.

ι'. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἔναυλον ἔχων τῶν ἀδικιῶν καὶ ζημιῶν ὧν ὑπέστησαν οἱ ἐλεεινοὶ καὶ ἄθλιοι πένητες παρὰ τῶν στρατηγῶν καὶ πρωτονοταρίων καὶ στρατιωτῶν καὶ ἱπποτῶν ἐπὶ τοῦ πενθεροῦ αὐτοῦ Ῥωμανοῦ, ἄνδρας εὐσεβεῖς καὶ ἐναρέτους ἀπέστειλε πρὸς τὸ κουφίσαι τὸ πολὺ βάρος τῶν κατὰ καιρὸν ἀκαίρων ἀπαιτήσεων τῶν ταλαιπώρων πτωχῶν. Καὶ εἰς μὲν τὸν Ἀνατολικὸν Ῥωμανὸν μάγιστρον τὸν Σαρωνίτην, εἰς δὲ τὸ Ὀψίκιον τὸν Μουσελὲ Ῥωμανὸν μάγιστρον, εἰς δὲ τὸν Θρᾳκήσιον Φώτιον πατρίκιον, εἰς δὲ τὸν Ἀρμενιακὸν Λέοντα τὸν Ἀγέλαστον, καὶ εἰς τὰ λοιπὰ ἐφεξῆς θέματα· οἵτινες τῇ προτροπῇ τοῦ αὐτοκράτορος μικρὰν ἀνακωχὴν τοῖς πένησιν ἐδωρήσαντο. Καὶ τοῦτο ἆθλον καὶ προτερήματα τοῦ Θεοῦ συνεργοῦντος [13] τῷ ἄνακτι. Οὕτως γὰρ περιεῖπεν τὸ ὑπήκοον ὡς ἀετὸς σκέπων τὴν αὐτοῦ· οὐδενὶ γὰρ τῶν ἀρχόντων ἢ τῶν μέσων ἢ τῶν χυδαίων ὠργίσθη πώποτε, καίτοι μεγάλας ἀτοπίας εὗρε πολλοὺς εἰς τὸ κοινὸν καὶ εἰς αὐτὸν ἁμαρτήσαντας, ἀλλὰ χριστομίμητος ὢν μᾶλλον εὐποιίαις καὶ δωρεαῖς ἀπένειμεν καὶ τῷ κρίνοντι δικαίως ἀπεδίδου. Τὸν δὲ ἔπαρχον τῆς πόλεως Θεόφιλον, ἄνδρα λόγιον καὶ πρὸς τοὺς πολιτικοὺς νόμους ἱκανὸν, πατρίκιον προέκρινεν καὶ ἐτίμησεν καὶ κοιαίστωρα προεβάλετο, καὶ ἀντ' αὐτοῦ προεχειρίσατο ἔπαρχον Κωνσταντῖνον πρωτοσπαθάριον, τὸν τηνικαῦτα μυστικὸν καὶ καθηγητὴν τῶν φιλοσόφων, λόγῳ καὶ ἔργῳ ἀξιέπαινον, ὡς μὴ ἕτερον τῆς γνώσεως καὶ σοφίας τοῦ ἀνδρὸς εἶναί τινα τῆς συγκλήτου· καὶ οὕτως τὴν ἐπαρχίαν εὐνομίᾳ καὶ δικαιοσύνῃ διέπρεψεν.

10. Constantinus, cujus etiamnum auribus insonarent quas injurias damnaque ab exercitus ductoribus et protonotariis, nec non utriusque ordinis militibus miseri ac calamitosi pauperes Romano socero suo imperatore passi essent, recentique hæc memoria teneret, viros misit virtutis laude ac pietate insignes, grave onus levaturos importunarum pro tempore exactionum, quibus ærumnosi pauperes atque miseri opprimebantur, ad Orientale thema magistrum Romanum Saronitam, ad Opsicium Romanum Musele magistrum, ad Thracesium Photium patricium, ad Armeniacum Leonem Agelastum, et sic de reliquis thematibus seu provinciis. Hi imperatoris mandato obsecuti induciarum aliquid pauperibus 444 tribuerunt. Atque hoc a Deo adjuti coque protectore tuti ac gerenda republica seduli imperatoris facinus, ejusque hæc recte facta ac munera. Haud secus enim ac aquila nidum obumbrat, sic ille subditos procurabat atque fovebat. Nulli enim unquam procerum, nulli mediæ sortis civium, nulli e vili plebecula iratus est, quanquam non paucos in rempublicam ejusque ipsius rem privatam atque personam gravius deliquisse invenisset: sed magis Christum imitatus eos ipsos beneficiis ac muneribus prosequebatur ac judicanti juste retribuebat. Theophilum urbis præfectum, virum eruditum jurisque civilis peritia probe instructum, patricii dignitate condecoravit ac quæstorem præfecit; ejusque loco Constantinum protospatharium, tunc mysticum ac scholæ philosophorum ducem ac præceptorem, virum doctrina moribusque plane laudabilem, ut nullus senatorum ejus scientiæ sapientiæque modum attingeret, præfectum constituit; quo in munere æqua legum administratione ac justitia fulsit.

ια'. Ὁ δὲ πατριάρχης Θεοφύλακτος ἀῤῥωστήσας καὶ πρὸς τὸ θανεῖν ἐγγίσας καὶ μικρὸν ῥωσθεὶς οὐκ ἐνέδωκεν ἑαυτὸν τῆς πονηρᾶς μοχθηρίας [P. 277] καὶ τοῦ μετὰ δώρων χειροτονεῖν τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ ἐπιμελεῖσθαι τῶν ἵππων καὶ βλακειῶν. Καὶ αὖθις ὑπὸ τῆς νόσου κυριευθεὶς τέλει τοῦ βίου χρᾶται, πατριαρχεύσας χρόνους εἴκοσι καὶ τέσσαρσι. Χειροτονεῖται δὲ ἀντ' αὐτοῦ Πολύευκτος μοναχὸς ἀσκητικὸν βίον διαλάμπων, καὶ μονάσας ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων καὶ διαπρέψας ἐν πάσῃ ἀρετῇ καὶ ὀρθῷ δόγματι· καὶ ὡς ἄλλος Ἰωάννης Χρυσόστομος παρὰ πολλῶν ἐγνωρίζετο καὶ ἐλέγετο, καὶ οὐκ ἐλέγετο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐφαίνετο. Τοῦτον ὁρῶν ὁ φιλόκαλος Κωνσταντῖνος ἔχαιρε καὶ ἠγαλλιᾶτο ὡς τοιοῦτον ἄνδρα ἐπιτυχὼν ἐπὶ τῶν ἡμερῶν αὐτοῦ.

11. Theophylactus patriarcha ægra affectus valetudine jamque morti vicinus cum paululum convaluisset, nihil de priori morositate remisit animique pravitate, et ut muneribus episcopos ordinaret, curandisque equis et mollitiei ac luxuriæ studium omne operamque insumeret; inque eum modum morbo rursus invalescente, illo oppressus, vivendi finem facit, patriarchatu functus annos quatuor supra viginti. Ejus loco suffectus Polyeuctus monachus, 445 monasticæ exercitationis palæstra clarus, ac qui sanctioris vitæ institutum a teneris unguiculis consectatus omni virtute sanaque doctrina excelluisset; quem velut alterum Joannem Chrysostomum plerique nossent ac dicerent, neque id nomine tenus, sed ita ut vere talis videretur. Hujus conspectu honesti amans Constantinus gaudebat animoque gestiebat, ut qui virum talem in diebus suis nactus esset.

ιβ'. Ὁ δὲ φιλόθεος καὶ φιλόκαλος βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ὁμοιότροπον εὑρὼν Ἰωσὴφ πατρίκιον καὶ

12. Dei porro honestique amans Constantinus imperator, vir scilicet religiosus ac studiosus, virum

VARIÆ LECTIONES.

[13] τοῦ θεοσυνεργήτου ἄνακτος, Combef.

nactus pari secum morum honestate ornatum, Josephum patricium et præpositum, civilium utique rerum administratione solertem ac volucre celeriorem, sacellarium præficit tumque rei navalis drungarium, suamque omnem in eum potestatem contulit.

13. Constantini porro Porphyrogenneti honesti rectique studium resque præclare gestas, cuncta denique meliore statu composita ac restituta, et ut pie justeque subditorum saluti prospexerit, narratione prosecuturus, cum pro viri dignitate impar muneri exsistam, laudare veritus libentius silentium amplectar. Ex multis tamen aliqua sparsim delibanda sunt.

14. Cum itaque omnia pene labefactata nulliusque frugis effecta atque neglecta offendisset, virosque virtute fulgentes vili sorte haberi atque contemni, tanquam in Deum religiosus honestique cultu strenuus, ignavis muliebrique animo viris audaces fortique animo ac robore præditos anteponens, atque illis Barda Phoca patricio domestico præposito, 446 imperio Romano auctor victoriæ fuit. Cum autem in Romana republica plures honestæ ac laude dignæ disciplinæ vigerent, artesque liberales ac scientiæ in ea exstarent, ac (qua ex causa nescio) illæ neglectæ essent et in contemptum venissent, quidnam mens illa philosophicis rationibus summe exculta comminiscitur? Cum enim eum non lateret inire nos actionis cultu et contemplationis cum Deo necessitudinem, ac quidem actionem civilibus rebus gerendis congruere, contemplationem vero iis qui ratione regantur appositam esse, alteram alteri suppetias fore statuit; eos qui operam rei publicæ navent, rhetorica arte excoli curans, qui vero studeant contemplationi, præceptis philosophicis ac naturali rerum consideratione. Porro magistros præstantissimos delegit; ex quibus Constantinum protospatharium mystici tum munere fungentem philosophorum ludo præfecit, rhetorum Alexandrum Nicææ metropolitam, geometriæ Nicephorum patricium Theophili præfecti Erotici generum, astronomiæ Gregorium a secretis. Multam autem imperator discipulis diligentiam curamque adhibebat, quos quotidie contubernales mensæque socios adhiberet pecuniisque demereretur ac blandis colloquiis deliniret. Nec longe tempus processit, cum iis delinimentis eaque foventis imperatoris prudentia adultis ingeniis magnas illi scientias artesque plene didicerunt; ex quorum censu delectos imperator judicum ac senatorum secretariorumque et metropolitarum honore sublimavit, Romanamque rempublicam sapientia exornavit atque ditavit.

A πραιπόσιτον, καὶ πρὸς τὰς πολιτικὰς λειτουργίας ἐχέφρονα καὶ πτηνοῦ ταχύτερον, σακελλάριον προχειρίζεται, ἔπειτα δρουγγάριον πλωΐμου, καὶ πᾶσαν τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν ἀνατέθεικεν.

ιγ'. Τὴν δὲ τοῦ Πορφυρογεννήτου Κωνσταντίνου φιλοκαλίαν καὶ καλλιεργίαν καὶ τὴν πρὸς πάντα διόρθωσιν καὶ βελτίωσιν μέλλων διηγεῖσθαι, καὶ ὅπως εὐσεβῶς καὶ δικαίως τὸ ὑπήκοον περιέσωσεν, καὶ τὸ κατ' ἀξίαν τοῦ ἀνδρὸς μὴ εὐπορῶν, ἐπαινέσαι δεδοικὼς, σιγῆσαι μᾶλλον ἄξιον· πλὴν οὖν ἐκ τῶν πολλῶν σποράδην ἄξιον εἰπεῖν.

ιδ'. Οὗτος πάντα ἐφευρὼν εἰς ἀχρειότητα καὶ ἀμέB λειαν [91], καὶ τῶν ἐναρέτων ἀνδρῶν χυδαιωθέντων καὶ καταφρονηθέντων, ὡς φιλόθεος καὶ φιλόκαλος προέκρινεν τῶν δειλῶν καὶ ἀνάνδρων τοὺς εὐτόλμους καὶ ἀνδρείους, καὶ τούτους τῷ μαγίστρῳ καὶ δομεστίκῳ τῶν σχολῶν Βάρδᾳ τῷ Φωκᾷ παραδοὺς νίκην τῇ Ῥωμαϊκῇ ἀρχῇ προεξένησεν. Πολλῶν δὲ ἐν τῇ πολιτείᾳ ἡμῶν καλῶν καὶ ἀξιεπαινέτων γνώσεις καὶ λογικαὶ τέχναι καὶ ἐπιστῆμαι, τούτων οὐκ οἶδ' ὅπως ἀμεληθέντων καὶ παροραθέντων τί σοφίζεται ὁ φιλοσοφώτατος ἐκεῖνος νοῦς; Ἐπεὶ γὰρ ἠπίστατο πρᾶξιν καὶ θεωρίαν πρὸς Θεὸν [P. 278] ἡμᾶς οἰκειοῦντα, καὶ τὴν μὲν πρᾶξιν πολιτικοῖς προσαρμόζουσαν πράγμασιν, τὴν θεωρίαν δὲ τοῖς λογικοῖς, ἀλλήλοις δι' ἀμφοτέρων βοηθεῖ, τὸ μὲν πρακτικὸν διὰ C ῥητορικῆς τέχνης ἀσκεῖσθαι παρασκευάζων, τὸ δὲ θεωρητικὸν διὰ φιλοσοφίας καὶ φυσικῆς τῶν ὄντων διαγνώσεως. Παιδευτὰς δὲ ἀρίστους προκέκρικεν· εἰς Κωνσταντῖνον πρωτοσπαθάριον τὸν τηνικαῦτα μυστικὸν τὸ τῶν φιλοσόφων παιδοτριβεῖον δέδωκεν, εἰς δὲ τὸ τῶν ῥητόρων Ἀλέξανδρον μητροπολίτην Νικαίας, εἰς δὲ τὸ τῆς γεωμετρίας Νικηφόρον πατρίκιον τὸν γαμβρὸν Θεοφίλου ἐπάρχου τοῦ Ἐρωτικοῦ, εἰς δὲ τὸ τῶν ἀστρονόμων Γρηγόριον ἀσηκρῆτιν. Καὶ πολλὴν ἐπιμέλειαν καὶ σπουδὴν εἰς τοὺς φοιτητὰς ὁ αὐτοκράτωρ ἐποιεῖτο, ὁμοδιαίτους καὶ ὁμοτραπέζους τούτους καθ' ἑκάστην ποιῶν καὶ ἀργύρια παρέχων καὶ ὁμιλίας μετ' αὐτῶν προσηνεῖς ποιούμενος. Καὶ οὐ πολὺς χρόνος διελθὼν, τὰς μεγάλας ἐπιστήμας καὶ τέχνας τῇ θωπείᾳ καὶ συνέσει D τοῦ αὐτοκράτορος κατωρθώσαντο, καὶ κριτὰς καὶ ἀντιγραφεῖς καὶ μητροπολίτας ἐξ αὐτῶν ἐκλεξάμενος τετίμηκεν, καὶ τὴν πολιτείαν Ῥωμαίων τῇ σοφίᾳ κατεκόσμησεν καὶ κατεπλούτισεν.

447 15. Sed et Augustales vestes quæ longioris temporis usu detritæ erant, exesaque stemmata ac diademata nova instauravit. Bucoleonem statuis, variis ex locis convectis, magnifice ornavit, inque eo piscinam construxit. Captivos cum urbanos tum provinciales carcere detentos diligenter pervestigabat ac invisebat exque vinculis absolvebat, sic

ιε'. Ἀλλὰ καὶ τὰς βασιλικὰς στολὰς καὶ τὰ ἔκπαλαι στέμματα καὶ διαδήματα φθαρέντα εἰς ἀνακαίνισιν διωρθώσατο, καὶ τὸν Βουκολέοντα ζῳδίοις, ἐκ διαφόρων τόπων ἀγαγὼν, ἐκαλλώπισεν, κἀκεῖσε ἰχθυοτροφεῖον ἐποίησεν. Ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν τῇ φυλακῇ τῶν ἐν τῇ πόλει καὶ τῶν ἔξωθεν θεμάτων κατεχομένων δεσμίων ἠρεύνησε καὶ ἐπεσκέψατο καὶ τῶν δεσμῶν

VARIÆ LECTIONES.

[91] Deest vox νενευκότα aut καταπεσόντα Combef.

ἐλυτρώσατο, ὡς πάντας σωτήρια ἐπευφημοῦν τὸν ἀγαθὸν καὶ χριστομίμητον ἄνακτα Κωνσταντῖνον. Τὴν δὲ ἀρετὴν καὶ τὴν γνῶσιν οὕτως ἐτίμησεν ὡς ἄλλος οὐδεὶς τῶν βεβασιλευκότων · καὶ ὅντινα γνῶσιν ἔχοντα καὶ πρὸς τοὺς νόμους φύσιν καὶ ἐπιτηδειότητα εὑρηκὼς ἦν, προανεβίβασεν καὶ εἰς ὑψηλότερον θρόνον ἀποκατέστησεν. Καὶ ἦν ἰδεῖν δικαιοδοσίαν καὶ εὐνομίαν ἐν πᾶσιν, ὡς τοῦ Πορφυρογεννήτου ταύτην φιλοσοφοῦντος καὶ κατασπαζομένου. Καὶ νόμον ὁ αὐτοκράτωρ ἐξέθετο · ἰδὼν γὰρ πολὺ πλεονεκτικὸν παρὰ τῶν ἀκορέστων ἐκχυθὲν καὶ τῶν ἐν μέσῳ τῶν ἐπαρχιῶν καὶ [P. 279] χωρίων ὑπεισελθόντων ἀρχόντων καὶ τοὺς ταλαιπώρους πένητας καταδυναστευόντων, καὶ καθ' ἁρπαγὴν τῶν δυνατῶν προάστεια προσκτησαμένων διὰ ποικίλης τῆς μεθόδου αἰτίας, ἔγνωκεν ποιήσασθαι τὴν τούτων ἀφαίρεσιν. Τί ποιεῖ ὁ σοφὸς ἐν πᾶσιν; Συναγαγὼν τῇ ὑπὸ χεῖρα βουλευτικῇ ποιεῖται μεθόδῳ, τοὺς ἀπὸ τῆς ἀναῤῥήσεως αὐτοῦ ὑπεισελθόντας πλουσίους καὶ ἐξωνησαμένους ἢ δωρησαμένους καὶ κατακρατήσαντας τόπια ἢ ἀγροὺς εἰς χωρία ἀναργύρους ἐκδιώκεσθαι, καὶ μικρόν τι τῆς λώβης καὶ τῆς πλεονεξίας τῶν ἀκορέστων ἀπεῤῥάπισεν.

ιϛʹ. Ὁ δὲ ἐπιεικὴς καὶ γαληνὸς δεσπότης οὐδὲ τὰς τῶν προσιόντων ἀμφισβητήσεις καὶ δικαιολογίας καὶ στάσεις ἀπέγραφεν τοῦ δικάζειν δι' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ καὶ τοῖς δικασταῖς συνδικάζειν οὐκ ἀνεβάλλετο. Παρισταμένων τῷ ἐκείνου βήματι τῶν τε δικαζόντων τῶν τε συνηγορούντων τῶν δικαζομένων, ἀπεκρούετο τὰς τούτων δικαιολογίας καὶ τὰς ἀπάτας αὐτῶν · οὐδὲν γὰρ τὴν ἀγχίνοιαν αὐτοῦ διέφυγεν, οὐ ψεῦδος ἀληθείᾳ συγκείμενον, οὐ τὸ πιθανὸν τῇ διηγήσει συγκεραννύμενον, οὐ περίεργοι συγγραφαὶ καὶ κρύβδην συντεθειμέναι, αἵτινες καὶ τοὺς ἄγαν δραστηρίους διέλαθον ἐν ἀληθείας παραπετάσματι. Ἐντεῦθεν τῷ φόβῳ πρὸ τῆς κρίσεως παιδαγωγηθέντες, δικαστὴς δι' ἑαυτοῦ ἕκαστος τῆς δίκης τῷ ἠδικηκότι ἐγένετο.

ιζʹ. Χρὴ οὖν περὶ κοινῶν φροντίδων τοῦ ἄνακτος καὶ τῶν ἀπείρων διορθωμάτων καὶ διοικημάτων αὐτοῦ ἐξειπεῖν. Τῶν ἁπανταχοῦ γὰρ στρατηγῶν καὶ βασιλικῶν πρωτονοταρίων καὶ τῶν ἐν κώμαις ἐπαρχίαις τε καὶ πόλεσιν, ἔτι μὴν καὶ εἰς ἀρχηγοὺς ἐθνῶν ἀποστελλομένων γραμμάτων, καὶ τούτων παρ' αὐτοῦ ἀναγινωσκομένων, εὐθὺς τὸ φρόντισμα αὐτῶν διωρίζετο τί μὲν δέον περὶ τῶν ἐξ Ἀνατολῆς γεγενῆσθαι, τί δὲ περὶ τῶν ἀφ' Ἑσπέρας, καὶ τούτοις ὡς τὰ πολλὰ ὥσπερ πτηνὸς διήρχετο, πρεσβείας δεχόμενος, ἄρχουσιν ἐπιστέλλων, τὰς προπετῶς γεγενημένας μεταβολὰς ἐπανορθούμενος. Ὁ αὐτὸς Κωνσταντῖνος βουλευτής, φροντιστής, στρατηγός, στρατιώτης, στρατίαρχος, ἡγεμὼν ἀνεφαίνετο. Καὶ τίς ἂν τὰ τοιούτου προτερήματα ἐξείποι ἡ φράσῃ;

ιηʹ. Χρὴ οὖν καὶ περὶ τοῦ νοσοκομείου τοῦ ὁσίου ἐξειπεῖν. [P. 280] Ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος θεασάμενος αὐτὸ σμικρότατον οἰκοδομαῖς μακροτάταις

A nimirum ut omnes optimo Christique imitatione mitissimo ac clementi imperatori Constantino acceptam salutem referentes faustis illi acclamationibus comprecarentur. Virtuti ac scientiæ majorem supra decessores omnes Augustos honorem habuit. Si quem nactus esset virum eruditum legumque scientiæ ex indole comparatum ac idoneum, honore promovebat ac sublimiori eum sede collocabat. Vidisses æqui justique rationem in omnibus vigentem, ut cujus cultu Porphyrogennetus philosopharetur ac quam amplexaretur. Legem quoque edidit imperator. Videns enim insatiabilium hominum nequitia injuriam alienique usurpationem longe diffusam, proceresque in medias provincias oppidaque et loca subingressos luctuosos pauperes opprimere, viliqueB pretio ac rapina variis artibus atque fraudibus illorum suburbana sibi comparasse, hæc illis auferre constituit. Quid ergo vir ubique sapientissimus facit? Nempe congregato senatu illius decreto sancit, ut qui ex eo tempore quo ille rerum summam adeptus esset, subingressi divites vel pecunia numerata vel datis muneribus suburbana aut agros vel prædia sui juris fecissent, his **448** nullo accepto pretio ejicerentur; qua re hominum insatiabilium injuriam tantisper repressit.

16. Mitis vero serenissimusque princeps ne eorum quidem qui ad ipsum adirent controversias litesque ac disceptationes judicio finire detrectabat, quin etiam lubens in judicum ipse consessu sedebat, C astantibus pro tribunali tum actoribus tum eorum patronis qui in jus vocabantur. Advocatorum defensiones eorumque fraudes amoliebatur. Quod enim illius sagacitatem lateret nihil erat, non mendacium veritati hærens, non probabilis fucus narrationi admixtus, non superfluæ scripturæ libellique clanculum conscripti, qui vel solertissimos summeque perspicaces sub ementita veritatis larva facile valeant decipere. Hinc fiebat ut et ante judicium timore castigati a se sponte, qui fecissent injuriam, in se ipsi judices essent ac sententiam ferrent.

17. Igitur necesse est ut de publicis imperatoris curis deque innumeris illius censura emendatis ac de ipsius administrationibus sermonem texamus. Cum enim duces ac prætores ubique gentium constituti D palatinique protonotarii, et qui in oppidis regionibusque et urbibus magistratus erant, quin et gentium principes ad eum scriberent, eorum statim scopum discernebat, quid de Asiaticis, quid de Occiduis statuendum; nec raro illis volucris in modum præsentiam adhibebat, legationes suscipiens, magistratibus scribens, perperamque ac temere mutata corrigens. **449** Idem ipse Constantinus senator, curator, dux exercitus ac prætor, miles, tribunus, præses erat, unus omnium muniis defungens. Ecquis vero viri talis tantique præstantes dotes narrare satisque verbis explicare ac edisserere sufficiat?

18. Igitur operæ pretium sit, ut et de publico urbis nosocomio (ægrotorum scilicet domo) sermonem texam. Videns itaque imperator Constantinus

illud perangustum, structuris maximis auxit, ut omnes ejusmodi morbo laborantes illic cogerentur, et ad illorum perungendas carnes indeficientes sumptus, ad posterorum perennem memoriam, reliquit.

19. Dicendum quoque de stabulo in gerocomium (domum scilicet senum) commutato. Pone enim eque vicino perquam mirandæ Majoris Ecclesiæ stabulum erat equorum equarumque Theophylacti patriarchæ. Hoc videns optimus imperator indignumque ducens in religiosam convertit domum ac gerocomium (fovendis scilicet senibus hospitium) ædificavit; illicque constitutos censu annuo, quibus alantur ac induantur, accipere sanxit.

20. Dicendum et de Novemdecim accubituum tecto. Videns enim computruisse ac ruinam minari valdeque deformatum esse, ipsum instaurat. Cum enim deauratum ejus lacunar lapsu temporis diffluxisset, eo ipse prius submoto aspectu novum splendidumque effecit. Sinus enim octangulos componens, eosque foraminibus variisque sculptis figuris exornans, **450** in vitium malleolos foliaque atque arborum genera figuratos aurique stillis aspersos tanto decore cumulavit, ut qui oculos animumque spectaculo adhibeant, mente excedant.

21. Romano imperatori filio suo majora exstruxit palatia quam superioris ævi imperatorum exstiterant, magnificas ædes a fundamentis excitans, quarum multiplex variaque figuratio, inque multa animum cogitationemque cum stupore dividens, admirationem facit. In apostoli Pauli tetraconcho (quatuor nempe fornicibus fulta æde sacra) varias efformavit imagines; et ut vetusta abolita specie novus decor accederet, multas in ea aureas figuras imaginesque collocavit.

22. Pingendi artem sic accurate imperator callebat, ut nemo puto superioris ævi aut eum secuti ejus peritia cum æquaverit. Multos enim pictorum emendabat, optimusque magister videbatur; nec solum videbatur, sed et cunctis admirationi erat, ingens illud videntibus miraculum, pernosse eum quæ nullo magistro didicerat. Quot Constantinus artifices emendarit, quis dicendo referre queat? Lapicidas et auro linientes ac interpungentes et argentarios et ferri fabros meliora docebat, omniaque in omnibus optimus imperator elucebat.

23. Aurei triclinii portas argenteas præclaræ indolis pulchrique ac honesti amans Constantinus fabricatus est; mensamque argenteam ad convivas excipiendos ornandumque cœnaculum industria sua laboreque **451** conflavit, varii coloris lignis tabulisque ac nativo ipso colore exornans, ipso sui aspectu majore invitatos voluptate afficientem quam ciborum dulcedine lautoque apparatu.

24. Purpuream quoque custodiam pro imperialis cubiculi vestibulo exstruxit, aquarum conceptaculum fabricatus, quod columnis marmoreis per ambitum cinxit levore subfulgidis. Quid igitur

A κατασκευάζει, ὡς ἐπισυνάγεσθαι πάντας τοὺς τοιῷδε νόσῳ κυριευομένους, καὶ ἀλείμμασι τὰς σάρκας αὐτῶν περιχρίων, χορηγίας ἀνελλιπεῖς αὐτοῖς παρέχων, εἰς αἰωνίζουσαν μνήμην τοῖς μεθ' ἡμᾶς κατέλιπεν.

ιθ'. Δεῖ δὲ λέγειν καὶ περὶ τοῦ μετασκευασθέντος στάβλου εἰς γηροκομεῖον. Ὄπισθεν γὰρ καὶ πλησίον τῆς πανθαυμάστου Ἐκκλησίας τῆς Μεγάλης στάβλος ἦν τῶν ἱππαρίων τοῦ πατριάρχου Θεοφυλάκτου· καὶ τοῦτον ἰδὼν ὁ ἀγαθὸς, οὐ δίκαιον κρίνας οἰκητήριον μετεποιήσατο καὶ γηροκομεῖον τοῦτο κατεσκεύασεν, καὶ πρὸς χορηγίαν τροφῶν καὶ περιβολαίων τοὺς ἐκεῖσε ἐτύπωσεν ἐτησίως λαμβάνειν.

B κ'. Δεῖ οὖν καὶ περὶ τῆς στέγης τῶν δεκαεννέα ἀκουβίτων διηγήσασθαι· ὁρῶν γὰρ ταύτην σεσαθρωμένην καὶ καταπίπτουσαν καὶ εἰς ἀκοσμίαν πολλὴν οὖσαν, ταύτην ἀνακαινίζει. Τῆς γὰρ κεχρυσωμένης αὐτῆς ὀροφῆς τῷ χρόνῳ διεῤῥυηκυίας, αὐτὸς ταύτην προελὼν νεοφανῆ καὶ λαμπρὰν ἀνέδειξεν. Κοιλότητας γὰρ ὀκταγώνους συντέθεικεν, καὶ ταύτας ὀπαῖς καὶ σχήμασι ποικίλοις διαγλύφοις κεκοσμηκὼς, εἰς ἀμπέλων ἕλικας καὶ φύλλα καὶ δένδρων ἰδέας σχηματιζομένας, καὶ ταύτας χρυσῷ περιραντίσας, τοσοῦτον εὐπρεπὲς παρέσχεν ὡς ἐξίστασθαι τοὺς πρὸς θεωρίαν ὁρῶντας.

κα'. Τῷ δὲ βασιλεῖ Ῥωμανῷ τῷ υἱῷ αὐτοῦ παλάτια κατεσκεύασεν πλείονα τῶν παλαιῶν βασιλέων, οἴκους ἐκ βάθρων ἐγείρας· ὧντινων δόμων τὸ πο-
C λυσχημάτιστον καὶ εἰς πολλὰ τὸν νοῦν καὶ τὴν διάνοιαν ἐκπλῆττον καὶ διαμερίζον θαῦμα τοῖς βλέπουσιν ἐντίθησιν. Τὸν δὲ Τετράκογχον τοῦ ἀποστόλου Παύλου εἰκονίσματα διάφορα ἐξετύπωσεν, καὶ τὴν παλαιὰν καλλονὴν ἀποβεβληκέναι νέαν δὲ ἐγκαινίσασθαι, πολλὰ ἐν αὐτῇ ἀπὸ χρυσοῦ σχήματα καὶ εἰκονίσματα ἐξέθετο.

κβ'. Τὴν δὲ τῆς ζωγραφίας τέχνην τοσοῦτον ἀκριβῶς ὁ ἀνὴρ ἠπίστατο ὡς οὐχ οἶμαι τῶν πρὸ αὐτοῦ ἢ τῶν μετ' αὐτόν. Πολλοὺς γὰρ τῶν περὶ αὐτῆς πονούντων ἐπηνώρθει, καὶ διδάσκαλος ἄριστος ἀνεφαίνετο, καὶ οὐχ ἐφαίνετο μόνον, ἀλλὰ παρὰ πᾶσιν ἐθαυμάζετο, καὶ θάμβος μέγα[ς] τοῖς ὁρῶσιν, ὧν οὐ μεμάθηκεν, ἐχρημάτιζεν. [P. 281] Τῶν δὲ τεχνιτῶν ἐπιδιορθώσεις τοῦ Πορφυρογεννήτου τίς ἐξείποι; Λιθο-
D ξόους καὶ τέκτονας καὶ χρυσοστίκτας καὶ ἀργυροκόπους καὶ σιδηροκόπους ἐπανώρθου, καὶ πάντα ἐν πᾶσιν ἄριστος ὁ ἄναξ ἀνεφαίνετο.

κγ'. Τὰς δὲ ἀργυρᾶς πύλας τοῦ Χρυσοτρικλίνου ὁ φιλόκαλος Κωνσταντῖνος ἐδείματο, καὶ τράπεζαν ἀργυρᾶν ἡ ἐκείνου φιλοπονία πρὸς ὑποδοχὴν τῶν δαιτυμόνων καὶ καλλωπισμὸν τοῦ ἀριστητηρίου κατεσκεύασεν, πολυχρόοις ὕλαις καὶ πλαξὶ καὶ αὐτοφυεῖ χροιᾷ καλλύνας, πλείονα τῆς ἐκ τῆς τῶν βρωμάτων γλυκύτητος τοῖς κεκλημένοις τὴν τέρψιν παρέχουσαν.

κδ'. Καὶ πορφυρᾶν φυλακὴν ἔμπροσθεν τοῦ κοιτῶνος αὐτοῦ ἐδείματο, δοχεῖον τῶν ὑδάτων δημιουργήσας, ἣν στύλοις μαρμαρέοις περιεκύκλωσεν λειότητος αὐτοῖς ὑπαυγαζούσης. Τί οὖν ἡ μεγαλόφρων

7. Itaque Dei Filius, qui nullo capi potest, in sanctam Virginem introivit, exque ejus carnis natura assumpsit, suæque deitatis personæ univit, carnem nobis consubstantialem, anima sensuque mentis præditam, qua solus ipse novit ratione. Jam enim dixi, nec mente assequi licere, nec sermone exprimere, ac neque exquirendas homini physicas rationes rei, quæ impervestigabilis et inscrutabilis est. Copulata igitur sibi, quam ex

A ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος. Ἀλλ' ἐπειδὴ Πατὴρ καὶ Υἱὸς καὶ ἅγιον Πνεῦμα ὀνομάζονται καὶ εἰσὶ, τῇ μὲν οὐσίᾳ κατὰ πάντα ἴσα τὰ τρία· ἀπέδωκε δὲ ἡ θεόπνευστος Γραφὴ τὴν ἀρχὴν τῷ Πατρὶ, καὶ λοιπὸν τῇ τοῦ Πατρὸς εὐδοκίᾳ καὶ ὁ Υἱὸς τὰ πάντα ἐποίησε, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὰ πάντα ἐτελεσιούργησεν. Ἔστιν οὖν Θεὸς ὁ Πατὴρ, Θεὸς ὁ Υἱὸς, Θεὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἀλλ' ἐπειδὴ Θεὸς καὶ Θεὸς καὶ Θεὸς, οὐ δύνασαι εἰπεῖν· Τρεῖς θεοί· ἀλλὰ τὰ τρία πρόσωπα ἐνθυμούμενος, ἕκαστον πρόσωπον ὁμολογῶν, Εἷς Θεὸς, λέγεις, διὰ τὸ ἓν καὶ τὸ ταυτὸν τῆς φύσεως καὶ τῆς θεότητος καὶ τῆς οὐσίας καὶ τῆς συναϊδιότητος. Διὸ καὶ ἑνικῶς δοξάζομεν καὶ προσκυνοῦμεν τὴν ἁγίαν Τριάδα.

ε'. Ἐμάθομεν καὶ πιστεύομεν ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ B ἐγεννήθη ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἀῤῥήτως, ἀχρόνως, ἀσωμάτως, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων. Αὐτὸς οὖν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, τὸ φῶς ἐκ τοῦ φωτὸς, ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἐκ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, τῇ εὐδοκίᾳ τοῦ Πατρὸς ἐσαρκώθη ἐν τῇ πανάγνῳ καὶ ὑπὸ Πνεύματος ἁγίου καθαγιαζομένῃ Παρθένῳ τῇ ἁγίᾳ Μαρίᾳ, τῇ κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν Θεοτόκῳ. Καὶ ὥσπερ ἡ ἐκ τοῦ Πατρὸς γέννησις αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ ἀκατάληπτός τίς ἐστι καὶ ἀνερμήνευτος, καὶ διὰ τοῦτο πίστει καὶ σιωπῇ προσκυνοῦμεν καὶ δοξάζομεν· οὕτως τοῦ αὐτοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ ἡ ἐκ τῆς μητρὸς καὶ Παρθένου ἔνσαρκος γέννησις, ἄφραστός ἐστι καὶ ἀνεκδιήγητος. Καὶ μάθε πῶς.

C ς'. Ὁ οὖν μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθεὶς, ἀπερίγραφός ἐστι, καὶ ἄνω ἐστὶ καὶ κάτω, καὶ τὰ πάντα ἐν χειρὶ ἔχει, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε, καὶ τὰ πάντα πληροῖ, καὶ ὑπὲρ τὰ πάντα ὑπερεκτείνεται, καὶ ὑπεράνω πάντων οὐρανῶν ἐστι, καὶ τὰς ἀβύσσους καθορᾷ· καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ. Ἐν ἀγγέλοις ἐστίν· ὅλος ἄνω ἐστί· ὅλος πανταχοῦ ἐστιν. Αὐτὸς οὖν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ τοιοῦτος καὶ τηλικοῦτος, ὁ ἀπήλικος καὶ ἀμεγέθης, ἐπειδὴ πάντα δύναται, ἐδυνήθη καὶ ἄνθρωπος γενέσθαι· καὶ κατ' ἀλήθειαν σαρκωθεὶς καὶ ἐνανθρωπήσας ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου, ἄνω οὐκ ἔλειψε, καὶ κάτω σαρκωθεὶς ὁ αὐτὸς ὅλος. Οὐκοῦν D τίς δύναται φράσαι ἢ ὅλως διηγήσασθαι τὸ μυστήριον; Πλὴν ὅτι πρὸς τὴν εὐτέλειαν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἔδωκεν ἡ θεία Γραφὴ ὀλίγα τινὰ ῥήματα, δι' ὧν ὁ νοῦς ἐν ἀπολαύσει δυνήσεται γενέσθαι, καὶ ἀφθέγκτως ἐκπλαγῆναι καὶ προσκυνεῖν τὸ θεῖον μυστήριον.

[P. 307] ζ'. Ὁ οὖν Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ ἀχώρητος εἰσῆλθεν εἰς τὴν ἁγίαν Παρθένον, καὶ ἐπελάβετο ἐκ τῆς φύσεως τῆς σαρκὸς αὐτῆς, καὶ ἥνωσε τῇ ἰδίᾳ τῆς θεότητος ὑποστάσει σάρκα τὴν ἡμῖν ὁμοούσιον, ἔμψυχόν τε καὶ ἔννουν, ὡς αὐτὸς μόνος οἶδε. Προεῖπον γὰρ, ὅτι οὔτε νοῦς καταλαβέσθαι ἰσχύει, οὔτε λόγος παραστῆσαι δύναται, οὔτε ὀφείλει ἄνθρωπος φυσιολογεῖν τὸ ἀνεξιχνίαστόν [τε] καὶ ἀνεξερεύνητον πρᾶγμα. Ἑνώσας οὖν ἑαυτῷ τὴν ἐξ αὐτῆς ληφθεῖ-

[7] Psal. xciv, 4. [8] Coloss. i, 17. [9] Jer. xxiii, 24. [10] Dan. iii, 55; Hebr. iv, 13.

σαν φύσιν, ηὔξει ὁ ἀναυξὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τῇ ἰδίᾳ A σαρκὶ, ἐψυχωμένῃ ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ· καὶ μὴ τραπεὶς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὅπερ ἦν, ἐγένετο βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς Μητρός· καὶ ἀπετελέσθη ἕνωσις ἀδιαίρετος καὶ ἀσύγχυτος θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος. Καὶ ἰδοὺ ὁ ἀσώματος καὶ ἀψηλάφητος, σεσωμάτωται καὶ ψηλαφᾶται· καὶ ὁ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθεὶς, ἰδοὺ αὐτὸς καὶ ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου σεσαρκωμένος γεννᾶται. Καὶ ὁ τῶν κόλπων τῶν Πατρικῶν μὴ χωρισθεὶς, καὶ τὰ σύμπαντα τῇ δυνάμει τῆς θεότητος συνέχων, καὶ τῶν πάντων τῇ παντοκρατορικῇ δυνάμει περιδραττόμενος, ὁ αὐτὸς ἐνανθρωπήσας ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου καὶ γεννηθεὶς, κεῖται ἐν φάτνῃ παιδίον ἐσπαργανωμένον, τῆς ἁγίας Παρθένου παρθένου μεινάσης. Τὰ γὰρ θεῖα τοιαῦτά ἐστι. Ὥσπερ γὰρ ἡ ἕνωσις τῆς B σαρκὸς καὶ τῆς θεότητος ἀνεξερεύνητος, οὕτως καὶ ἡ γέννησις. Ἐδυνήθη γὰρ ὁ θεῖος Λόγος ὁ παντοδύναμος κατὰ ἀλήθειαν σαρκωθῆναι καὶ ἐνανθρωπῆσαι ἐν τῇ Δεσποίνῃ καὶ γεννηθῆναι ἐξ αὐτῆς, καὶ τὴν παρθενίαν ἐσφραγισμένην διαφυλάξαι· ὥσπερ οὖν ἀμέλει καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων ἔστη ἐν μέσῳ τῶν μαθητῶν.

η'. Διὰ τοῦτο ἡ ἁγία καὶ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία πάντα εὐπειθῶς τὰ θεῖα ἀποδέχεται, πάντα πιστῶς, πάντα ἀπολυπραγμόνως σέβει καὶ προσκυνεῖ καὶ τιμᾷ. Αὐτὸς οὖν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ ἀληθινὸς Θεὸς, διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν παιδίον γεννηθεὶς, αὔξειν λέγεται τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ, τὰ ἡμέτερα οἰκειούμενος ἀδιάβλητα πάθη· καὶ προκόπτειν σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ C διὰ τὴν κατὰ μέρος ἀνάδειξιν, ὅπως δείξῃ κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν εἶναι τὴν ἐνανθρώπησιν. Καὶ κοπιᾷν λέγεται, καὶ πεινῆν καὶ διψῆν, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστραφῆναι, διδάξας καὶ φωτίσας πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. Αὐτὸς γάρ ἐστι τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν.

θ'. Λοιπὸν δὲ διὰ τὴν ἄμετρον αὐτοῦ φιλανθρωπίαν, καὶ ἔπαθε τῇ ἰδίᾳ σαρκί. Αὐτὸς γὰρ ὁ Κύριος τῆς δόξης ὑπὲρ ἡμῶν ἐσταυρώθη καὶ [P. 308] πάσχει ἀληθῶς. Πάσχει γὰρ οὐ τῇ θεότητι, ἀλλὰ τῇ ἀδιαιρέτως συναφθείσῃ αὐτῷ ἰδίᾳ σαρκὶ ἐψυχωμένῃ, καὶ ἀποθνήσκει· τῆς ψυχῆς δηλονότι χωρισθείσης τοῦ σώματος. Ἡ γὰρ θεότης, ἀδιαίρετος καὶ ἀσύγχυτος, καὶ τῇ ψυχῇ ἡνωμένη ἦν καὶ τῷ σώματι. Κατῆλθεν D οὖν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τῇ ἰδίᾳ ψυχῇ πρὸς τὰς τῶν ἁγίων ψυχὰς, καὶ πάλιν ἀνέστη, τῆς ψυχῆς ἑνωθείσης τῷ σώματι. Ἀνέστη οὖν ὁ αὐτὸς μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τῇ ἰδίᾳ δυνάμει· *Ἐξουσίαν γὰρ ἔχω*, φησὶ, *τὴν ψυχήν μου θεῖναι, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν*.

ι'. Ἀναστὰς τοίνυν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐκ νεκρῶν, τῇ ἰδίᾳ ἐνανθρωπήσει ἀνελήφθη εἰς τοὺς οὐρανούς· ὁ τὸ πρὶν ἀσώματος, νῦν ὁ αὐτὸς σεσαρκωμένος. Ὁ τὸ πρὶν ἁπλοῦς, νῦν ὁ αὐτὸς σύνθετος, Θεὸς ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος. Μένει γὰρ ἐν αὐτῷ καὶ ἡ φύσις τῆς

illa sumpsisset, natura, crescebat Dei Filius carne propria, anima utente ratione et mente prædita, in quem nulla cadant crementa: nihilque Dei Filius mutatus ab eo quod erat, in Matris utero infans factus est; perfectaque indivisa et inconfusa deitatis ac humanitatis unio facta est. Et ecce, qui incorporeus est, nec tangi potest, corporatus est ac contrectatur: et qui ex Patre ante sæcula genitus erat, ecce is ipse ex sancta Virgine incarnatus nascitur. Quique adeo paterno sinu non excessit, cunctaque deitatis potentia continet, atque omnium conservatrice virtute omnia complectitur astringitque, ipse ex sancta Virgine factus homo ac natus, in præsepi infans pannis involutus jacet, sancta Virgine virgine permanente. Sicut enim unio carnis et deitatis inscrutabilis est, sic et nativitas ac partus. Potuit enim Dei Verbum omnipotens vere incarnari ac homo fieri in Domina, exque illa nasci, ac virginitatis signacula inconcussa servare: quemadmodum utique clausis januis stetit in medio discipulorum [11].

481 *b* 8. Quamobrem sancta et apostolica Ecclesia cuncta divina, proba recipit credulitate; cuncta fide, cuncta nulla curiositate veneratur, adoratque et colit. Ipse igitur Dei Filius verus Deus, propter nostram salutem puerulus effectus, crescere dicitur sua carne [12], qui videlicet inculpatos nostros affectus ac passiones in se receperit. *Proficiebat* quoque *sapientia et ætate* [13], idcirco quod hæc paulatim exhibebat, ut se proprie ac vere hominem factum ostenderet. Fessus quoque esse dicitur [14] et esurire et sitire [15], et conversatus esse cum hominibus [16], docens et illuminans omnem hominem venientem in mundum [17], quippe qui ipse lux vera exsisteret [18].

9. Postremo autem propter immensam bonitatem suam, etiam carne propria passus est [19]. Ipse enim Dominus gloriæ pro nobis vere cruci affixus et passus est. Patitur enim non deitate, sed animata carne sua sibi indivise unita, ac moritur; anima scilicet separata a corpore. Deitas namque indivisa et inconfusa, tum animæ, tum corpori copulata erat. Descendit igitur Filius Dei sua anima et sanctorum animas, ac rursus resurrexit, anima unita corpori. Surrexit vero ipse unigenitus Dei Filius propria virtute; *Potestatem* enim *habeo*, inquit, *ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam* [20].

10. Resurgens igitur ex mortuis Dei Filius, ea ratione qua homo exstitit, in cœlos receptus est; qui ante carnis expers erat, nunc idem carnem indutus: qui ante simplex, nunc idem compositus, Deus simul et homo. Manet enim in ipso natura

[11] Joan. xx, 19. [12] Luc. II, 40. [13] Luc. II, 52. [14] Joan. IV, 6. [15-17] Bar. III, 38. [18] Joan. I, 9. [19] I Cor. II, 8. [20] Joan. x, 18.

deitatis : at qui antea simplex et unus ex sancta Trinitate erat, nunc quoque idem unus est ex sancta Trinitate incarnatus ac homo factus. Ac quem cœlestes omnes virtutes videre non poterant (adorandæ enim Trinitatis deitatem nemo videre potest [20]) nunc unum e sancta Trinitate unigenitum Dei Filium, conspicua hominis specie vident, qui incircumscriptam ejus deitatem intelligant. Hoc enim est quod ait beatus Paulus : *Apparuit angelis* [21]. Assumpsit igitur quod non habebat, habetque (nostram scilicet naturam) in sæcula sæculorum. Rursumque *venturus est cum gloria judicatum vivos et mortuos* [22]; id est, justos et peccatores : atque alios quidem judicatum, pro eo ac dicat justificatum, propter bona ipsorum opera; alios vero condemnatum, ob illorum incredulitatem ac malitiæ ipsorum opera.

11. Docet nos symbolum ut et *in unam sanctam catholicam et apostolicam Dei Ecclesiam credamus.* Non potest Ecclesia catholica (i. universalis) solum esse apostolica. Omnipotens enim virtus capitis, quod est Christus, universo mundo per apostolos salutem potuit afferre. Est igitur sancta Dei Ecclesia, sanctorum, qui a sæculo fuere, Patrum cœtus, patriarcharum, prophetarum, apostolorum, evangelistarum, martyrum, quibus una animi consensione credentes, omnes gentes adjunctæ sunt. Videbant enim ex omni gente quæ sub cœlo est, ejusdem Christianæ fidei rationibus obstrictos esse. Neque enim aliter fiat, ut omnis generis hominum multitudo innumerabiliumque linguarum collectio, in unum verissimæ fidei sensum conveniat, quam divini Spiritus numine atque afflatu. Rursus namque dico, idcirco catholica (universalis scilicet) est atque vocatur Ecclesia, quod monstrosæ, studiisque ac indole scissæ atque agrestes, innumerabiliumque linguarum universæ terræ gentes, in unam pacificam et salutarem fidem Deique notitiam ac pietatem faltiore sensu consentiant.

12. Credimus igitur in unam sanctam catholicam et apostolicam Dei Ecclesiam, in qua fidei rudimentis instituti sumus : scimusque Patrem et Filium et Spiritum sanctum, ac baptizamur in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti : salutare quoque corpus et sanguinem sumimus Filii Dei, qui propter nos beneplacito Patris homo factus est, et pro nobis mortuus est : divinaque et Evangelica ejus mandata docemur servare; divinasque Scripturas Veteris ac Novi Testamenti, certa veritate recipere; quibus animum sedulo adhibentes, ad nostram aliorumque utilitatem, fidei bonæque conscientiæ argumentum meremur facere.

13. Jam vero, qui hæc fide riteque scrutati sunt, sancti Patres nostri ac veritatis doctores, docuerunt nos, quonam modo colenda sunt ac adoranda salutaria signa fidei ac pignora; Christi

θεότητος. Καὶ ὁ τὸ πρὶν ἁπλοῦς ὢν καὶ εἷς τῆς ἁγίας Τριάδος, καὶ νῦν ὁ αὐτὸς εἷς ἐστι τῆς ἁγίας Τριάδος σεσαρκωμένος ἐνανθρωπήσας. Καὶ ὅνπερ οὐκ ἠδύναντο πᾶσαι αἱ οὐράνιαι δυνάμεις θεωρῆσαι (θεότητα γὰρ τῆς προσκυνητῆς Τριάδος ἰδεῖν οὐδεὶς δύναται), νῦν τὸν ἕνα τῆς ἁγίας Τριάδος τὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, βλέπουσι κατὰ τὸν φαινόμενον ἄνθρωπον, ἐννοοῦντες τὸ ἀπερίγραφον τῆς αὐτοῦ θεότητος. Τοῦτο γάρ ἐστιν ὃ εἶπεν ὁ μακάριος Παῦλος· *Ὤφθη ἀγγέλοις*. Προσελάβετο τοίνυν ὃ οὐκ εἶχε, καὶ ἔχει, λέγω δὴ τὴν ἡμετέραν φύσιν, εἰς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Καὶ πάλιν *ἐρχόμενον μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς*, ἤτοι δικαίους καὶ ἁμαρτωλούς· τοὺς μὲν κρῖναι, ἀντὶ τοῦ δικαιῶσαι, διὰ τὰ καλὰ αὐτῶν ἔργα· τοὺς δὲ κατακρῖναι, διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν καὶ τὰς τῆς κακίας αὐτῶν πράξεις.

ια'. Διδάσκει ἡμᾶς τὸ Σύμβολον πιστεύειν καὶ εἰς *μίαν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν*. Οὐ δύναται Ἐκκλησία ἡ καθολικὴ, μόνον ὑπάρχειν ἀποστολική. Ἡ γὰρ παντοδύναμος ἐξουσία τῆς κεφαλῆς, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστὸς, ἴσχυσε διὰ τῶν ἀποστόλων τὸν καθόλου κόσμον σῶσαι. Ἔστιν οὖν ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ καθολικὴ Ἐκκλησία, τὸ σύστημα τῶν ἀπ' αἰῶνος ἁγίων Πατέρων, πατριαρχῶν, προφητῶν, ἀποστόλων, εὐαγγελιστῶν, μαρτύρων, οἷς προσετέθη, πιστεύσαντες ὁμοθυμαδὸν, πάντα τὰ ἔθνη. Ἐθεώρουν γὰρ, ὅτι ἐκ παντὸς γένους τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν αὐτὴν τῶν Χριστιανῶν πίστιν ἔχουσιν. Ἄνευ γὰρ τοῦ ἁγίου Πνεύματος οὐ δύναται πάνδημον καὶ μυριόγλωσσον ἄθροισμα εἰς ἓν φρόνημα τῆς ἀληθεστάτης πίστεως ἐλθεῖν. Πάλιν γὰρ λέγω, ὅτι καθολικὴ παρὰ τοῦτο ἔστι τε καὶ λέγεται, διὰ τὸ ἀλλόκοτα [P. 309] καὶ πολυσχιδῆ καὶ ἄγρια πάσης τῆς ὑφηλίου μυριόγλωσσά τε ἔθνη, εἰς μίαν εἰρηνικὴν καὶ σωτήριον πίστιν τε καὶ θεογνωσίαν εἶναι.

ιβ'. Πιστεύομεν τοιγαροῦν εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν, ἐν ᾗ μαθητευθῆναι ἐν τῇ κατηχήσει. Καὶ γινώσκομεν Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα. Καὶ βαπτιζόμεθα εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· καὶ μεταλαμβάνειν τοῦ σωτηρίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ δι' ἡμᾶς τῇ τοῦ Πατρὸς εὐδοκίᾳ ἐνανθρωπήσαντος, καὶ ἀποθανόντος ὑπὲρ ἡμῶν· διδάσκεσθαι δὲ καὶ πράττειν τὰς θείας αὐτοῦ καὶ εὐαγγελικὰς ἐντολάς· παραλαμβάνειν τε ἀσφαλῶς θεοπνεύστους Γραφὰς τῆς Παλαιᾶς καὶ τῆς Καινῆς Διαθήκης, δι' ὧν ἀεὶ αὔξειν εἰς πίστιν καὶ ἀγαθὴν συνείδησιν, ὁ ἐπιμελῶς προσέχων αὐταῖς καταξιοῦται πρός τε ἑαυτοῦ καὶ ἄλλων ὠφέλειαν.

ιγ'. Λοιπὸν ταῦτα οἱ πιστῶς καὶ ὀρθῶς ἐρευνήσαντες, οἱ ἅγιοι ἡμῶν Πατέρες καὶ τῆς εὐσεβείας διδάσκαλοι, ἐδίδαξαν ἡμᾶς τῷ ποίῳ τρόπῳ ὀφείλομεν σέβειν καὶ προσκυνεῖν τὰ σωτήρια σύμβολα τῆς πί-

[20] Joan. I, 18. [21] I Tim. III, 13. [22] II Tim. IV, 1.

στεως· τὸν σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ, διὰ τὸν ἐν αὐτῷ προσηλωθέντα Σωτῆρα, ὡς δι' αὐτοῦ ἡμῖν λύτρωσιν χαρισαμένου, καὶ τῆς ἐκ τοῦ ξύλου κατάρας ἐλευθερώσαντος. Τὸ δὲ θυσιαστήριον, ὡς τὸ Κυριακὸν καὶ ἄχραντον μνῆμα. Τὴν δὲ προσφοράν, ὡς τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος τῶν ἡμετέρων ψυχῶν. Τὰ δὲ Εὐαγγέλια, ὡς ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ Λόγου λαληθέντα καὶ πραχθέντα. Τὰς δὲ εἰκόνας, τὴν μὲν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς ἀχράντου καὶ πανασπίλου αὐτοῦ Μητρὸς καὶ Θεοτόκου Μαρίας ὅταν ἴδω, εὐθέως καὶ παραυτὰ τὸν νοῦν ἀνάγω εἰς τὴν ἄκραν αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς πτωχείαν καὶ συγκατάβασιν, ὅτι Θεὸς ὢν μορφὴν δούλου ἀνέλαβε, καὶ τὴν οἰκείαν δούλην Μητέρα ἐποίησε· καὶ ὑπ' αὐτῆς ὡς νήπιος ἐβαστάζετο, καὶ ἐκ παρθενικῶν μαζῶν γάλα ἐθήλασε· καὶ λιπὼν τὸ αἰσθητὸν ὄμμα πρὸς τὴν εἰκόνα ἀτενῶς βλέπον, τὸ νοητὸν τῆς καρδίας ὄμμα σὺν τῷ νῷ εἰς τὸ μυστήριον τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας ἀκοντίζω, καὶ περὶ τῶν ἀσυγγνώστων καὶ πολλῶν μου ἁμαρτημάτων δέομαι τὴν ἀγαθότητα καὶ εὐσπλαγχνίαν αὐτοῦ, λέγων, *Δόξα σοι, ὁ Θεός, ὁ Σωτήρ μου, ἐλέησόν με τὸν ἁμαρτωλόν, καὶ συγχώρησον τὰς πολλάς μου ἁμαρτίας, ὁ δι' ἐμὲ τὸ κατ' ἐμὲ φορέσας δίχα μόνης τῆς ἁμαρτίας.*

ιδ'. Ὅταν δὲ τῆς Θεοτόκου Παρθένου Μαρίας τὴν εἰκόνα θεάσωμαι, εὐθέως λέγω· *Ἄχραντε Θεοτόκε Μῆτερ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ, πρέσβευε τὸν Υἱόν σου καὶ Θεόν μου, ὅπως ἐλεήσῃ με τῇ αὐτοῦ ἀγαθότητι* [P. 310] *καὶ εὐσπλαγχνίᾳ. Πολλὰ γὰρ ἰσχύει δέησις Μητρὸς πρὸς εὐμένειαν Δεσπότου. Μὴ παρίδῃς ἁμαρτωλῶν ἱκεσίαν, ἡ πάνσεμνος, ὅτι ἐλεήμων ἐστὶ καὶ σώζειν δυνάμενος, ὁ καὶ παθεῖν ὑπὲρ ἡμῶν καταδεξάμενος.*

ιε'. Ὅταν δὲ ἴδω εἰκόνα ἀποστόλου ἢ μάρτυρος, ἤ τινος τῶν ἁγίων, ἱστορίαν τῶν παθημάτων αὐτῶν, ὧν διὰ Χριστὸν ὑπέμειναν γενναίως, λέγω· *Δόξα σοι, ὁ Θεὸς τοῦδε ἀποστόλου ἢ τοῦδε τοῦ ἁγίου.* Καὶ ταῦτα οὕτως λέγων, εἰς Θεὸν τὴν δόξαν ἀναπέμπω. Ταῦτα οὕτως παρελάβομεν ἐκ τῶν ἁγίων Πατέρων, ὧν καὶ τὰ ὀνόματα καὶ τοὺς λόγους ἐν τῷ τεύχει παρασημειωσόμεθα Θεοῦ βουλήσει καὶ προνοίᾳ.

ιϛ'. Ὑμεῖς δὲ οἱ νεοκήρυκες καὶ κενοὶ θεολόγοι, ὑμεῖς οἱ τυχόντες τὸ κήρυγμα τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ τῶν αὐτῶν διαδόχων καὶ μαθητῶν, ἡμετέρων δὲ Πατέρων καὶ διδασκάλων, καθὼς αὐτοὶ ἡμῖν παραδεδώκασιν ἀπὸ τοῦ Κυριακοῦ πάθους καὶ τῆς σωτηρίου ἀναστάσεως μέχρι τῆς παρούσης ἰνδικτιῶνος ὀγδόης, ἔτη ἑπτακόσια με' λέγουσιν εἶναι· καὶ ἔκτοτε καὶ ἕως μέχρι καὶ νῦν αἱ σεβάσμιαι εἰκόνες ἦσαν καὶ εἰσὶν ὑπὸ τῶν πιστῶν, ὡς προείπομεν, προσκυνούμεναι, ἐδείξατε ὅτι τὰ ἑπτακόσια ταῦτα ἔτη ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία καὶ οἱ διδάσκαλοι καὶ οἱ ποιμένες αὐτῆς ἐπλανῶντο· καὶ ὑμῖν τοῖς νεοκήρυξιν ἀπεκαλύφθη ἡ ἀλήθειά τῆς πίστεως. Ἐξ ὅτου γὰρ τὴν ἔρευναν ταύτην ἤρξασθε ποιῆσαι, εἰσὶν ἔτη πλεῖον ἢ ἔλασσον με'. Ἀπὸ γὰρ ἐννάτης ἐπινεμήσεως ἤρξασθε τῇ ἀληθείᾳ ἀν-

A crux, propter Salvatorem in ea confixum, ut qui per eam redemptionem nobis largitus sit, et a maledictio, quod ex ligno est, nos liberaverit. Altare vero, ut Dominicum ac intemeratum monumentum. Oblatio, ut corpus Domini nostri Jesu Christi veri Dei et Salvatoris animarum nostrarum. Evangelia, ut ipsius Dei Verbi ore prolata atque illius opere præstita. Imagines vero, Domini nostri Jesu Christi, ejusque intemeratæ omnisque labis puræ Matris ac Dei Genitricis Mariæ cum video, confestim nullaque mora, in summam ejus propter nos egestatem ac demissionem, mente sublimis feror, quod Deus cum esset, formam servi assumpserit, ancillamque suam Matrem effecerit : quodque ab ea ut infans gestatus sit, exque virginalibus B uberibus lac suxerit; relictoque sensili oculo in imaginem intento, spiritalem cordis cum mente oculum in divinæ in carne dispensationis mysterium conjicio, ac pro multis meis delictis, et quæ veniam non mereantur, ipsius bonitatem ac misericordiam exoro, dicens : *Gloria tibi, Deus, Salvator, miserere mei peccatoris, multisque meis delictis veniam præbe, qui propter me meam ipse naturam, uno duntaxat peccato excepto, gestaveris.*

14. Cum sanctæ Dei Genitricis Virginis Mariæ imaginem conspexero, statim dico : *Intemerata Dei Genitrix Christi Dei Mater, intercede ad Filium tuum et Deum meum, ut sua bonitate ac misericor-* C *dia mei misereatur. Multum enim valet Matris deprecatio erga Domini clementiam. Ne, venerabilissima, peccatorum supplicationem despexeris, quia misericors est et potens salvare, qui et pro nobis pati morique sustinuit.*

15. Cum autem apostoli aut martyris, vel cujuspiam sanctorum imaginem videro, eorum videlicet historiam continentem, quæ illi propter Christum fortiter sustinuere, dico : *Gloria tibi, Deus apostoli hujus aut hujus sancti.* Denique hæc ita dico, in Deum gloriam refero. Hæc ita accepimus a sanctis Patribus, quorum et nomina et libros sermonesque Dei voluntate et providentia in libro annotabimus.

16. Vos autem novi præcones ac vani theologi, D vos qui sanctorum apostolorum, eorumque successorum ac discipulorum, Patrumque nostrorum atque doctorum nacti prædicationem estis, quemadmodum ipsi a Dominica passione ac salutaris resurrectione, ad præsentem usque octavam indictionem (qua septingenti quadraginta quinque anni haberi feruntur) nobis tradidere : exindeque et ad hanc usque diem venerabiles imagines a fidelibus cultum pie habuerunt, habentque : Vos, inquam, per annos illos septingentos, errore versatam Ecclesiam catholicam et apostolicam ejusque doctores atque pastores, vobisque novis præconibus fidei veritatem manifestatam esse, ostendistis. Sunt enim anni quadraginta quinque plus minus, ex quo scrutinium hoc instituistis. A nona enim indi-

etione cœpistis veritati obsistere ac scrutari, qua demum ratione everteretis, quæ, ut evertantur, fieri non potest; idcirco nimirum, quod sancti Patres nostri, supra veritatis petram ædificaverunt, *nec portæ inferi adversus eam prævalebunt* [24]; iniqua scilicet perversaque hæreticorum ora. Increduli Patribus fuistis, et baptismati quod ab eis accepistis, nec ipsorum fidem ac sermones suscepistis. Palam ostendistis quorum discipuli ac successores sitis, eorum nimirum qui cum Anna et Caipha ad Pilatum dicunt: *Nos regem non habemus, nisi Cæsarem* [25], tametsi ovis vellus præfertis, et pastoris tunicam induti estis [26]. Quemadmodum enim illi Salvatorem negaverunt ante faciem Pontii Pilati, eumque cruci affigentes perdiderunt; ipse vero divina sua virtute resurrexit, ascenditque in cœlum, et sedet in dextera majestatis Dei ac Patris: quod enim pro nobis carne mortuus est, semel mortuus est [27]: mors illi ultra non prævalet, tametsi vos factiosi homines atque rixosi adversum nos contenditis: simili vos quoque ratione, quod Salvatorem non valeatis denuo in crucem agere, in ejus in carne dispensationis effigies ac monumenta, unaque ejus secundum carnem Parentis, sanctorumque ipsius discipulorum et apostolorum virus omne ac malitiam ostendistis. Igne enim innumerabilibusque machinis adversus sacras imagines abusi estis; existimantes eorum vos prorsus abolituros memoriam, dum adversus ipsorum figuras iisque posita monumenta vecordia insanitis. Enimvero hæc ipsa dum agitis, adversus vosmetipsos justi Dei judicii, ejusque longæ ac multæ patientiæ et bonitatis, gladium acuitis. Quamobrem obsecro vos, ut a vobis inanem doctrinam procul abjiciatis, vosque ipsi pulchre reprehendatis, illorum causa quæ male gessistis. *Erigite soluta genua, et gressus rectos facite* [28]; sanctasque Patrum voces nobiscum suscipite, unaque cum illis ac nobiscum sacris imaginibus cultum adhibete; ut communi voce gloriam offeramus Domino nostro Jesu Christo Dei Filio, cum principii experte ipsius Patre ac vivifico ejus Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A τιπίπτειν, καὶ ἐρευνᾷν τὸ, πῶς διαστρέψετε τὰ ἀδιάστροφα. Ἐπειδὴ ἐπὶ τὴν πέτραν τῆς ἀληθείας ᾠκοδόμησαν οἱ ἅγιοι ἡμῶν Πατέρες, *καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς*, ἅπερ εἰσὶ τὰ ἄδικα καὶ πονηρὰ τῶν αἱρετικῶν στόματα. Ἠπιστήσατε τοῖς Πατράσι καὶ τῷ βαπτίσματι ὃ παρ᾽ αὐτῶν εἰλήφατε, καὶ οὐκ ἐδέξασθε αὐτῶν τὴν πίστιν καὶ τοὺς λόγους. Ἐδείξατε τρανῶς τίνων μαθηταί ἐστε καὶ διάδοχοι. Ὡς γὰρ ἡ ἄνοια ὑμῶν πρόδηλος γενησομένη ἐφάνη, ὅτι ἐκείνων ἐστὲ μαθηταὶ, τῶν κραξάντων σὺν Ἄννᾳ καὶ Καϊάφᾳ πρὸς Πιλάτον, λέγουσιν· *Ἡμεῖς βασιλέα οὐκ ἔχομεν, εἰ μὴ Καίσαρα*, εἰ καὶ προβάτου δορὰν ἐπέχετε καὶ ποιμένος στολὴν ἀμφιέννυσθε. Ὡς γὰρ ἐκεῖνοι τὸν Σωτῆρα [P. 311] ἠρνήσαντο κατὰ πρόσωπον Πιλάτου, καὶ τοῦτον σταυρῷ προσπήξαντες ἀνήλωσαν· B αὐτὸς δὲ τῇ θεϊκῇ αὐτοῦ δυνάμει ἀνέστη, καὶ ἀνῆλθεν ἐν τοῖς ὑψίστοις καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός· ὃ γὰρ ἔπαθεν ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ, ἔπαθεν ἐφάπαξ· θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει, κἂν ὑμεῖς φιλοπόλεμοι ὄντες πρὸς ἡμᾶς φιλονεικεῖτε· ὡσαύτως καὶ ὑμεῖς, ἐν τῷ τὸν Σωτῆρα μὴ ἰσχύοντες ἐκ δευτέρου σταυρῶσαι, εἰς τοὺς τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας αὐτοῦ χαρακτῆρας καὶ τὰς ὑπομνήσεις, σὺν τῇ κατὰ σάρκα αὐτοῦ Μητρὶ καὶ τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις πᾶσαν τὴν κακίαν ὑμῶν προδήλως ἐδείξατε. Καὶ γὰρ ἐν πυρὶ καὶ ἐν μυρίαις μηχαναῖς ἐχρήσασθε κατὰ τῶν ἁγίων εἰκόνων, νομίζοντες τὴν μνήμην αὐτῶν τελέως ἀπαλοιφῆναι, κατὰ τῶν χαρακτήρων τῆς χρωματουργίας αὐτῶν ἀναμνήσεως μαινόμενοι. C Ἀλλ᾽ ὅμως καὶ ταῦτα πράττοντες, καθ᾽ ὑμῶν αὐτῶν ἀκονᾶτε τὸ ξίφος τῆς δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ, καὶ πολλῆς μακροθυμίας καὶ ἀγαθότητος. Δι᾽ ὃ παρακαλῶ ὑμᾶς ἀποῤῥίψαι τὴν κενὴν διδασκαλίαν ὑμῶν, καὶ μέμψασθε ἑαυτοῖς καλῶς, ἐφ᾽ οἷς διεπράξασθε κακῶς. *Ἀνορθώσατε τὰ παρειμένα γόνατα τῆς ψυχῆς καὶ τροχιὰς ὀρθὰς ποιήσατε*. Καὶ τὰς ἁγίας φωνὰς τῶν Πατέρων σὺν ἡμῖν ὑποδέξασθε, καὶ σὺν αὐτοῖς τε καὶ ἡμῖν ταῖς ἁγίαις εἰκόσι τὸ σέβας ἀναπέμψατε, ὅπως κοινῇ τῇ φωνῇ δόξαν ἀναπέμψοιμεν τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ, σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ καὶ τῷ ζωοποιῷ αὐτοῦ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[24] Matth. xvi, 18. [25] Joan. xix, 15. [26] Matth. vii, 15. [27] Rom. vi, 10. [28] Hebr. xii, 12.

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΕΥΛΑΒΕΣΤΑΤΟΥ ΤΟΥ ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΙΤΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

ΔΙΗΓΗΣΙΣ.

JOANNIS

HIEROSOLYMITANI REVERENTISSIMI MONACHI

NARRATIO.

[P. 312] α'. Βούλομαι ἐγὼ ὁ μέτριος καὶ πάντων A ἔσχατος ἀποδεῖξαι μετὰ πάσης ἀληθείας, ἐπὶ τῆς παρούσης ταύτης ἁγίας ὑμῶν καὶ ἱερᾶς συνόδου, ὅπως καὶ πότε καὶ ὅθεν ἔσχε τὴν ἀρχὴν ἡ κακίστη καὶ θεοστυγὴς αὕτη τῶν Χριστιανῶν, μᾶλλον δ' εἰπεῖν ἀληθέστερον κατηγόρων [81] καὶ εἰκονομάχων αἵρεσις. Συντομίᾳ δὲ χρήσασθαι λόγου προαιρούμενος διὰ χάρτου ἔκρινα καλῶς ποιήσασθαι τὴν ἐξήγησιν, ὡς ἂν μηδέν με τῆς ἀληθείας λάθῃ.

β'. Τοῦ τῶν ἀθέων Ἀράβων τεθνηκότος τυράννου ἤτοι συμβούλου (Σελεϊμὰν δὲ ἦν οὗτος τὸ ὄνομα) διεδέξατο τοῦτον Οὔμαρος, ὃς ἐπιβὰς τῆς ἀρχῆς εὐθὺς μεταστειλάμενος ἀπέστρεψε τὸν ἀνάσκαφον Μασαλμὰν ἀπὸ τῆς γῆς ταύτης, πολέμιον ὄντα δυσμενῆ, ὃς τῇ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ χάριτι καὶ τῆς αὐτὸν τεκούσης ἁγίας Θεο- B τόκου, μετ' αἰσχύνης πολλῆς καὶ ἀπωλείας τοῦ οἰκείου τῶν Σαρακηνῶν στρατεύματος, ὑπέστρεψεν εἰς Συρίαν ἀνύσας ὧν ἤλπιζεν οὐδέν. Τελευτήσαντος δὲ τοῦ Οὐμάρου τοῦτον διαδέχεται Ἔζιδος, ἀνὴρ κοῦφός τις καὶ εὐπαράφορος. Ἦν δέ τις ἐν Τιβεριάδι προηγέτης τῶν παρανόμων Ἑβραίων φαρμακόμαντις, δαιμόνων ψυχοβλαβῶν ὄργανον, ἐπονομαζόμενος Σεραντάπηχος, δυσμενὴς ἐχθρὸς τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ, ὃς μεμαθηκὼς τὴν τοῦ κρατοῦντος Ἐζίδου κουφότητα καὶ δὴ τούτῳ προσελθὼν ὁ παμπόνηρος οὗτος Ἑβραῖος ἐπεχείρει μαντεύεσθαί τινα καὶ προλέγειν αὐτῷ. Ὡς οὖν ἐκ τούτων εὐπαράδεκτος ἐγεγόνει καὶ εὐπαρρησίαστος τῷ τυράννῳ, *Θέλω*, ἔφη, *πρωτοσύμβουλε, εὐνοίᾳ τῇ πρός σε* C *διακείμενος ὑποθέσθαι σοι τρόπον τινὰ εὐχερῶς καὶ ῥᾳδίως ἀρεσθησόμενον, δι' οὗ σοι προστεθήσεται* [P. 313] *ζωῆς μῆκος καὶ διαμείνῃς χρόνους τριάκοντα ἐν τῇδέ σου ἀρχῇ, εἴγε εἰς ἔργον ἀγάγῃς τοὺς λόγους μου.* Ὁ δὲ ἄφρων ἐκεῖνος τύραννος, ὁ κεπφωθεὶς τὸν νοῦν ἐφέσει μακροβιώσεως (ἦν γὰρ φιλοτρυφητὴς καὶ ἀκόλαστος), ἀπεκρίνατο ὅτι γε *Ὅσα ἂν ὑποθῇς μοι, ἑτοίμως ποιῶ· καὶ ἐὰν τύχω πρακτέον, μεγίσταις ἀμείψομαι τιμαῖς.* Ὁ δὲ φαρμακόμαντις Ἑβραῖός φησι πρὸς αὐτόν· *Κέλευσον*

A Volo tenuis ego omniumque extremus, omni veritate, sub vestræ hujus ac sacræ synodi præsentia, demonstrare quomodo et quando quave occasione ortum habuerit pessima hæc ac Deo exosa Christianorum **482** vel (ut verius dicam) ipsos criminantium ac iconomachorum hæresis. Cumque mihi propositum sit ut brevitati studeam, operæ pretium putavi, ne quid me veritatis fugiat, ex charta ac scripto narrationem facere.

2. Mortuo impiorum Arabum tyranno seu symbulo cui nomen Seleiman, Umar ejus successor effectus est. Hic mox arrepto principatu accersitum Masalmanum eversorem, infensissimum hostem, ab hac regione avertit. Hic magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi gratia ejusque parentis sanctæ B Dei Genitricis, ingenti probro suique Saracenorum exercitus clade ac interitu, nullo peracto eorum quæ speraverat in Syriam reversus est. Mortuo autem Umare succedit Esidus, homo levis, impos animi nec satis sani capitis. Erat vero Tiberiade scelestissimorum Hebræorum præses quidam veneficus vates, in rem animarum exitiosorum dæmonum organum, cognomento Serantapechus, Ecclesiæ Dei hostis infensissimus. Is dominatoris Esidi levitate cognita, ipsumque adeo nequissimus ille adiens, quædam ei vaticinari ac prædicere tentabat. Cum hinc igitur tyranno obrepens ejus sibi gratiam quæsiisset auresque ipsius faciles reddidisset, *Volo*, inquit, *protosymbule, qua in te affectus benevolentia sum, modum quemdam facile placiturum nihilque* C **483** *gravem docere, quo tibi adjicietur longitudo vitæ, annosque triginta integro principatu rerum potieris, si modo sermones meos compleveris.* Ad hæc demens ille tyrannus, longioris vitæ desiderio mente captus (quippe libidinosus homo ac lascivus), *facturum se quidquid præceperit* respondit: *ac siquidem*, inquit, *rei compos exstitero, honoribus maximis justa mercede cumulabo.* Ad quem veneficus vates Hebræus: *Jube statim nulla interposita mora, in omnes tuæ ditionis oras ac loca communibus desti-*

VARIÆ LECTIONES.

[81] Χριστιανοκατηγόρων margo Combef.

natis litteris, pictas omnes imagines, sive in tabellis, sive musivo opere in parietibus, sive in vasis sacris altariumque pallis, ac quæcunque talia occurrerint, in omnibus Christianorum ecclesiis aboleri penitusque disperdi, sed et quæcunque ad ornatum in foro publice in urbibus ulla similitudine posita exstarent. Satanica vero malignitate motus falsus vates adjecit quidquid demum simulacrorum suspectum exosumque exstaret, suum in nos odium studens declarare.

εὐθέως πάσης ἄτερ ἀναβολῆς καὶ ὑπερθέσεως γράψαι κατὰ πᾶσάν σου τὴν ἀρχὴν ἐγκύκλιον τὴν ἐπιστολὴν, ὥστε πᾶσαν εἰκονικὴν διαζωγράφησιν, εἴτε ἐν σανίσιν εἴτε διὰ μουσείων ἐν τοίχοις εἴτε ἐν σκεύεσιν ἱεροῖς καὶ ἐνδυταῖς θυσιαστηρίων καὶ ὅσα τοιαῦτα εὑρίσκεται, ἐν πάσαις ταῖς τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησίαις ἀφανίσαι καὶ τελέως καταλῦσαι, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅσα ἐν ταῖς ἀγοραῖς τῶν πόλεων κατὰ κόσμον εἰσὶ καὶ εὐπρέπειαν οἱᾳδήποτε ὁμοιότητι. Σατανικῷ δὲ κακουργήματι κινούμενος ὁ ψευδόμαντις προσέθηκε, πᾶν ὁμοίωμα ἂν ὑφόρατον, δεῖξαι τὴν πρὸς ἡμᾶς ἔχθραν μηχανώμενος.

3. Miser vero tyrannus mentis levitate se illi dicto audientem præbens fidemque ipsi habens, mittens, in subjecta omni ditione sacras imagines ac reliqua simulacra abstulit. Inque eum modum per veneficum Hebræum, nulla cujusquam ratione, per omnes suas urbes ac loca ecclesias Dei ornatu spoliavit, priusquam malum ad has oras perveniret. Cumque religiosissimi homines Christiani suis ipse manibus evertere sacras imagines refugerent, Dei exosos Hebræos vilesque Arabas angariabant 484 qui in hoc missi erant Ameræi, sicque incendebant sacras imagines, domosque ecclesiarum ac parietes qua obtinebant, qua corradebant.

γ'. Ὁ δὲ ἀλιτήριος τύραννος τούτῳ κουφότητι πεισθεὶς, ἀποστείλας καθεῖλεν ἀπὸ πάσης ἐπαρχίας τῆς ὑπ' αὐτὸν τὰς ἁγίας εἰκόνας καὶ λοιπὰ ὁμοιώματα, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ ἀπεκόσμησε τὰς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ φαρμακοῦ Ἑβραίου ἀφειδῶς, τὰς ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ, πρὸ τοῦ φθάσαι ἐν τῇ γῇ ταύτῃ τὸ κακόν. Φεύγοντας δὲ τοὺς θεοφιλεστάτους Χριστιανοὺς τοῦ μὴ ταῖς οἰκείαις χερσὶ καταστρέψαι τὰς ἁγίας εἰκόνας, Ἑβραίους θεοστυγεῖς καὶ οἰκτροὺς Ἄραβας ἠγγάρευον οἱ εἰς τοῦτο ἀποσταλέντες ἀμηραῖοι, καὶ οὕτως ἔκαιον τὰς σεπτὰς εἰκόνας, καὶ τοὺς οἴκους τῶν ἐκκλησιῶν πῇ μὲν κατέχριον, πῇ δὲ κατέξεον.

4. Hæc ut audivit pseudoepiscopus Nacoliæ ac sodales, sceleratos Judæos impiosque Arabas æmulati ipsi quoque gravi injuria Dei ecclesias affecerunt.

δ'. Τούτων ἀκηκοὼς ὁ ψευδεπίσκοπος Νακολίας καὶ οἱ κατ' αὐτὸν ἐμιμήσαντο τοὺς παρανόμους Ἰουδαίους καὶ τοὺς ἀσεβεῖς Ἄραβας, καὶ ἐνύβρισαν τὰς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ.

5. Dignum vero etiam arbitror vestris sacris auribus insinuare et quem finem miserabilis ille ac veneficus Hebræus nactus sit. Cum enim Ezidus hoc perpetrato haud plures duobus cum dimidio annos vitæ superstes diem obiisset atque in ignem æternum abiisset, imaginesque antiquo more erectæ pristinum honorem recepissent, indignatus ejus filius, Ulidus nomine, veneficum, tanquam qui patrem ipsius sustulisset, turpissima morte interfici præcepit, dignis falsi sui vaticinii stipendiis donatum.

ε'. Ἄξιον δὲ κρίνω τὰς ἱερὰς ὑμῶν ἀκοὰς καὶ οἷον ἐδέξατο τέλος ὁ δείλαιος ἐκεῖνος καὶ φαρμακὸς Ἑβραῖος. Ὡς γὰρ τοῦτο δράσας ὁ πρωτοσύμβουλος Ἔζιδος οὐ πλείω τῶν δύο ἥμισυ χρόνων βιώσας ἀπέθανε, ἀπῆλθεν εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ, καὶ αἱ μὲν εἰκόνες ἐν τῇ ἀρχαίᾳ ἱδρύσει καὶ τιμῇ κατέστησαν, ὁ δὲ τούτου υἱὸς, Οὐλιδος τοὔνομα, ἀγανακτήσας ὡς φονέα τοῦ ἰδίου πατρὸς τὸν φαρμακὸν αἰσχίστῳ θανάτῳ ἀναιρεθῆναι ἐκέλευσεν, ἄξια τὰ ἐπίχειρα τῆς ψευδομαντείας αὐτοῦ κομισάμενον.

MONITUM

Ad Joannis Cameniatæ narrationem de excidio Thessalonicæ.

—

Tanti visum urbis Thessalonicæ, Leone Tripolita clarissimo duce, pirataque, Leone Basilii filio imperatore, excidium, ut nulli non annalium auctores ejus ætatis, clara memoria prosecuti sint, sed, quod annalium proprium est, sic perstringendo, ut præter urbis cladem multamque civium cædem et exportationem, peculiarius nihil perscripserint. Unus Cameniata, ipse rebus præsens, interque spolia cum patre patruoque et matre et fratribus nobilis, accurate omnia prosecutus est, velutque ob oculos subjecit; sic graphice descripsit civium animos, imperatoris curam, impares hostibus vires, non satis parata civitate ad eam subitaneam prope, potentissimi hostis impressionem sustinendam, et cui nullo in imperio vires æquales visæ essent; ipsa urbe regia plurimum formidante ac excidium verente, divinoque ascribente Numini ac consilio, quod ipsius Leo obsidionem per freti angustias tentare ausus non fuisset. Patrem omnis Græciæ et Achaiæ exarchum, dignitate prope episcopali, prodit Cameniata; redemptam vitam (non libertatem) omnis generis

pretiosa supellectile : cum ipse, sociique in eum modum servati, cum captivis aliis Saracenis pari numero Tarsi in Cilicia ex more essent commutandi. Dederat Leo Allatius in Symmictis *suis : mihi ipse mea vena versionem composui, nec plura admodum (clara adeo narratione) adnotanda duxi.*

Erat aliud quod succurrebat in Thessalonica, imperii per hæc tempora (ipsaque anteriora) ocello, secundæque dignitatis civitate, ab ipsa imperante; ut nimirum tanta illa S. Joannis Thessalonicensis archiepiscopi, Justiniano Magno Mauricioque imperatoribus, in suo Demetrio proferrem, deincepsque alia secutis temporibus alio auctore producta, quibus non semel tentata civitas, ipso quandoque Chagano, ipsi Mauricio formidolosissimo hoste, omni conatu auxiliorumque copia obsidente, divina potius, quam humana ope liberata est : apertis magni Demetrii miraculis; ejus generis, ut nec pervicacissimi maximeque increduli, fidem facile abnuere possint : quam in rem laudati viri sanctissimi Joannis archiepiscopi industria egregie incumbit. Etsi non desunt utrinque stratagemata, belliquc facinora præclare edita. Quæ forte omnia, alia a me occasione, erunt producenda, ut et ultima ejusdem urbis expugnatio a Joanne Anagnosta egregie descripta. Hic vero parcendum moli libri, per quam, ne extra metas quidquam excurrerem, mihi ipse legem imposui; et ut unum duntaxat ex spisso illo opere caput prælibarem, quod hanc ipsam excisæ urbis Thessalonicæ historiam, extremo limite attingit. Cur vero Demetrius, tot modis tantisque hostibus olim servata sua civitate, semel et iterum a Christi hostibus diripi siverit, eorumque postremo firma possessione juris fieri, alta Dei judicia sunt : a quibus et nobis merito timendum sit.

ΕΚ ΤΩΝ ΤΟΥ ΑΘΛΟΦΟΡΟΥ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΕΝ ΜΕΡΙΚῌ ΔΙΗΓΗΣΕΙ ΘΑΥΜΑΤΟΥΡΓΙΩΝ.

EX TRIUMPHALIS MARTYRIS DEMETRII SIGILLATIM NARRATIS MIRACULIS.

[P. 314] α'. Ἕτερον, ὦ παρόντες, τῶν τοῦ μεγαλομάρτυρος τεραστίων λέγων ἔρχομαι, τῶν εἰρημένων τάχα οὐκ ἔλαττον· [P. 315] ὅπως μὲν ἡ Θεσσαλονίκη χρόνοις πολλοῖς πρότερον ὑπὸ τῶν τῆς δούλης ἑάλω τέκνων, τῆς Ἄγαρ, καὶ μαχαίρας ἔργον ἐγένετο, Λέοντος τὰ σκῆπτρα διέποντος, κρίμασιν οἷς αὐτὸς μόνος ἀποῤῥήτοις ἐπίστασαι, Κύριε, παριδὼν τὰ τοιαῦτα, καὶ οὕτω διὰ τὰς ἡμετέρας ἁμαρτίας γενέσθαι διοικονομησάμενος, ἄλλαι τε πάντως δηλοῦσι γραφαὶ καὶ ἡ μνήμη διαῤῥέουσα, ἔτι καὶ νῦν τὰ ἐπισυμβάντα τηνικαῦτα ἐπιτραγῳδεῖ.

β'. Κατ' αὐτὸν οὖν τὸν καιρὸν τῆς ἁλώσεως, ἄνθρωποί τινες Ἰταλιῶται τῆς ἑαυτῶν ἐξορμήσαντες εὐχῆς ἕνεκεν, καὶ ἱστορίας τῶν ἑκασταχόθι ναῶν, καὶ δὴ πρὸς αὐτὸ τὸ ζωηφόρον τείνοντες μνῆμα, τὴν εὐθὺ τέως τοῦ μαρτυρίου ἀνῄεσαν. Καὶ ἐπείπερ αὐτὰ δὴ τότε τὰ Τέμπη διεξιέναι τούτοις ἔτυχε τὰ Θετταλικὰ, ἀνήρ τις ἄγνωστος αὐτοῖς πρότερον καὶ οὔπω τεθεαμένος, καθεωρᾶτο συνοδοιπορῶν, πολιὸς τὴν τρίχα, τὴν ὄψιν ἱλαρὸς, τὴν περιβολὴν σεμνός· καὶ τῇ θέᾳ μόνῃ, πολὺ τὸ σεβάσμιον ὑποφαίνων καὶ πρᾶον. Εἶτα ἕτερός τις ἐφαίνετο πρὸς αὐτοὺς ἐκ τοῦ πρόσω ἐπιὼν, ἱππότης ὡραῖος μὲν ὅσα θεάσασθαι, καὶ πολὺ τὸ ἐκ φύσεως ἐπιτερπὲς ἔχων καὶ χαρίεν· κατηφὴς δὲ καὶ μαραινόμενον τὸ τῆς φαιδρότητος ὑποδηλῶν χαροπὸν, καὶ ὥσπερ τινὶ πένθει ἀπαρακλήτῳ καταβεβλημένον καὶ ἐπιστυγναζόμενον· ὃς, ὁμοίαν τῇ ὄψει καὶ φωνὴν ἀφεὶς, προσηγόρευσέ τε πρότερον τὸν πρεσβύτην, Ἀχίλλειον τοῦτον κατονομάσας, καὶ, *Ποῦ πορεύῃ*; ἐπήρετο. Ἐγὼ *δὲ τὴν πρὸς σὲ*, ὡς ὁρᾷς, διεξίω. Καὶ ὁ πρεσβύτης περιχαρῶς ἀντασπασάμενος, Δημήτριον τοῦτον κα-

1. Aliud porro (auditores) magni martyris prodigiorum narraturus accedo : quod ipsum, eorum quæ dicta sunt, nulli forsitan cedere videatur. Sane quem in modum ante annos plures urbs Thessalonica, ab ancillæ filiis (i. e. Agar) capta fuerit gladioque excisa, Leone imperii sceptra moderante (quibus tu solus ipse inenarrabilibus, Domine, nosti judiciis, talia illa despiciens, inque cum modum, certa consilii ratione, ob scelera nostra, res evenire disponens), tum alii omnino conscripti libri docent, tum memoria diffluens, ea quæ tunc contigerunt, etiamnum lamentabiliter deflet.

2. Ipso igitur tempore quo capta urbs ac direpta est, viri quidam Itali, voti causa, e suis sedibus patriaque profecti, et ad lustrandas, quæ aliis aliisque locis exstant, venerandas ædes ac templa. Iliique adeo, cum vivificum ipsum monumentum animo destinassent, recta hactenus ad martyris ædem, iter contendebant. Quodque jam Thessalica ipsa Tempe transisse eos contigerat, vir quidam, ipsis prius ignotus, ac quem nondum viderant, una eis viæ comes adjungi conspicitur, ipse canus, hilari vultu, gravi modestoque amictu ; ac qui ex ipso ore venerabilem admodum mitemque præferret. Tumque alius quidam eques cernitur, ipsis a fronte occurrens ; ipse quidem, quantum aspectus ferebat, formosus, exque indole jucundus valde multasque gratias habens ; cum ejus vultus jucunditatem offusa mœstitudo obtegeret propeque exstingueret, ac velut luctu quodam inconsolabili, gementis habitu gestuque ipsius lux collapsa esset : cui et affinem vocem edens, ante omnia gravi ætate senem illum (Achilleum vocans) ac quonam iret

sciscitabatur. *Ego vero, ut vides, ad te proficiscor.* Tum senex vicissim gaudio exosculatus (Demetrium ipsum vocans, addensque præmiorum ac certaminum positoris magnum athletam) ipse quoque statim sciscitatur, quæ causa sit sic offusæ ori mœstitiæ dejectique animi ac immanis tristitiæ. Ad quem martyr: *Periit*, inquit, *mihi patria, jamque ab universorum Judice reprobata est atque projecta. Cruentæ manus, barbarique ac sicarii, meos clientes ac tribules captivos abduxere: meum nunc delubrum civium cruoribus circumluitur: impuris profanisque pedibus sancta calcantur contemptuique habentur.* 485 *Ac ego quidem, quod ita pridem solitus sum, supplicibus votis Deum exorabam, etiam atque etiam ad miserorum misericordiam provocans; et ut rursus miseratione duceretur, efflagitabam: nec quam suo ipse sanguine acquisivisset, Ecclesiam, Barbarorum manibus divelli sineret atque distrahi, qui in suo duntaxat robore, non in Deo confidunt. Secus ipse (cujus plane imperscrutabilia judicia sunt!) hæreditatem suam Barbarorum immanitatem experiri permisit.* Hæc perorante martyre, sacrorum antistes Achilleus miserantis animi dolore fractus; et, *Magna tua, Domine* (clamabant ambo), *mirabilia, nec nullus est, qui assequi mente sufficiat providentiæ tuæ consilia!*

3. Hæc Italis immenso quodam stupore cernentibus, unus quis submissa voce, Græcæ linguæ non ignarus: *Sed nunc age, o miles*, inquit, *dic, quæso, de qua hæc loquimini civitate, ac quænam illa urbs quæ Barbaris tradita est?* Cui magnus Demetrius: *Mea ipsius infortunatissima civitas Thessalonica Barbaris tradita est.* Moxque ambo, tum scilicet gravi illa ætate senex tum magnus Demetrius disparuerunt, nec ultra comites ire visi sunt. Illi autem seorsum (idcirco quod Itali erant) alterum sciscitabantur, quid tandem ex illis audisset, ac quinam illi essent, qui sic itineris socii ipsis exstitissent. Quibus ille admirans ac stupens singula narrare, magnique Demetrii apparitionem significare, qui et patriæ mala clare explicasset, et sua in tuto ponere admonuisset.

4. Ne vero ipsi quoque Barbaris præda cederent, a Thessalonica procul abscedentes, non multo post, ab iis qui excidium fugerant, quæ in ea contigerant, singula quæque didicere, palamque intellexere, magnum illum Demetrium fuisse, qui patriam deseruisset, ejusque clade, ingenti dejectus tristitia esset, graviusque ipsius malis doleret. In ipsam autem regiam urbem reducti, narravere quæcunque oculis viderant, martyrisque patriæ miserationem ac impensum civium amorem exposuere: quo nunc etiam præsidio munita ac muneribus fota, ipso altero ejus conditore ac curatore, pristinam felicitatem recepit. Hic namque etiamnum velut infractum firmumque præsidium, nequissimorum Scytharum inhibet impetum, inexpugnabilem eis dexteram, murum objiciens, suamque civitatem ac patriam ab illorum invasione incolumem, iisque superiorem, præstans.

A λέσας, καὶ μέγαν τοῦ ἀθλοθέτου ἀγωνιστὴν προσειπών, τὴν σὺν σπουδῇ καὶ αὐτὸς ἀνηρώτα, ὅ τι εἴη τὸ αἴτιον τοῦ σκυθρωπασμοῦ καὶ τῆς τοσαύτης κατηφείας καὶ λύπης. Καὶ ὁ μάρτυς, *Οἴχεταί μοι*, ἔφησεν, *ἡ πατρὶς, καὶ παρὰ τῷ δικαστῇ τῶν ὅλων ἤδη κατέγνωσται. Χεῖρες ἀνδροφόνοι καὶ βάρβαροι τοὺς φυλέτας ἠνδραποδίσαντο. Αἵμασιν ὁμοφύλοις περιῤῥεῖταί μοι νῦν ὁ σηκός· βεβήλοις καὶ ἀνάγνοις ποσὶ κατεῖται τὰ ἱερὰ καὶ ἐξουδένωται· κἀγὼ μὲν τὸ Θεῖον ἐξελιπάρουν συνήθως, εἰς ἔλεον τῶν ἠτυχηκότων ἐκκαλούμενος, καὶ οἶκτον αὖθις λαβεῖν παρῃτούμην, ἀλλὰ μὴ ἣν οἰκείῳ αἵματι* [P. 316] *περιεποιήσατο Ἐκκλησίαν, Βαρβάρων ἰσχύϊ μόνον πεποιθότων,* B *ἀλλ' οὐ Θεῷ, παριδεῖν διασπασθῆναι χερσίν. Ὁ δὲ (καὶ γὰρ τὰ ἑαυτοῦ ἀνεξερεύνητα κρίματα) εἴασε τὴν τούτου κληρονομίαν βαρβαρικῆς ἀπανθρωπίας πεῖραν λαβεῖν.* Ταῦτα μὲν ὁ μάρτυς ἐκδιηγούμενος, καὶ τὸν ἱεράρχην ἔσχεν Ἀχίλλειον συνεπικλώμενόν τε τοῖς πάθεσι, καὶ, *Μεγάλα σου, Κύριε*, ἐπεβόων ὁμοῦ, *τὰ θαυμάσια, καὶ οὐδεὶς ἱκανὸς εἰς ἔννοιαν ἀφικέσθαι τῆς οἰκονομίας σου.*

γ'. Τῶν δὲ Ἰταλιωτῶν ταῦτα σὺν ἐκπλήξει ἀμηχάνῳ καταθεωρουμένων, εἷς τις ἠρέμα πως Ἑλληνικῆς ὁμιλίας οὐκ ἀλλότριος, *Ἀλλ', ἄγε δὴ*, φησίν, *ὦ στρατιῶτα, εἰπέ μοι, περὶ ποίας ταῦτα ὑμῖν λέ-* C *γεται πόλεως, καὶ τίς ἡ τοῖς Βαρβάροις παραδοθεῖσα;* Καὶ ὁ μέγας Δημήτριος, *Ἡ ἐμὴ*, ἔφησε, *δυστυχεστάτη πατρὶς ἡ Θεσσαλονίκη, τοῖς Βαρβάροις ἐγένετο ἔκδοτος.* Καὶ αὐτίκα οἱ μὲν, ὅ τε πρέσβυς καὶ ὁ μέγας Δημήτριος, οὐκέτι τοῖς συνοδοιπόροις κατεθεωροῦντο· αὐτοὶ δὲ κατὰ μόνας, ἐπείπερ οἱ Ἰταλιῶται ἐγένοντο, τοῦ ἑτέρου διεπυνθάνοντο, τί ποτε ἄρα πρὸς ἐκείνων διήκουσε· καὶ οἵτινες οἱ συνωδοιπορηκότες εἶεν. Ὁ δὲ σὺν θαύματι καὶ ἐκπλήξει ἕκαστα διηγεῖτο, καὶ τὴν τοῦ μεγαλομάρτυρος ἐδήλου ἐπιφάνειαν, τά τε τῆς πατρίδος δεινὰ διασαφήσαντος, καὶ τὰ κατ' αὐτοὺς ἐν ἀσφαλεῖ θέσθαι διασημήναντος.

δ'. Ὡς οὖν δὲ μὴ λάφυρον καὶ αὐτοὶ τῶν ἐχθρῶν γένωνται, πόῤῥω ἑαυτοὺς Θεσσαλονίκης ἀπαγαγόντες, D οὐ μετὰ μικρὸν παρὰ τῶν διαδράντων ἕκαστά τε τῶν γεγενημένων κατήκουον, καὶ συνῆκαν οἱ ἄνθρωποι ἐναργῶς, ὡς ὁ μέγας ἐκεῖνος Δημήτριος ἐτύγχανεν ὢν, τῆς πατρίδος ἀπαναστὰς, ἐπὶ τοῖς συμβᾶσι σκυθρωπάζων καὶ ἀνιώμενος. Εἰς αὐτὴν δὲ τὴν βασιλεύουσαν ἀναχθέντες, ὅσα τε αὐταῖς εἶδον ὄψεσι περιηγοῦντο, καὶ τὴν τοῦ μάρτυρος ἐπὶ τῇ πατρίδι συμπάθειαν· καὶ τὸ τούτου φιλόπατρι καὶ φιλοίκειον ἐπεδείκνυντο, ὑφ' οὗ καὶ νῦν ἔτι περιφρουρεῖταί τε καὶ περιθάλπεται, καὶ ἐπὶ τῆς προτέρας εὐδαιμονίας ὑπ' ἐκείνῳ δευτέρῳ πολίτῃ καὶ κηδεμόνι ἀνέδραμεν. Οὗτος καὶ γὰρ, οἷά τις ἀκλινὴς περίβολος καὶ στεῤῥὸς, τὰς τῶν ἀλιτηρίων Σκυθῶν ἔτι καὶ νῦν ἐπέχει ὁρμὰς, τὴν ἄμαχον αὐτοῖς ἐπιτειχίζων δεξιὰν, καὶ ἀνωτέραν τὴν ἑαυτοῦ τῆς ἐκείνων διασώζων ἐπιδρομῆς.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΚΛΗΡΙΚΟΥ ΚΑΙ ΚΟΥΒΟΥΚΛΕΙΣΙΟΥ

ΤΟΥ ΚΑΜΕΝΙΑΤΟΥ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΛΩΣΙΝ ΤΗΣ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ.

—

JOANNIS CAMENIATÆ

CLERICI AC CAPELLANI

DE EXCIDIO THESSALONICENSI.

—

[P. 317] α'. Ὡς ἀρίστη τῶν ἀγαθῶν ἡ φιλοπονία, καὶ πάσης ἀρετῆς κτῆσιν ἐν ἑαυτῇ μαρτυροῦσα! Σοῦ δὲ μετὰ τῶν ἄλλων πλεονεκτημάτων ἔκδηλον καὶ ἐν τούτῳ καθέστηκε [25] τὸ φιλόπονον, ὦ ἀνδρῶν βέλτιστε καὶ πολυμαθέστατε Γρηγόριε, οἷς τε πρὸς ἡμᾶς γράφεις καὶ οἷς παρ' ἡμῶν ἐπιζητεῖς διὰ γραμμάτων μαθεῖν. Οὐκ ὀλίγης γὰρ ἀρετῆς καὶ φιλοπόνου σπουδῆς ἐπίδειξιν ἔχει τὸ πολλῶν ἐθέλειν εἰληφέναι πραγμάτων γνῶσιν, [P. 318] καὶ μάλιστα δι' ὧν ἡ ψυχὴ τὸν θεῖον φόβον ἐγκυμονεῖ καὶ οἷον χρειώδεις τινὰς ἀφορμὰς ἐκ τούτου τῷ θεωρητικῷ μέρει τοῦ νοὸς ἐμβιβάζει, ἐξ ὧν διδάσκεται τῆς μὲν ἁμαρτίας ἐκκλίνειν ὡς δημιουργοῦ τοῦ θανάτου, ἔχεσθαι δὲ τῆς ἀρετῆς, ἧς τὸ τέλος ζωὴ αἰώνιος τοῖς αἱρουμένοις αὐτήν. Ἐγὼ δὲ τὴν ἐπιταγὴν πληρώσειν ἀναβάλλεσθαι [26] τέως ἐδόκουν δυοῖν ἕνεκεν, τό τε πρὸς σὲ περὶ τοιούτων γράφειν ἐπαχθὲς κρίνων, ἄνδρα τοσοῦτον, οὗ λόγοι μὲν τὰς πράξεις ἰθύνουσι, πράξεις δὲ συμφωνοῦσαι τοῖς λόγοις τὸ ἀκριβὲς ἀλλήλοις ἀντιδιδόασιν (ἤδη γὰρ ἡ φήμη βοᾷ τὴν σὴν ἐν ἅπασι τελειότητα, καὶ σιωπῶντι ταῖς ἡμετέραις ἐγνώρισεν ἀκοαῖς), καὶ τὸ μὴ δύνασθαι περὶ ὧν τὴν ζήτησιν ἐποιήσω καλῶς ἐξηγήσασθαι, τὴν οἰκείαν ἀμαθίαν ὡς εὐπρόσωπον προβαλλόμενος ἀπολογίαν, ὥστε μὴ καθυβρίσαι μηδὲ σμικρῦναι τῷ λόγῳ τὸ περιφανὲς τῶν παρὰ σοῦ ζητηθέντων πραγμάτων, καὶ πραγμάτων ἐκείνων τῶν μικροῦ δεῖν ἅπασαν πληρωσάντων τῇ ἀκοῇ τὴν ὑφ' ἥλιον. Ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τοῦτό μοι μετὰ τῶν ἤδη λεχθέντων ἐπῆλθε, μὴ πρὸς τοῖς ἄλλοις ὀφλήμασι καὶ παρακοῆς ἀπαιτηθείην δίκας, τἄλλα μὲν φύσει δεινοῦ πάθους καὶ ὀλεθρίου, καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ θείου νόμου περιφρονῆσαι τοὺς γενάρχας ἡμῶν ἐξ ἀρχῆς ἀναπείσαντος, ἥκω πληρώσων τὸ αἰτηθὲν, τῇ σῇ θαῤῥήσας εὐγνώμονι καὶ συμπαθεστάτῃ φιλίᾳ. Εὖ γὰρ οἶδα μήτε ταῖς σοῦ τεχνικαῖς μεθόδοις [27], μήτε μὴν ταῖς ἐπιστημονικαῖς τρυτάναις τῆς σῆς ἀκραιφνοῦς καὶ μεγάλης σοφίας τὸ ἀκαλλὲς τοῦ τῆδε λόγου καὶ ἀνάρμοστον ἢ τῶν λεγομένων τὸν νοῦν ἀποδοκιμάζεσθαι, ἀληθῆ δὲ μᾶλ-

486-487 1. Quam optimum est rerum laudatarum studium, omnemque sibi vindicare virtutem liquido monstratur. Tuum vero cum aliis, quibus magnifice præstas, vir optime ac eruditissime Gregori, dotibus ea quoque ratione manifestum studium est atque opera, tum quod ad nos scribis, tum quod per litteras a nobis de his doceri quæris. Non enim pusillæ virtutis est, solertisque operæ indicium habet, multarum rerum cognitionem sibi conquirere, ac potissimum si per illas animus Dei timorem concipit, indeque velut peropportunas quasdam occasiones parti mentis, **488** cujus est speculandi vis, innectit; quibus a peccato, tanquam mortis auctore, declinare condiscit, atque virtuti incumbere, cujus finis vita æterna, his qui eam amplexantur atque diligunt, sit. Enimvero ego hactenus, quod jussus eram, duplici ex causa differre videbar, tum nimirum quod molestum judicabam ad te scribere, virum tantum, cujus sermones actiones dirigunt, et actiones sermonibus concordes sibi mutuo præstant quod perfectum et exactum est (jam enim fama tuam perfectionem cunctis clamat, et licet ipse taceas, nostris eam intulit auribus), tum quod, de quibus quæsiisti, non ex re satis disserere valeam, qui meam ipse inscitiam velut convenientem excusationem obtendam, ne pene violare videar, earumque rerum quas ex me sciscitaris splendorem imminuam, rerum scilicet ejusmodi ut auditu atque rumore omnem prope terrarum orbem repleverint. Verumtamen cum id quoque mihi, cum iis quæ dicta sunt, in mentem veniret, ne præter alia debita etiam inobedientiæ obnoxius fierem, diræ alioqui atque noxiæ suapte indole ægritudinis vitiique, quo et adducti primi parentes ut divinam ipsam legem contemnerent, accedo petita præstiturus, candida tua humanitatisque plenissima amicitia fretus. Probe enim novi nec per artificiosas tuas methodos nec per argutissimas veræ magnæque sapientiæ tuæ

VARIÆ LECTIONES.

[25] καθέστηκε om. P. [26] ἀναβαλέσθαι A i. e. editio Allatiana. [27] μήτε ταῖς σου τεχνικαῖς μεθόδοις om. A.

trutinas, quod orationis hujus indecorum est ac inconcinnum, 489 rejectum iri, eorumve quæ sunt dicenda sententiam, sed potius veram et ab omni mendacio figmentoque alienam dicendorum narrationem omni abs te crimine ac labe fore liberandam.

A λον καὶ παντὸς ἀλλοτρίαν καὶ ψεύδους καὶ πλάσματος τὴν τῶν ῥηθησομένων προβαίνουσαν συγγραφὴν ἁπάσης μέμψεως ἀπολύεσθαι.

2. Data epistola discere quæsiisti modum, cujus gratia carcerem tenemus Barbarorumque dediti manibus sumus, ac qua ratione alienum solum patrio commutavimus; qua item orti patria simus, et quæ illius res quisve status. Etenim conjicere aiebas ex brevi illa fabulatione qua, cum per viæ occasionem Tripolim devenisses, paululum congressi sumus, quam longa narratione onustum pectus gereremus, diraque quædam et tragico omni cothurno lacrymabiliora esse tum ea quæ jam nobis evenerant, tum quæ imposterum ventura exspectabantur. Nam tu quoque pari nobis infortunio errabundus et cum quibusdam captivis illuc abducebaris, quos cives esse tuos asserebas Cappadoces, cum quibus etiam Antiochiam mittebaris, referens nullam requiem malorum invenire, quando nos quoque videbas, ut et ipse testaris, tum recentem luctum tum præteriti timoris vestigia in facie expressa ferre, ut et tacendo, vultus ipso colore mali immanitatem clamaremus. Verum si de his singula recensere velim, longior mihi texenda nec justæ satis necessitatis oratio est, ut quæ mediocritatis legem sit excessura; ne dicam 490 fore ut nunquam socordia torpescentibus auribus audienti tibi obtundam, licet audiendi aviditate ad ea quæ dicenda a me sunt animum advertas. Quando igitur jam initio perattentas aures pollicitus es, ad nostra enarranda in hunc modum aggredior.

β'. Ἐζήτησας μαθεῖν διὰ τῆς ἐπιστολῆς τὸν τρόπον δι' ὃν τὴν φρουρὰν οἰκοῦμεν βαρβάρων χερσὶν ἐκδοθέντες, καὶ πῶς τὴν ἀλλοτρίαν ἀντὶ τῆς ἰδίας διημειψάμεθα, ποίας τέ ἐσμεν πατρίδος, καὶ τίνα τὰ κατ' αὐτήν. Τεκμαίρεσθαι γὰρ ἔφης ἐκ τῆς μικρᾶς ἐκείνης ὁμιλίας, δι' ἧς παροδεύοντί σοι τὴν Τρίπολιν ὀλίγον συνεγενόμεθα, πλήρεις μὲν εἶναι [28] ἡμᾶς μακρᾶς ἐξηγήσεως, μεγάλα δέ τινα καὶ πάσης τραγῳδίας ἐπέκεινα τά τε ἤδη συμβεβηκότα ἡμῖν καὶ B τὰ ἐς ὕστερον προσδοκώμενα. Καὶ γὰρ ἔτυχες τότε καὶ αὐτὸς ἀλητεύων κατὰ τὴν αὐτὴν [29] ἡμῶν συμφορὰν, [P. 319] καί τισιν αἰχμαλώτοις ἐκεῖσε συνεπαγόμενος, οὓς ἔλεγες ὁμοπατρίους εἶναί σοι Καππάδοκας, μεθ' ὧν καὶ τὴν πρὸς τὴν [30] Ἀντιόχου πόλιν ἐστέλλου, μηδαμοῦ στῆναι τῶν ἀλγεινῶν ἐξηγούμενος· ὁπότε καὶ ἡμᾶς ἑώρας, ὡς καὶ αὐτὸς μαρτυρεῖς, τό τε νεαρὸν τοῦ πένθους ἔχοντας καὶ τὰ ἴχνη τοῦ προλαβόντος φόβου τοῖς προσώποις ἡμῶν ἐγκαθήμενα, ὡς καὶ σιωπῶντας βοᾶν τὴν συμφορὰν ἐκ τοῦ χρώματος. Ἀλλὰ περὶ τούτων εἰ καθ' ἕκαστον ἐπεξιέναι βουληθείην, μακρὸν ἂν εἴη καὶ τῇ χρείᾳ μὴ κατάλληλον τὸν λόγον ποιήσομαι, τῆς συμμετρίας τὸν νόμον καθυπερβαίνων· ἵνα μὴ λέγω ὅτι καὶ τὴν σὴν ἀῤῥάθυμον ἀκοὴν ἀποκναίσω, εἰ καὶ ὅτι δι' ἐφέC σεως ἔχεις τοῖς λεγομένοις ἐπακροάσασθαι. Ἀλλ' ἐπειδὴ τοίνυν τοῦτο κατ' ἀρχὰς ὑπέσχου, τὸ νουνεχῶς ἀκούειν, ἄρχομαι τῶν καθ' ἡμᾶς ὧδε.

3. Nostra, o amice, patria, Thessalonica est. Hanc enim primum tibi notam faciam, per quam mihi multa cognoscere licuit quæ antea nullus noveram; et qui in tui jam cognitionem venerim, ejus ipsius exactam edere cognitionem officij quasi jure tuis votis compellor. Nempe urbs magna mihi explicanda, et quæ gentis Macedonum primaria existat. Urbs rebus aliis, quibus sibi nimium sumunt civitates ac honestantur, conspicua, et quæ nulli vicinarum civitatum, pari cum omnibus certans claritate, cedat, pietate vero cunctis illustrior exsistat, quam a principio suscepit susceptamque hactenus incolumem servavit. Ipsum enim Paulum, vas electionis, pietatis sibi gloriatur magistrum; qui videlicet ab Jerusalem in circuitu, et usque in Illyricum evangelica prædicatione universum orbem complexus, illi præ reliquis divinæ cognitionis semen commisit, ex eoque uberrimos fidei fructus surgere omni diligentia curavit. Post Paulum vero inter martyres magnum interque victores coronatos digne admirandum myroblytam (unguentis scilicet manantem) Demetrium, qui et ipse pro pietate plurimum desudavit.

γ'. Ἡμεῖς, ὦ φίλος, πατρίδος ἐσμὲν Θεσσαλονίκης· αὐτὴν γὰρ πρώτην γνωριοῦμαί σοι, δι' ἧς ἔγνων ὧν οὔπω ἐγνώκειν πολλά· καὶ σοί γε γνωσθεὶς ἄρτι τὴν περὶ αὐτῆς ἐκείνης γνῶσιν εἰσπράττομαι, πόλεως μεγάλης καὶ πρώτης τῶν Μακεδόνων, τἆλλα μὲν περιφανοῦς οἷς σεμνύνεται πόλις, καὶ μηδεμιᾷ τῶν ἔγγιστα παραχωρούσης μὴ ὅτι κατ' αὐτὴν ὀφθῆναι, περιφανεστέρας δὲ τὴν εὐσέβειαν, ἣν ἐξ ἀρχῆς ἐδέξατο καὶ δεξαμένη μέχρι τοῦ νῦν διεσώσατο. Αὐτὸν γὰρ αὐχεῖ Θεσσαλονίκη τὸν Παῦλον D ἔχειν τῆς εὐσεβείας διδάσκαλον, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, ὃς ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ κύκλῳ καὶ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ τῷ εὐαγγελικῷ περιλαβὼν τὴν οἰκουμένην κηρύγματι, ἐν αὐτῇ μᾶλλον τὸν τῆς θεογνωσίας σπόρον κατέβαλε καὶ πολύχουν ἀποδίδοσθαι τὸν τῆς πίστεως καρπὸν διεσπούδασε· μετ' ἐκεῖνον δὲ τὸν μέγαν ἐν μάρτυσι καὶ ἀξιοθαύμαστον ἐν ἀθλοφόροις Δημήτριον τὸν μυροβλύτην, πολὺν ἀγῶνα καὶ αὐτὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας καταβαλόμενον [31] (καὶ γὰρ ἦν πρὸς τοῖς ἄλλοις τῆς ἀρετῆς αὐχήμασιν ἔτι καὶ θείοις ἐμπρέπων διδάγμασιν καὶ τῇ περὶ τῶν δογμάτων ἀκριβείᾳ κεκοσμημένος, ἐξ οὗ καὶ μᾶλλον τὸ περὶ αὐτοῦ διεδόθη κλέος τοῖς πέρασιν)· εἶτα τοὺς καθ

VARIÆ LECTIONES.

[28] εἶναι] ὄντας A. [29] αὐτὴν om. P. [30] τὴν post πρὸς om. A. [31] καταβαλλόμενον A.

ἑξῆς ἀρχιερεῖς πάντας τοῦ σωτηρίου λόγου στεῤῥῶς A ἀντεχομένους, ἐξ ὧν ἀεὶ καταρτιζομένη καὶ παιδαγωγουμένη τὴν θειοτέραν παίδευσιν δαιμονιώδεις καὶ μυσαρὰς [P. 320] πλάνας καὶ δόξας καὶ εἰδωλικὰς εἰκαιομυθίας τοῖς τιμῶσι τοὺς δαίμονας ἀπεπέμψατο, ὀρθοδόξῳ δὲ διδαχῇ τὴν πίστιν σφραγίσασα, καὶ πᾶν ζιζανιῶδες φυτὸν καὶ αἱρετικὸν καὶ ἀλλόφυλον οὐμενοῦν οὐδέποτε τῷ θείῳ σπόρῳ συγκαταμίξασα [32], καθαρὰν καὶ ἀκίβδηλον διεσώσατο τὴν εὐσέβειαν. Ἧς πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα γνωρίσματα, ἐξ [33] ὧν ἡ φήμη τὰς ἀφορμὰς λαμβάνουσα λαμπρὸν τὸ περὶ αὐτῆς ἐκήρυττεν ὄνομα, ἓν δὲ τοῦτο πρῶτον καὶ ἰδιαίτατον διεδείκνυτο, τὸ ὀρθόδοξον αὐτὴν καὶ εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι, καὶ τούτῳ [34] μᾶλλον ἤπερ τοῖς ἄλλοις σεμνύνεσθαι. Ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τὰ κατ' αὐτὴν ἐκείνην τὴν πόλιν φιλοπόνως μαθεῖν ἐπεζήτησας, τοῦτο B δὲ δυσεπιχείρητόν τε ὡς [35] ἐμοὶ τῇ τε παρούσῃ ὁρμῇ τοῦ λόγου παρὰ μικρὸν ἀνακόλουθον, ὀλίγα τινὰ, καὶ οἷς μάλιστα ἔξεστι δοκεῖν ὁρᾷν σε τῶν λεγομένων τὰ πράγματα, τῇ διηγήσει προσθεὶς [36] ἐπὶ τὴν καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς τραπήσομαι συμφοράν.

A Is namque, præter reliquas ejus eximias virtutis laudes, divinæ etiam doctrinæ luce fulgebat exactaque dogmatum cognitione ornatus erat, quo **491** et magis ejus nominis claritas in orbis fines didita est. Tum qui deinceps secuti sunt, omnes præsules, salutaris doctrinæ ipsi firmi assertores, quorum opera, dum diviniore semper perficitur manuque ducitur ac eruditur disciplina, dæmoniacos impurosque errores ac opiniones idolorumque nugaces fabellas ac vanitates ipsorum cultoribus dimisit, rectæque opinionis doctrina fidem obsignans, ac quidquid zizaniorum et hæreticorum alienigenarumque plantationis est, nihil usquam divinæ sementi conjunctum admittens, puram illibatamque pietatem conservavit. Cujus B cum et alia insignia ac notæ suppetunt, unde fama occasiones nacta illius clarum nomen effecit, tum unum illud primum ac singularissimum monstratur, quod rectæ fidei tenax exsistat ac celebretur, hocque magis quam ullis aliis ornamentis sibi placeat atque clarescat. Sed quia ejus ipsius civitatis res accurate ex me discere quæsiisti, idque ut præstem arduum mihi nec præsentis sermonis instituto admodum consentaneum exsistit, paucis nonnullis, ac quibus maxime ea quæ dicenda sunt oculis usurpare tibi ipse videri possis, narrationi adjunctis, ad nostram ipsorum calamitatem orationem convertam.

δ'. Ἔστιν οὖν ἡ πόλις, ὡς εἴρηται, μεγάλη τε καὶ εὐρεῖα, τείχεσι καὶ προβόλοις συχνοῖς κατωχυρωμένη καὶ τὸ ἀσφαλὲς τοῖς οἰκήτορσιν ὅσον ἐκ τῆς τούτων οἰκοδομῆς παρεχομένη, θαλάσσιον ἔχουσα κόλπον ἐκ νότου καθηπλωμένον, ᾧ καὶ περικλυζομένη τὴν ἐκ C πλαγίου πλευρὰν ταῖς ἁπανταχόθεν εἰσρεούσαις ὁλκάσιν εὐεπίβατον τὴν πρὸς αὐτὴν πορείαν παρέχεται. Ὑποκοιλαίνεται γάρ τις ἐκεῖσε θαυμαστὸς λιμὴν, ἀσφαλῶς ὑπτιάζων τοῖς πλωτῆρσι τὴν εἴσοδον, ταῖς ἐκ πνευμάτων παντελῶς ἀπείρατος ταραχαῖς καὶ τὸν ὅρμον ἀκύμονα καθιστῶν. Ὃν ἐκ τῆς λοιπῆς θαλάσσης ὁ τεχνίτης ἀπέτεμε· μέσον γὰρ ἀπείρξας διά τινος τείχους τὴν τῶν ὑδάτων ἐπίῤῥοιαν, συναπεῖρξεν ἐκ τοῦ πρὸς θάλασσαν καὶ τῶν πνευμάτων τὸν κλύδωνα. Ἡ θάλασσα γὰρ τῷ βυθῷ φυσωμένη καὶ τὴν ἐκδρομὴν πρὸς τὴν χέρσον ἐρευγομένη, τῷ διαφράγματι τοῦ τῇδε τείχους κωλυομένη, μὴ ἔχουσα τίνι τὴν ἀπειλὴν ἐπαφήσει, χωρεῖ τοῖς ἐφ' ἑκάτερα τοῦ τείχους μέρεσι, καὶ τὸ ὕδωρ ἠρέμα πως ὀλισθῆσαν ζάλης ἁπάσης ἐκτὸς τὸν τοιοῦτον ὅρμον διατηρεῖ. D Ὁ δὲ δὴ κόλπος ἐκ τῆς μεγάλης θαλάσσης ἀποτμηθεὶς διά τινος αὐχένος, ἀγκῶνος δίκην προβεβλημένου καὶ ἐπὶ μήκιστον τοῖς ὕδασι διικνουμένου, ὃν οἱ κατὰ χώραν [37] Ἔκβολον ὀνομάζουσι διὰ τὸ πόῤῥω που τοῖς ὕδασιν ἐκβεβλῆσθαι, στενούμενός τε πρὸς τὴν ἑτέραν ἐξ ἐναντίας χέρσον [P. 321] τῇ τοῦ αὐχένος τούτου καινοτομίᾳ, ἕτερος λιμὴν πελάγιος γίνεται· ἐξ οὗ δή περ ἀγκῶνος μέχρις αὐτοῦ τοῦ τείχους τῆς πόλεως κύκλον πανευπρεπῆ τὸ ὕδωρ μιμεῖται, τοῖς ἐφ' ἑκάτερα μέρεσιν ἐπὶ πολὺ ἐκτεινόμενον [38] καὶ πρὸς τὴν πόλιν κατὰ βραχὺ συστελλόμενον.

4. Ea igitur, uti dictum est, magna civitas latoque fusa ambitu, ac mœnibus crebrisque propugnaculis atque arcibus munita, ejusmodi scilicet quæ civibus, quantum ad horum structuram attinet, tutum habitaculum **492** præbeat. Marinum C sinum ad notum protensum habet, quo, oblique latere circumluta, navibus undique versum confluentibus facilem in semet præstat aditum. Hic enim portus quidam mirabilis cavo recessu funditur, pronoque in se aditu navigantibus tuto resupinatur, a ventorum injuriis prorsus innoxius et navium stationi placidus ac tranquillus. Hunc artifex a reliquo mari divisit, medio siquidem muro aquarum influxu coercito, una quoque præclusit quæ ex vicino mari ventorumque flatu fluctuum vis procellaque illiditur. Mare namque alto gurgite inflatum continentem excurrens, muro interposito præpeditum, cum non habeat quo minas suas exoneret, in latera muri convolvitur; et aqua D lento quodam modo sensim dilabens ab omni salo æstuque liberum conservat istiusmodi portum. Sinus porro a magno mari cervice quadam ac faucibus cubiti instar prominentibus ac quam longissime alto æquore procurrentibus (eam accolæ cervicem Ecbolum appellant, quod in mare procul projecta effunditur) abscissus, inque adversam sibique oppositam continentem cervicis hujus artificio ac molimine coartatus, alium portum intra pelagus efficit; ex quo videlicet cubitu flexuque ad ipsum urbis murum orbem pulcherrimum, partibus utrinque late fusis versusque urbem sensim sese

VARIÆ LECTIONES.

[32] συγκαταδέξασα P. [33] ἐξ om. P. [34] τοῦτο AP. [35] τέως AP. [36] προθεὶς Combefis. marg. [37] χώρας AP. [38] ἐντεινόμενον P.

contrahentibus, efformare videtur. Et respicit quidem **493** sinus ab austro reliquum mare, portus sinum, urbs portum. Ac portus quidem quatuor angulis comprehenditur, sinus flexum in orbem alveo quam maxime profundo agitur; extremis finibus, et longe a continente, magna parte aquæ minuuntur.

5. Et hoc modo se habet pars urbis quæ ad notum spectat: quæ vero ad aquilonem, asperrima est et prope impervia. Mons enim altiore supercilio tumulis superpositus eminet, non parvam civitatis partem a reliqua humo sustollens, adeo ut pars illius in planitie accolarum usibus coaptata jaceat, pars in collibus montiumque jugis sese extendat. Nihil tamen damni ea montis extensio oppidanis importat, tanquam a superioribus per eum assilire murosque oppugnare hostibus liceat. Parvum enim ad amoliendas quascunque insidias, interposito campo, hicce tumulus relinquit spatium, quo inde cives facilem possint propulsare assultum. Exinde mons longe protenditur jugoque assurgit, collibus atque vallibus exasperatus, in medium procul se orientem inferens, quantum utrinque subjecti soli agrique oblique subducitur. In duplici namque istiusmodi montis latere, tum scilicet ejus quod ad austrum tum quod ad aquilonem est, campi effunduntur ipsi pervii atque utiles, quique civibus **494** quidquid ad vitam commode sustentandam conducit ubere proventu sufficiant. Horum alter, quippe ad montis austrum vergens urbisque meridiem, dici non potest quam sit amœnus quantasque delicias præbeat. Frondosis enim densisque condecoratur arboribus, hortis varii generis et vivariis, aquis pene innumeris, partim fontium rivis partim et fluviis, quibus montanæ silvæ lucique campo gratificantes ipsum mare accipiunt. Vites enim alternis consitæ arva coronant, pulchrique amantes oculos fructuum abundantia ad jucundissimas voluptates invitant. Monachorum plura spissaque, religiosa palæstra, hospitia, tum montis declive tum agri reliqui subjecta colentia, locisque amœnissimis posita, novum quoddam spectaculum peregrinis ipsisque adeo civibus offeruntur. Sed et campus a montis læva, ipse quoque longissime fusus, ad alios usque montes dilatatur; cujus medio duo late stagnantes lacus potiorem partem occupant, qui ipsi non contemnendi usus exsistant. Alunt enim tum parvos tum magnos diversique generis et copia pene innumerabiles pisces, qui tum vicinis oppidis tum ipsi civitati uberrime obsonia victumque sufficiant. Videntur enim hice lacus suis largitionibus cum mari prope contendere mutuoque certare, utra plura exhibeant. Alterum tamen ab altero vincitur, nec cujus vi-

A Καὶ ἀφορᾷ μὲν ὁ κόλπος ἐκ νότου τὴν λοιπὴν θάλασσαν, ἀφορᾷ δὲ τοῦτον ὁμοίως ὁ λιμὴν καὶ τὸν λιμένα ἡ πόλις. Ἀλλ' ὁ μὲν λιμὴν τέτρασι γωνίαις ἐμπεριείληπται, ὁ δὲ κόλπος ἐστὶ περιφερής, τὸ κύτος ἔχων διὰ πλείστου βάθους χωροῦν, τὰ πέρατα δὲ καὶ πρὸ πολλοῦ τῆς χέρσου τὰ πολλὰ τῶν ὑδάτων συστείλαντα.

ε'. Ἀλλ' ἐν τούτοις τὸ κατὰ νότον μέρος τῆς πόλεως βάσιμον [39], τὸ πρὸς βορρᾶν δὲ ὡς λίαν τραχὺ καὶ δύσβατον. Ὄρος γὰρ ὑπερκύπτει τοὺς λόφους ὑπερανεστηκὸς, οὐκ ὀλίγον μέρος αὐτῆς τῆς [40] πόλεως τῆς λοιπῆς ὑπεραῖρον γῆς, ὡς τὸ μὲν αὐτῆς πεδιάσιμον εἶναι καὶ ταῖς χρείαις τῶν ἐνοικούντων κατάλληλον, τὸ δὲ τοῖς [41] βουνοῖς καὶ ταῖς τῶν ὀρῶν ἀκρότησιν ἀνατείνεσθαι. Ἀλλ' οὐδὲν ἀδικεῖ τὴν πό-
B λιν ἡ τοῦ ὄρους παράτασις ὡς ἐμπαρέχειν ἄδειαν τοῖς πολεμίοις ἀφ' ὕψους ἐπεμβαίνειν καὶ τοῦ τείχους κατεπαμύνεσθαι· ἔδωκε γὰρ ὀλίγην τινὰ σχολὴν ὁ βουνὸς ἐκεῖνος [42] πρὸς τὸ φυλάττεσθαι πᾶσαν ἐπιβουλὴν, τῷ διὰ μέσου χώρῳ τὴν εὐχερῆ προσβολὴν ἀποκρούσας. Τὸ δ' ἐντεῦθεν ἀνατείνεται μέχρι πολλοῦ τὸ ὄρος καὶ ὑπερίδρυται, τοῖς λόφοις καὶ ταῖς χαράδραις ἐντραχυνόμενον, τὴν μεσαιτάτην ἀνατολὴν ἐπειγόμενον· τοσοῦτον ἐκ πλαγίου ἀφ' [43] ἑκατέρου μέρους ὑποκείμενον διαφεύγει τῆς γῆς. Ἐν γὰρ ταῖς δυσὶ πλευραῖς τοῦδε τοῦ ὄρους, τοῦ τε [44] πρὸς νότον, φημὶ, καὶ τοῦ πρὸς βορρᾶν, πεδία ἀφήπλωται [45] βάσιμά τε καὶ χρήσιμα, πᾶσαν ἀφορμὴν εὐζωΐας τοῖς πολίταις δωρούμενα· ὧν τὸ μὲν ὡς πρὸς νότον τοῦ ὄρους, πρὸς ἀνατολὴν δὲ τῆς πόλεως, ὡς λίαν
C ἐστὶ παγκαλλὲς καὶ ἐράσμιον. Κεκόσμηται γὰρ δένδρεσιν ἀμφιλαφέσι, παραδείσοις ποικίλοις, ὕδασιν ἀπείροις, τοῖς μὲν πηγαίοις τοῖς δὲ ποταμίοις, οἷς αἱ λόχμαι τοῦ ὄρους τῷ πεδίῳ χαρίζονται καὶ αὐτὴν δὲ δεξιοῦνται τὴν θάλασσαν [46]. Ἄμπελοι γὰρ ἀλλήλαις παραπεφυτευμέναι τὰ χωρία στεφανοῦσι καὶ τὸν φιλόκαλον ὀφθαλμὸν τῇ πληθύϊ τῶν καρπῶν εἰς εὐφροσύνην προτρέπονται· μοναὶ δὲ μοναχῶν πολλαὶ καὶ συχναὶ τό τε ὑπτιάζον τοῦ ὄρους καὶ τὸ τῆς λοιπῆς γῆς ὑποκείμενον κατοικοῦσαι, καί τεσι τερπνοτάτοις χωρίοις ἐγκαθεζόμεναι, καινόν [47] τε χρῆμα τοῖς τε ὁδίταις καὶ αὐτοῖς τοῖς πολίταις πεφύκασι. [P. 322] Τὸ δὲ κατὰ λαιὰν πλευρὰν τοῦ ὄρους πεδίον ἐστι καὶ αὐτὸ τεταμένον εἰς μῆκος πο-
D λὺ, εὐρύνεται δὲ μέχρις ἄλλων ὀρέων· οὗτινος ἐν μέσῳ πελαγίζονται δύο τινὲς εὐρεῖαι λίμναι, τὸ πλεῖστον τούτου διακατέχουσαι καί τινα μεγάλην καὶ αὗται συνεισφέρουσαι χρείαν. Τρέφουσι γὰρ ἰχθύας καὶ μικροὺς καὶ μεγάλους, καὶ τοῖς εἴδεσι διαφόρους καὶ πολλοὺς τῷ πλήθει, ταῖς τε γείτοσι κώμαις καὶ αὐτῇ δὲ τῇ πόλει δαψιλεστάτην ἀποπληροῦντας τράπεζαν. Καὶ γὰρ οἷον φιλονεικοῦσιν αἱ λίμναι ταῖς τούτων ἐπιδόσεσι πρὸς τὴν θάλασσαν, καὶ ἁμιλλῶνται τίς αὐτῶν τὸ πλεῖον παράσχηται. Πλὴν ἑκάτεραι νικῶνται ἐξ ἑκατέρων, καὶ ἡ νικῶσα οὐκ ἔχει τίνι τὴν

VARIÆ LECTIONES.

[39] βάσιμον sumpsi a L i. e. Leone Allatio in Ge. Acropolit. not. p. 225 ed. Paris. [40] αὐτῆς τῆς] καὶ αὐτῆς AL. [41] τοῖς om. L. [42] ἐκεῖσε AL. [43] τὰ ἐκ πλαγίου ἐφ' L. ἐφ' etiam A. [44] τῇ τε — καὶ τῇ? [45] ἐφήπλωται L. [46] θάλατταν L. [47] κοινόν L.

ἧτταν καταψηφίσεται. Τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ πεδίου ἀνεῖται τοῖς γεωργοῖς, παραχωρεῖται τοῖς ζώοις, τοῖς τε πειθομένοις ταῖς τῶν ἀνθρώπων τέχναις καὶ τοῖς ἐλεύθερον ἀφιεῖσι τὸ ἴχνος τοῖς ὄρεσιν. Ἔλαφοι γὰρ τὰ ὄρη λιποῦσαι καὶ ταῖς λίμναις ὥσπερ τῶν ὑδάτων ἐπιτερπόμεναι ὁμοῦ τε ἔχουσιν ἄφθονον τὸ ποτὸν, καὶ ταῖς βουσὶν ἐν αὐτῷ συναγελαζόμεναι κοινὰ τὰ σῖτα προσφέρονται.

ς'. Ἀλλ' ἱκανῶς ἐν τούτοις τά τε πρὸς ἀνατολὴν καὶ βοῤῥᾶν τῆς πόλεως, ἔτι γε μὴν καὶ τὰ πρὸς νότον διαγραψάμενοι τὴν πρὸς δύσιν αὐτῆς [48] τοῦ χωρίου θέσιν κατὰ τὸ δυνατὸν ἱστορήσωμεν. Ἔστιν ἕτερον πεδίον, ἀπ' αὐτοῦ τοῦ τείχους τῆς Ἐκβολῆς ἀπαρχόμενον, τῇ δεξιᾷ τοῦ ὄρους ἁπτόμενον, τῇ λαιᾷ δὲ τῇ θαλάσσῃ συνομοροῦν, ἀμύθητον κάλλει ταῖς τῶν ὁρώντων ὑποκείμενον ὄψεσιν. Ἔστι γὰρ τὸ μὲν αὐτοῦ διάβροχον ὕδασιν, ὅσον αὐχεῖ τήν τε πόλιν ἔχειν καὶ τὴν θάλασσαν γείτονα, ἀμπέλοις καὶ δένδρεσι κατακόμοις καὶ παραδείσοις κατεστεμμένον, οἰκήμασί τε καί τισι πλείστοις σεβασμίοις σηκοῖς κεκοσμημένον, ὧν τοὺς πλείονας μοναχῶν ἀγέλαι διείλοντο, πᾶν εἶδος ἀρετῆς ἀσκοῦντες καὶ Θεῷ μόνῳ ζῶντες, πρὸς ὃν ἐπείγονται καὶ δι' ὃν τὰς πολιτικὰς ταραχὰς λιπόντες τὴν πρὸς αὐτὸν καὶ μόνον φέρουσαν τρίβον ἀνείλοντο. Τὸ δ' ἐντεῦθεν αὐτοῦ διαχεῖται τῇ χέρσῳ μέχρι πολλοῦ, ἄξυλον μὲν ὡς τὰ πολλὰ τὴν βλάστην ἔχον, πάσης δὲ γεωργικῆς ἐπιμελείας ἐπιτήδευσιν παρεχόμενον. Διήκει δὲ τὴν ἡλίου δύσιν ἀποσκοποῦν, ἕως τινῶν ἄλλων ὀρέων ὑψηλῶν καὶ μεγάλων παρατεινόμενον· ἔνθα καὶ πόλις τις Βέῤῥοια καλουμένη κατῴκισται, καὶ αὐτὴ περιφανεστάτη τοῖς οἰκήτορσί τε καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις οἷς αὐχεῖ πόλις τὴν σύστασιν. Ἐμπεριέχει δὲ τῷ διὰ μέσου χώρῳ τὸ πεδίον τοῦτο καὶ ἀμφιμίκτους τινὰς κώμας, ὧν αἱ μὲν πρὸς τῇ πόλει τελοῦσι, Δρουγουβῖταί τινες καὶ Σαγουδᾶτοι τὴν κλῆσιν ὀνομαζόμενοι, αἱ δὲ τῷ συνομοροῦντι τῶν Σκυθῶν ἔθνει οὐ μακρὰν ὄντι τοὺς φόρους ἀποδιδόασι. [P. 323] Πλὴν γειτνιάζουσιν ἀλλήλαις αἱ κῶμαι τὴν οἴκησιν, καὶ ἔστι καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς ἄλλοις Θεσσαλονικεῦσιν οὐ μικρῶς συμβαλλόμενον, τὸ πρὸς τοὺς Σκύθας διὰ τῶν ἐμπορικῶν μεθόδων συναναμίγνυσθαι, καὶ μάλισθ' ὅταν ἔχωσι πρὸς ἀλλήλους καλῶς καὶ μὴ κινῶσιν ὅπλα τὴν μάχην ἐξαγριαίνοντα· ὃ δὴ καὶ πολλῷ τινι τῷ πάλαι χρόνῳ παρ' ἑκατέρων μελετηθὲν, κοινότητα ζωῆς τὰς χρείας ἀλλήλοις ἀμείβουσι, θαυμασίαν τινὰ καὶ βαθεῖαν εἰρήνην ἐν [49] ἑαυτοῖς συντηρούμενοι. Ποταμοὶ δέ τινες παμμεγέθεις ἐκ τῆς Σκυθῶν ἐξορμώμενοι καὶ τὸ προλεχθὲν πεδίον καθ' ἑαυτοὺς διελόμενοι πολλὴν δαψίλειαν καὶ αὐτοὶ τῇ πόλει παρέχονται ταῖς τε χορηγίαις ταῖς ἀπὸ τῶν ἰχθύων καὶ ταῖς δι' αὐτῶν ἀπὸ τῆς θαλάσσης τῶν νηῶν ἀναδρομαῖς, δι' ὧν ἐπινοεῖται ποικίλη τις πρόσοδος τῶν χρειῶν τῶν ὑδάτων ἐκείνων συγκαταῤῥέουσα.

ζ'. Ἀλλὰ γὰρ ἔλαθον ἐμαυτὸν μακρὰν [50], ἢ ὡς ἀπ' ἀρχῆς ὑπεσχόμην, τὸν περὶ τούτων παρατείνας λόγον. Πεποίηκε δὲ τοῦτο ὁ περὶ τὴν πατρίδα πόθος,

A ctoria est, utri victi dedecus adscribat, **495** valet statuere. Agri pars reliqua agricolarum usibus cedit; animantibus quoque indulgetur, tum quæ humanis parent artibus ac mansuescunt, tum quæ per montana libero pede vagantur. Cervi namque relictis montibus, velutque lacuum aquis recreati, tum ubere fruuntur potu, tum ad ipsum convenientes communi cum bobus pabulo vescuntur.

6. Sed jam satis in istis, quæ ad ortum et aquilonem ac quæ item ad austrum urbis sunt, descriptis, situm loci qui ad occasum vergit, uti fieri poterit, enarrabimus. Alius campus est ab ipso Ecboli muro incipiens dextræque montis adhærens, læva vero mari contiguus, quam nemo satis capiat, pulchritudine videntium oculos ad se alliciens. B Est enim aquis irriguus, qua parte urbis marisque vicinitate gloriatur, vitibusque et densis arboribus ac vivariis hortisque coronatus, nec non ædibus plurimisque venerabilibus delubris decoratus; quorum pleraque monachorum agmina inter se partiti sunt, viri omne virtutum genus colentes solique Deo viventes, ad quem et festinant, cujus etiam causa relictis sæculi turbis unam, quæ ad ipsum tendit atque fert, semitam elegerunt. Qua vero inde intra terram longissimo intervallo diffunditur, nullo fere silvarum aut arbustorum opacatur germine, sed qui idoneum solum exhibeat agricolarum industriæ. Procurrit vero versus solis ortum, **496** ad alios usque excelsos ac prægrandes C montes protensus, ubi et civitas cui nomen Berrhœæ condita est, ipsa quoque habitatorum frequentia ac reliquis omnibus quibus se urbes jactare solent illustrissima. Planities medio suo ambitu oppida promiscue continet, quorum aliqua urbis ditionis sunt eique contribuuntur, Drugubitæ et Sagudati nomine, aliqua finitimæ Scytharum genti, non longe dissitæ, tributa solvunt. Cæterum oppida e proximo habitantur, quod ipsum præter alia in Thessalonicensium rem non parum conducit, dum quæstuosa mercatura Scytharum commercia ambiunt; tum præsertim cum utrique genti inter se bene convenerit, nec quibus ad prælia efferantur arma moverint (quod utique ab antiquis olim temporibus iis diligenter quæsitum), communibus vitæ D rationibus merces alias aliis commutant, admirandam quamdam altamque inter se servantes pacem. Item fluvii, iique ingentes, ex Scytharum regione erumpentes et, quem dicebam, agrum, inter se dividentes, ipsi quoque uberem urbi præstant annonam, tum piscium præstationibus, tum navium per eos e mari ascendentium vectura, quibus rerum ad vitæ usum conducentium, una cum aquis illis confluens, varius excogitatus est proventus.

7. Enimvero imprudens nec nimis caute prolixius his de rebus **497** orationem produxi quam ipse initio in me receperam. In causa fuit amor

VARIÆ LECTIONES.

[48] αὐτοῖς AL. [49] ἐν om. L. [50] μακρὸν AL.

patriæ, non insuaviter cum memoria distractus, rerumque imaginibus, æque ac præsens, iis ipsis dicendisque infixus, nec non promptæ ac exploratrices tuæ sedulitatis aures, quas nobis concredere, nullo alio eas subtrahente nec ab ista narratione avellente, initio pollicitus es. Et hæc quidem ita se habent. Ea enim quæ amori habentur ac desiderantur, et narrantem et audientem necessitatis vinculis continuo solent colligare, ut non ita facile neque visus a jucundissimis spectaculis neque auris a suavissimis auditionibus avellatur, neque dulcis orationis impetus interrumpatur, donec terminum attigerit ad quem ab initio contendit. Nihilominus, si lubet, ad eamdem ipsam urbem recurramus. Quousque enim velut in speculo statuam effingimus et variis aliunde quæsitis coloribus primum exemplar effigiare conamur, cum liceat illa ipsa per rerum necessariarum narrationem adire, ut apertius innotescat quod subobscure quodammodo indicatur? Thessalonicam siquidem, qualis est, oratione describere, quod fieri potest, initio polliciti, et qualis cum esset antea, in quid postea redacta sit, pulchris quibus illa circum ambitu decoratur abrepti, et in exterioribus enarrandis, ut quispiam dixerit, hactenus immorati, parum est ut iis quæ præcipua sunt ac necessaria enarrandis torpere videamur. Operæ pretium igitur est ut et ad ipsam iterum sermone redeamus, primamque 498 illius pulchritudinem ac claritatem noscamus, ac tum deinceps ejus, quam perpessa est, ruinæ ac cladis magnitudinem referamus, ut quantum reliquis urbibus incomparabili excessu præstare videbatur, tantum digna judicetur quam communi omnes luctu prosequantur ejusque miseratione ducantur.

A ἡδέως τῇ τε μνήμῃ συνεφελκόμενος, καὶ ταῖς ἀνατυπώσεσιν οἷον δοκῶν συνεῖναι τοῖς λεγομένοις, καὶ τὸ πρόθυμον καὶ ζητητικὸν τῆς σῆς φιλομαθοῦς ἀκοῆς, ἣν ἐξ ἀρχῆς παραθέσθαι πᾶσαν ἡμῖν καθυπέσχου, μηδενὸς ἄλλου περισπῶντος αὐτὴν ἢ τοῦδε τοῦ διηγήματος ὑποσύροντος. Ταῦτα δὲ οὕτως ἔχει. Φιλοῦσι γὰρ ἀεὶ τὰ ποθούμενα τῶν πραγμάτων ἀνάγκης δεσμοῖς καὶ τὸν λέγοντα περὶ αὐτῶν κατέχειν καὶ τὸν ἀκούοντα· καὶ οὐκ ἂν οὕτως εὐχερῶς καὶ ῥᾳδίως οὔτε ὄψις τῶν ἡδίστων θεαμάτων οὔτε ἀκοὴ τῶν τερπνῶν ἀποστήσεται ἀκουσμάτων, οὔτε λόγος ἡδὺς τῆς ὁρμῆς ἀνακοπήσεται, μέχρις ἂν φθάσῃ τὸ πέρας πρὸς ὃ κατ' ἀρχὰς ἐπείγεται. Πλὴν εἰ δοκεῖ, πάλιν ἀναδράμωμεν πρὸς αὐτὴν ἐκείνην τὴν πόλιν· μέχρι γὰρ τίνος ὡς ἐν κατόπτρῳ τὸν ἀνδριάντα διαμορφοῦμεν, B καὶ ταῖς ἔξωθεν τῶν χρωμάτων ποικιλίαις ἀπεικονίζειν πειρώμεθα τὸ ἀρχέτυπον, ἐξὸν αὐτοῖς ἐκείνοις ἐντυχεῖν διὰ τῶν καιρίων διηγημάτων τοῖς πράγμασιν, ὡς ἂν γνωριμώτερον εἴη τὸ ἀμυδρῶς πως παραδηλούμενον; Θεσσαλονίκην γὰρ, ὁποία τυγχάνει, τῷ λόγῳ διαγράψαι καθ' ὅσον οἷόν τε κατ' ἀρχὰς ὑποσχόμενοι, καὶ τίς οὖσα πρότερον εἰς τί κεχώρηκεν ὕστερον, τοῖς περὶ αὐτὴν ὥσπερ ὑποκλαπέντες, καὶ τοῖς ἔξωθεν, ὡς ἂν εἴποι τις, μέχρι τοῦδε σχολάσαντες διηγήμασι, κινδυνεύομεν βραδύνοντες τὴν τῶν καιρίων διήγησιν. Χρεὼν οὖν ἐστι καὶ πάλιν πρὸς αὐτὴν ἐπανιέναι τῷ λόγῳ [P. 324] καὶ τὸ πρῶτον περὶ αὐτὴν καταμαθεῖν κάλλος, εἶτα οὕτω γε τοῦ πάθους ἐξειπεῖν ἐν ὑστέρῳ τὸ μέγεθος, ἵνα ὅσον φανείη C τῶν ἄλλων πόλεων ἀσυγκρίτως ὑπερτερεύουσα, τοσοῦτον ἀξία κριθείη παρὰ πασῶν θρηνεῖσθαι καὶ κατοικτίζεσθαι.

8. Diximus quam latis pomeriis atque ambitu magnaque civitas, et quæ vastum limitem eo intercludat: sed murus continentem versus tutissimus est et structuræ crassitie munitissimus, exteriorique muro ac propugnaculo tuta undique munitione obseptus, propugnaculis et pinnis omni area constipatus, nec ullam oppidanis justi timoris necessitatem præbens. Pars illius ad notum humilis est ac prorsus depressa belloque plane inutilis. Nam reor artificem, quod nullam antiquitus ex maris ora hostium aggressionem metueret, structuram neglexisse. Fertur vero antiquo rumore, qui ad nostra hæc tempora pervenit, urbem ex ea parte per multos annos omni muro septoque caruisse, ac donec Xerxis quondam Medorum regis timore (ejus scilicet qui terram navigabilem fecerat et copiosis agminibus Græciæ bellum indixerat) Romanorum rerum dominator pusillo, et ut sese occasio tulerat, aggere eam partem circumsepsit; qui ipse agger ex eo tempore ad hoc ævi subsistit, nullam inde noxam atrocisque rei suspicionem unquam fore existimans. Licet 499 enim pleraque sæpius bella, eaque crudelissima, civitas, tum

ιη'. Εἴπομεν ὡς εὐρεῖά τις καὶ μεγάλη ἡ πόλις, καὶ τῷ περιέχοντι πολὺν τὸν διαμέσον [51] χῶρον ἐναποκλείσασα. Ἀλλ' ὅσον μὲν τοῦ τείχους τὴν χέρσον ἀποσκοπεῖ, ἐρυμνότατόν τέ ἐστι καὶ τῷ πάχει τῆς οἰκοδομῆς κατωχυρωμένον, τῷ ἔξωθέν τε προτειχίσματι τὸ ἀσφαλὲς πάντοθεν [52] συντηροῦν, προβόλοις καὶ ἐπάλξεσιν ἅπαν καταπεπυκνωμένον, καὶ μηδεμίαν ἀνάγκην φόβου [53] τοῖς οἰκήτορσι παρεχόμενον. Τὸ δὲ πρὸς νότον αὐτοῦ χθαμαλόν τέ ἐστι παντελῶς καὶ πρὸς πόλεμον ἀπαράσκευον· οἶμαι γὰρ τῷ μηD δεμίαν ὑφορᾶσθαι προσβολὴν βλάβης ἐκ τοῦ πρὸς θάλασσαν ὁ τεχνίτης πάλαι τῆς οἰκοδομῆς κατημέλησε. Φέρεταί δέ τις καὶ παλαιὸς λόγος μέχρις ἡμῶν φθάσας, ὡς ἀτείχιστος ἦν ἐξ ἐκείνου τοῦ μέρους ἡ πόλις χρόνους πολλοὺς, εἰ μὴ τῷ δέει ποτὲ τοῦ Μήδων Ξέρξου, πλωτὴν γῆν τεχτηναμένου καὶ κατὰ τῆς Ἑλλάδος στρατοπεδεύσαντος καὶ πολλῶν πληθὺν ἐπιφερομένου, ὁ τῶν Ῥωμαίων τὰ σκῆπτρα κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς ἰθύνων μικρόν τινα καὶ ὡς ἐκ τοῦ παρατυχόντος φραγμὸν τῷ τῇδε περιέθηκε μέρει. Ἀφ' οὗ δὴ χρόνου καὶ μέχρι τοῦ δεῦρο τὸ αὐτὸ τοῦτο διαμεμένηκεν, οὐδέποτε τῆς ἐκεῖθεν βλάβης, ὡς ᾤετο, κἂν ἐν ὑπονοίᾳ τισὶν ἐσομένης. Εἰ γὰρ καὶ

VARIÆ LECTIONES.

[51] διὰ μέσον A : an διὰ μέσου? [52] πάντοτε P. [53] φόβον A.

πολλοὺς πολλάκις ἀνέτλη πολέμους καὶ λίαν σφοδροτάτους ἡ πόλις, τούς τε ἐκ τῶν Βαρβάρων καὶ αὐτῶν δὲ τῶν συνομορούντων Σκυθῶν, πᾶν εἶδος ἀμυντηρίων κατ' αὐτῆς ἐπινοουμένων καὶ ψάμμου δίκην τῷ πλήθει τῆς στρατιᾶς εἰσρεόντων καὶ μηδὲ [54] ὑποφέρειν τὴν ἀπειλὴν αὐτῶν φιλονεικούντων (καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς ἦσαν ἀκάθεκτοι ταῖς ὁρμαῖς καὶ ποικίλῃ τινὶ πανοπλίᾳ πεφραγμένοι), ἀλλ' ἦν ἄρα περίγειος ὥσπερ ἡ μάχη, καὶ διέφευγε τὰς ἐπιβουλὰς τῷ ἀσφαλεῖ τοῦ τείχους τὴν ἔφοδον ὑπεκκλίνασα, καὶ τῷ συνήθως αὐτῇ καὶ θερμῶς ὑπερμαχοῦντι, λέγω δὴ τῷ πανενδόξῳ μάρτυρι Δημητρίῳ, τὴν ἑαυτῆς σωτηρίαν καταπιστεύουσα. Ἐκ πολλῶν γὰρ αὐτὴν κινδύνων ὁ [55] σωσίπατρις οὗτος ἐῤῥύσατο, καὶ τὸ νικᾷν αὐτῇ καὶ μήπω τοῦ πολέμου πειραθείσῃ πολλάκις συμπαθῶς ἐδωρήσατο. Ἀλλὰ ταῦτα ταῖς τῶν θαυμάτων αὐτοῦ βίβλοις ἐξηγῆσαι [56] παραχωρήσαντες τοῖς ἑξῆς ἡμεῖς τῶν ἤδη λεχθέντων προΐωμεν.

θ'. Ἦν οὖν ταῖς ῥηθείσαις αἰτίαις ἀνωτέρα κινδύνου παντὸς ἡ πόλις. Ἐξ ὅτου γὰρ ἡ κολυμβήθρα τοῦ θείου [57] βαπτίσματος τὸ τῶν Σκυθῶν ἔθνος τῷ χριστωνύμῳ λαῷ [P. 325] συνεμόρφωσε καὶ τὸ τῆς εὐσεβείας γάλα κοινῶς ἀμφοτέροις διείλετο, πέπαυτο μὲν ἡ τῶν πόλεων στάσις [58], ἀνεῖτο δὲ τῆς ἐνεργείας ἡ τὰς σφαγὰς ἐπιτηδεύουσα μάχαιρα, καὶ τὰ προλεχθέντα τῷ μεγαλοφωνοτάτῳ τῶν προφητῶν Ἠσαΐᾳ [59] ἐναργῶς ἐφ' ἡμῖν ἐπληροῦτο· αἱ μάχαιραι γὰρ ἡμῶν μετῆλθον εἰς δρέπανα καὶ αἱ ζιβύναι εἰς ἄροτρα, καὶ πόλεμος ἦν οὐδαμοῦ, καὶ τὴν περίχωρον ἅπασαν εἰρήνη κατεπρυτάνευε, καὶ οὐδεμία ἦν εὐζωΐας ἀφορμὴ ἧς οὐκ εἰς κόρον ἡμεῖς ἀπελαύομεν, ἔνθεν αἱ τῆς γεωργίας ἀφθονίαι, ἐκεῖθεν αἱ τῆς ἐμπορίας χορηγίαι. Γῆ γὰρ καὶ θάλασσα λειτουργεῖν ἡμῖν ἐξ ἀρχῆς ταχθεῖσαι πλουσίαν καὶ ἀδάπανον τὴν περὶ ἕκαστον ἐδωροφόρουν. Ὧν γὰρ ἦν ἐνδεῶς ἢ καὶ ἀνεπιτηδείως ἔχουσα πρὸς καρπογονίαν ἡ γῆ, τούτων παρ' ἑαυτῆς ἡ θάλασσα τὴν κτῆσιν μηχανωμένη καὶ ταῖς ὁλκάσι συνεισκομίζουσα ἀνενδεὲς τὸ λεῖπον ἐδίδου τοῖς χρῄζουσι. Τί δὲ τῶν ἁπανταχόθεν ἐπιδημούντων εἴποιμι πρῶτον, καὶ μάλιστα οἷς ἐφιλοτιμοῦντο τοὺς πολίτας ἡμᾶς, τὰ παρ' ἑαυτῶν διδόντες καὶ τὰ παρ' ἡμῶν ἀντιλαμβάνοντες; Λεωφόρου γὰρ δημοσίας τῆς πρὸς ἀνατολὴν ἀγούσης ἀπὸ τῆς δύσεως διὰ μέσου τῆσδε χωρούσης τῆς πόλεως, καὶ ἀναγκαίως πειθούσης τοὺς παροδεύοντας πρὸς ἡμᾶς ἐνδιατρίβειν καὶ τὰ πρὸς τὴν χρείαν πορίζεσθαι, πᾶν ὁτιοῦν ἂν εἴποι τις τῶν καλῶν ἐξ αὐτῶν ἐκαρπούμεθά τε καὶ προσεκτώμεθα. Ἔνθεν καὶ παμμιγής τις ὄχλος ἀεὶ περιεστοίχει τὰς ἀγυιὰς τῶν τε αὐτοχθόνων καὶ τῶν ἄλλως ἐπιξενουμένων, ὡς [60] εὐχερέστερον εἶναι ψάμμον παράλιον ἐξαριθμεῖν ἢ τοὺς τὴν ἀγορὰν διοδεύοντας, καὶ τῶν συναλλαγμάτων ποιουμένους [61] τὴν μέθοδον. Ἐντεῦθεν χρυσίου καὶ ἀργυρίου καὶ λίθων τιμίων παμπληθεῖς θησαυροὶ τοῖς πολλοῖς ἐγίνοντο, καὶ τὰ ἐκ Σηρῶν ὑφάσματα ὡς τὰ ἐξ ἐρίων τοῖς ἄλλοις ἐπινενόητο. Περὶ

A Barbarorum tum finitimorum Scytharum, machinamenta et oppugnantium astus varios excogitantium arenæque exæquatis copiis influentium ac cunctos minis terrentium (erant namque effrenato impetu et armorum omni genere septi), sustinuerit, cum esset terrestris conflictus, insidias eludebat, hujus muri securitate irruptionem declinans, solitoque atque ferventi suo defensori, gloriosissimo nempe martyri Demetrio, suam concredens salutem. Ex multis enim periculis servator hic patriæ ipsam liberavit, nec raro, cum necdum etiam bellum experta esset, victoriam perhumane concessit. Verum hæc libris qui de illius miraculis exstant narranda permittentes, ea prosequamur quæ deinceps sequuntur.

B 9. Civitas igitur ob eas quas dicebam causas omnis periculi secura agebat. Quo enim ex tempore Scytharum gens, sacri fontis aquis abluta ac Christiano populo sociata, pari illi munere pietatis lac sugere destinaverat, urbium desolationes finem habuerant; ad cædes instructi ensis mucro inhibitus erat retusumque ferrum, ac quæ olim prophetarum vocalissimus Isaias (2, 4) fuerat vaticinatus, nostro hoc ævo **500** adimpleta conspiciebantur. Nostri enim gladii transierant in falces et lanceæ in vomeres, nec usquam bellum erat; omnesque ubique finitimæ gentes in pace agebant; nullaque erat commodioris vitæ ratio ac occasio, qua non affatim frueremur. Inde frugum ubertas, inde mercaturæ emolumenta. C Terra enim et mare ab initio ad præstandum nobis obsequium constituta uberem sponteque paratam quandoque suam gratiam munusque conferebant. Quæ enim terra minus suppeditabat aut ex se proferre non satis erat idonea, hæc mare, mercimoniorum solertia comparata atque navibus invecta, quod egentibus deerat, abunde supplebat. Quid vero undequaque adventantium primum dixerim, ac quibus præcipue nos cives amice accipiebant, sua tribuentes atque vicissim nostra recipientes? Nam cum via publica ab occasu ad ortum per mediam hanc urbem duceret, cogeretque viatores in ea moras interponere et quæ in usum suum essent parare, quidquid quis bonorum dicat, ex illis consequebamur nobisque proveniebant. D Hinc promiscua ex omni hominum genere multitudo, tum indigenarum tum quoque modo hospitio receptorum, plateas semper circuibant; ut facilius sit arenas maris numerare quam eorum qui forum occupabant ac qui commerciis miscebantur censum inire. Hinc auri, argenti et pretiosorum lapidum ingentes ac copiosi thesauri vulgo accrescebant; vestesque sericæ perinde atque aliis laneæ **501** excogitabantur. Aliarum vero

VARIÆ LECTIONES.

[54] μηδὲν A. [55] γὰρ αὐτῶν κινδύνων αὐτὴν ὁ P. [56] ἐξηγεῖσθαι? [57] ἁγίου P. [58] αἱ τῶν πόλεων στάσεις P. [59] Ἰσαΐᾳ A. [60] ὡς om. A. [61] ποιουμένων P.

materiarum, æris, ferri, stanni, plumbi, vitri, quibus ad ignem opus facientes artes vitam tuentur ac fovent, vel meminisse superfluum duco, tanta scilicet eorum copia ut ex illis urbs quædam alia exstrui atque perfici posset

10. Hæc itaque ratione, omni ex parte rebus prosperis ad voluntatem fluentibus, urbs fortunata et artificum ingeniis condecorata, necnon ædificiorum magnificentia superbiens, num vel legum observatione vel civilis rei ordinibus vel dicendi gloria atque doctrina aliis inferior erat? Minime vero: nam illi scientia æque curæ erat ac visus oculis, æquitas pariter haud aliter ac vitæ negotiatio; vidissesque juvenum ac adolescentum pubem nulli prætercea quam disciplinis ac litterarum studiis vacare, unde scientiæ et artes robur obtinent. Harmonicæ vero musices cantiones aut canentium suavissima mele Deique laudibus ac clero mancipatorum studia dicturus, haud equidem scio quibus ea modis exprimam. Ad hanc enim usque narrationem nescio quomodo orationis impetu raptus, ac velut propriæ inscitiæ ac ruditatis oblitus, conabar moderate, et ut non alius quispiam harum valde imprudens rerum ignarusque omnium ac stupidus, quæ a tua virtute rogatus eram, scripto digerere ac explicare: exinde vero, ac præcipue quod suavium canticorum 302 ac melodiarum mihi incidit mentio, quo me vertam nescio, aut quo sermonis ducam lineam; quodnam item dulcissimarum concinnorumque modulatarum cantionum illarum omittam, quibus mortales cum cœlestibus potestatibus psallebant ac dies festos agebant. Etenim si quis eam modulantiam, quam uno ore in unum congregati omnes divinis canticis, in publicis conventibus, ad Deum emittebant, angelorum sonis concelebrantium, ubi lætantium omnium habitatio est, assimilaverit, is a scopo veroque ne vel minimum aberraverit.

11. Templa enim quædam prægrandia ac magnifica varioque ornatu pulcherrima, per mediam urbem exstantia ac exposita, veluti communia Numinis propitiatoria, cum primis vero, interque ea præcipuum, omnium effectricis divinæ et supersubstantialis Verbi sapientiæ, itemque semper Virginis immaculatæ ac Deiparæ, nec non cujus supra memini, gloriosissimi præclarique victoris, Demetrii martyris, ubi divina peregit certamina et victoriæ palmam reportavit, hæc nimirum recurrentibus per anni circulum festorum solemniis universæ multitudinis in se concionem cogentis lætitiam inenarrabilem et spiritale gaudium convenis inferebant, in horum si quidem singulis sacerdotum ordines cleri matriculam implebant, quorum opera mysticus cultus resque sacra peragitur; lectorum item cœtus, qui concinendis canticis diligentiam habeant,

γὰρ τῶν ἄλλων ὑλῶν, χαλκοῦ καὶ σιδήρου κασσιτέρου [62] τε καὶ μολίβδου καὶ ὑέλου, οἷς αἱ διὰ πυρὸς τέχναι τὸν βίον συνέχουσι, καὶ μνησθῆναι μόνον πάρελκον ἡγοῦμαι, τοσούτων ὄντων ὡς ἄλλην τινὰ δύνασθαι πόλιν δι' αὐτῶν δομεῖσθαί τε καὶ ἀπαρτίζεσθαι.

ι'. Οὕτω δὲ πανταχόθεν εὐθηνουμένη καὶ πλεονάζουσα, ταῖς τεχνικαῖς τε καλλυνομένη μεθόδοις καὶ ταῖς τῶν οἰκημάτων ὑπερηφανευομένη [63] λαμπρότησιν, ἆρα ταῖς ἐκ νόμων παρατηρήσεσιν ἢ ταῖς περὶ τὸ πολίτευμα τάξεσιν ἢ ταῖς περὶ λόγους αὐχήσεσιν ἐφαίνετο τῶν ἄλλων ἐνδεῶς ἔχουσα; Οὐμενοῦν· ἐσπουδάζετο γὰρ αὐτῇ γνῶσις ὡς ὀφθαλμοῖς βλέψις, [P. 326] καὶ εὐνομία ὡς ζωῆς πραγματεία. Καὶ εἶδες ἂν περὶ μηδὲν ἄλλο τὴν νεάζουσαν τῶν παίδων χῆραν [64] σχολάζουσαν ἢ περὶ λόγους, ἐξ ὧν ἐπιστῆμαι καὶ τέχναι τὸ κράτος ἔχουσι. Τὰ δὲ περὶ τῆς ἁρμονίου μουσικῆς τῶν ᾀσμάτων, ἢ τῶν ᾀδόντων τὰ ψυχοτερπῆ μέλη καὶ τῶν τῷ Θεῷ κεκληρωμένων σπουδάσματα ἐπὶ τῷ λόγῳ [65] σημάνω [66]; πῶς δὲ τὴν τούτων διαγράψωμαι δήλωσιν; Μέχρι γὰρ τοῦδε τοῦ διηγήματος οὐκ οἶδ' ὅπως τῇ ῥύμῃ τοῦ λόγου συναπαχθεὶς, καὶ τῆς οἰκείας ὥσπερ ἰδιωτείας ἐπιλαθόμενος, ἐπειρώμην μέτριόν πως [67], καὶ ὡς οὐκ ἄν τις ἄλλος τῶν λίαν ἀμαθῶν καὶ ἀγροίκων, τῶν παρὰ τῆς σῆς ἀρετῆς αἰτηθέντων τὴν δήλωσιν διαγράφεσθαι· τὸ δ' ἀπὸ τούτου, καὶ μάλισθ' ὅτε τῆς εὐρύθμου τῶν ᾀσμάτων ἐμνήσθην ἡδυφωνίας, οὐκ οἶδα τίς γένωμαι ἢ ποῖ τῷ λόγῳ χωρήσω, ποῖον δὲ παραλείπω [68] τῶν ἡδίστων ἐκείνων καὶ εὐτάκτων μελῳδημάτων, οἷς συνέψαλλον καὶ συνεόρταζον ἄνθρωποι ταῖς οὐρανίαις δυνάμεσιν. Εἰ γάρ τις τὴν μοῦσαν ἐκείνην, τὴν ἐκ παντὸς στόματος ὑφ' ἓν τῷ Θεῷ ἀναπεμπομένην τοὺς ὕμνους ἐν ταῖς πανδήμοις συνάξεσι, τῷ ἤχῳ τῶν ἑορταζόντων ἀγγέλων, ἔνθα εὐφραινομένων πάντων ἡ κατοικία, ἐξεικονίσαι θελήσειεν, οὐδὲν τοῦ δέοντος ἁμαρτήσεται.

ια'. Ναοὶ γάρ τινες παμμεγέθεις καὶ περικαλλεῖς τῇ ποικίλῃ διακοσμήσει, διὰ μέσου προβεβλημένοι τῆς πόλεως ὥσπερ τινὰ κοινὰ πρὸς τὸ θεῖον ἱλαστήρια [69], καὶ τούτων μάλιστα ὁ τῆς παντουργοῦ καὶ θείας τοῦ ὑπερουσίου Λόγου Σοφίας οἶκος, καὶ ὁ τῆς Ἀειπαρθένου πανάγνου καὶ Θεομήτορος, ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ τοῦ προλεχθέντος πανενδόξου καὶ καλλινίκου μάρτυρος Δημητρίου, ἔνθα τοὺς θείους ἄθλους διήνυσε καὶ τὸ βραβεῖον τῆς νίκης ἐδέξατο, οἱ καὶ τὸν ἅπαντα δῆμον ταῖς κατὰ περίοδον ἐπανιούσαις τῶν ἑορτῶν ἡμέραις ἐν ἑαυτοῖς ἐκκλησιάζοντες, ἀνεκλάλητον εὐφροσύνην καὶ πνευματικὴν χαρμονὴν τοῖς συνιοῦσιν ἐβράβευον. Ἐκεκλήρωντο γὰρ ἐν ἑκάστῳ τούτων τάγματα ἱερέων, δι' ὧν ἡ μυστικὴ τελεῖται λατρεία, καὶ ἀναγνωστῶν συστήματα, δι' ὧν ἡ τῶν ᾀσμάτων σπουδάζεται ὑμνῳδία, ἀμοιβαδὸν τοὺς στίχους ἀλαλάζοντες, καὶ ταῖς χειρονομίαις τῶν μελῶν

VARIÆ LECTIONES.

[62] κασσιτήρου AP. [63] περιφανευομένη A. [64] κοῦραν? cf. p. 367 A. [65] τὰ σπουδάσματα ποίῳ λόγῳ? [66] σημανῶ A. [67] μέτριόν πως] μετρίως? [68] παραλίπω? [69] ἐξιλαστήρια A.

τὸν φθόγγον διατιθέντες, καὶ μεγάλην τινὰ καὶ ἀξιοθέατον χορείαν συνιστῶντες, τῷ τε εἴδει τῆς ἀστραπτούσης στολῆς [P. 327] τὰς τῶν ὁρώντων θέλγοντες ὄψεις, καὶ τῇ τεχνωμένῃ τῶν ψαλμῶν λύρᾳ τὴν ἀκοὴν κατατέρποντες. Τί γὰρ ἦν πρὸς τοῦτον τὸν ὕμνον ὁ μυθικὸς Ὀρφεὺς ἢ ἡ Ὁμηρικὴ μοῦσα ἢ τὰ τῶν Σειρήνων ληρήματα, τῷ ψεύδει τῶν πλασμάτων ἀναγραφόμενα, οἷς [70] λόγος μὲν ἐπαίνων οὐδεὶς ἀληθής, φῆμαι δὲ ψευδεῖς τοὺς ἀνθρώπους πλανῶσαι καὶ πρὸς ἀπάτην ἀνδραποδίζουσαι; Μάτην οὖν ἐν τούτοις ἐψευδοκτύπησαν οἱ [71] Ἕλληνες, τὴν ἀληθῆ γνῶσιν τῶν πραγμάτων ἀφῃρημένοι καὶ ταῖς κενολογίαις τῆς αὐτῶν δεισιδαιμονίας [72] καθ' ἑαυτῶν ὁπλισάμενοι. Ἡμῖν δὲ καὶ τὸ σεβαζόμενον ἦν ἀληθὲς καὶ αὐτὸ δὲ τὸ ὑμνούμενον.

ιβ'. Ἔνθα δή μοι καὶ θάμβος ἐπέρχεται καὶ φρίκη καὶ ἔκπληξις, ὅταν κατὰ νοῦν λάβω πῶς ὁ τοιοῦτος καὶ τοσοῦτος ὕμνος, ὁ μήπω τινὶ τῶν ἄλλων προσφερομένων [73] θυσιῶν τῷ μεγέθει ἐξομοιούμενος, ἀθρόον οὕτως ἐσίγησε καὶ εἰς οὐδὲν ἐλογίσθη καὶ ὡς ὄναρ ὑπανεχώρησε. Πλήν γε τοῦτο λογίζομαι, ὅτι ἐν ταῖς [74] ἁμαρτίαις ὄντες τὰ θεῖα κατὰ τὸν Ψαλμῳδὸν ἐδιηγούμεθα δικαιώματα, καὶ τὸ μοχθηρὸν ἡμῶν τῶν τρόπων ἀδόκιμον τὸ περιφανὲς τοῦτο καὶ σεβάσμιον ἀπειργάσατο, ἀνάξιον κρίναντος τοῦ Θεοῦ βεβήλοις καὶ ἐναγέσι χείλεσιν ὑμνεῖσθαί τε καὶ γεραίρεσθαι. Μέχρι γὰρ τίνος τὴν ἀληθῆ αἰτίαν τοῦ πάντα κίνδυνον ἐπενεχθῆναι ἡμῖν εἰς μέσον οὐ παριστῶμεν, ἵν' ἔχωσι γνῶναι διὰ τοῦ καθ' ἡμᾶς ὑποδείγματος οἱ μετέπειτα ὅπως δεῖ λατρεύειν Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ καὶ ἑαυτοὺς ὑπεράνω παντὸς ὀλέθρου διατηρεῖν, ἵνα μὴ τοῖς ὁμοίοις ἡμῶν τῆς κακίας ὑπολισθαίνοντες πλημμελήμασι τὴν θείαν ἀγανάκτησιν ἐφ' ἑαυτοὺς ἐπισπῶνται. Οὐδὲ γὰρ ἄλλου τινὸς ἕνεκεν τῆς μεγάλης ἀπειλῆς ἐκείνης, ἧς καὶ μεμνημένος ἐξίσταμαι, διὰ πείρας γεγόναμεν, ἀλλ' ἢ διὰ μοχθηρᾶς καὶ κακῆς προαιρέσεως, εἴτε διὰ τὸ παρηλλαγμένον καὶ διάφορον τῆς τε πολιτείας καὶ τῶν ἠθῶν, τῶν συνεισρεόντων [75] τῇ πόλει ἀνθρώπων [76] ἐκ παντὸς ἔθνους καὶ τόπου ἄλλων ἄλλο τι συνεισφερόντων κακὸν καὶ τούτου τῷ πλησίον μεταδιδόντων (καὶ γὰρ δι' ἣν εἴπομεν ἄφθονον τῶν χρειῶν χορηγίαν οἱ τῶν πλησίον χωρῶν καὶ πόλεων ἄνθρωποι ἐν ταύτῃ τὴν οἴκησιν μετηλλάττοντο, καὶ μάλισθ' ὅσοι ταῖς ἤδη προαλωθείσαις νήσοις ἐκ τῆς [77] τῶν δυσωνύμων Ἀγαρηνῶν ἐπιδρομῆς ὑπελείφθησαν, ἐπὶ τήνδε προσέφευγον, μηδεμίαν, ὡς ὑπελάμβανον, ἐν αὐτῇ πολεμίων φροντίδα τοῦ λοιποῦ ποιησόμενοι), εἴτε δὲ πάλιν διὰ τὸ ἀνειμένον [P. 328] τῆς τρυφῆς καὶ ἀφρόντιστον καὶ πρὸς πᾶσαν ἡδονὴν ποικίλον τῆς χρείας καὶ ἐπιτήδειον ὥσπερ τινὰ λήθην πεπόνθαμεν τοῦ Θεοῦ, μακράν τινα καὶ ἀδιεξόδευτον πλανώμενοι πλάνην, καὶ καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, ἕκαστος ταῖς ἰδίαις ἐπιθυμίαις ἐπορευόμεθα, ἀδεῶς κατὰ πάσης ἁμαρτίας

A et alternis versus tinniant, manuumque **503** motibus modulationum sonos disponant, ac magnam quamdam digneque spectabilem choream constituant, tum effulgente vestium forma spectantium oculos demulcentes, tum artificiosa psalmorum lyra auditum oblectantes. Quid enim erat, si hæc cantica consideres, fabulosus Orpheus aut Musa Homerica aut Sirenum deliramenta, fictionum mendaciis digesta, ut nulla laudum vera ratio sit, sed falsi rumores, mortalium genus seducentes atque errori mancipantes? Frustra igitur in his Græci crepantibus buccis sese jactant, qui vera rerum scientia careant vanisque sermonibus ipsi sibimetipsis pugnent: nobis vero tum Numen verum est, tum ipsum quod canimus laudisque obsequio fre-
B quentamus.

12. Hic mihi et admiratio subit incessitque horror ac stupor, dum mente recolo quomodo talis et tanta modulatio, ipsa nulli non alii hostiarum, quæ Deo offeruntur, magnitudine præstans, sic repente conticuit et in nihilum abiit velutque somnium abscessit. Enim vero hoc recogito: nempe cum in peccatis essemus, juxta Psalmistæ (*Psal.* XLIX, 6) sententiam, divinas enarrabamus justitias, morumque nostrorum improbitas illustrem hunc ac venerabilem cultum reprobum effecit, indignum judicante Numine profanis impurisque labiis laudari se honorique haberi. Quousque enim tandem veram causam, ob quam nobis omnis hæc illata **504** ma-
C lorum vis, in medium non adducimus, ut nostro exemplo discant posteri quonam pacto colendus sit Deus vivus ac verus, seque ab omni servent immunes interitu, ne iisdem atque nos delectis obnoxii divinam in se attrahant indignationem? Nam nulla alia causa immanis illius pœnæ iræque, cujus vel sola memoria extra mentis sedem exco, periculum fecimus nisi ob pravam perditamque voluntatem, sive propter dissonos diversosque mores ac ingenia seu instituta, omni ex gente ac loco in urbem confluentium atque aliud alias malum importantium ac cum proximo illud communicantium. Nam propter eam, quam diximus, uberem rerum in vitæ usum suppeditationem vicinarum regionum atque urbium incolæ mutatis sedibus in hac habi-
D tationem locabant; ac præcipue qui ex captis jam insulis per impuros Agarenos illorum grassationi superstites fuerant, ad eam confugiebant, nulla deinceps, ut sibi videbatur, hostium cura solliciti, atque in eam rationes suas transferebant. Sive rursus etiam propter molles delicias nullisque studiis animum implicatum, tum ad omnem libidinem, ita usu subministrante, proclive ingenium, velut in Dei quamdam oblivionem venimus, longo quodam et inextricabili viarum errore ab illo abjuncti. Et, ut ait Apostolus, unusquisque desideriis

VARIÆ LECTIONES.

[70] ὡς P. [71] οἱ om. A. [72] τῆς αὐτῶν δεισιδαιμονίας om. P. [73] προφερομένων A. [74] ταῖς om. A. [75] συνεισιόντων P. [76] ἀνθρώπων om. P. [77] τῆς om. P.

nostris ambulabamus, ad omnia licenter scelera procurrentes, et viam quæ ad virtutem ducat pro nihilo habentes.

505 13. **Quod enim malitiæ genus, ut verum dicamus, in nobis non exercebatur? Fornicationes, adulteria, immunditiæ, odia, mendacia, furta, lites, contentiones, convicia, iræ, rapinæ, injustitiæ; et malorum omnium causa, invidentia, commune omnium studium et quotidianum atque forensis meditatio erat. Neque enim ullus nostrum hoc satagebat ut de proximo bene mereretur, sed ut illi invisum aliquid malumque inferret stolide machinabatur. Nec ut ex suo egenti tribueret, implens quod misericordiæ est, animo reputabat, sed ut de alieno substantiam augeret, gentilibus suis pugnabat, cum se invicem deriderent, mutuo cæderent, alter alteri calumniam strueret ac detraheret, nullum non malum secum ipsi excogitarent, pupillos suffocarent, viduarum fines invaderent, inimicitias necterent. Enimvero quis horum omnium exitus? Torpet animus rerumque magnitudini linguam injicere horret; nec rursus malorum, quibus jam perfuncti sumus, meminisse sustinebam. Quia tamen fieri non potest ut istiusmodi narrationum memoriam vitemus, qua ratione nova quædam ac terribilis narratio mundo relicti sumus, periculi magnitudinem narraturus accedo, ut et ipse cognoscas quænam sint peccati obsonia atque præmia (*Rom.* VI, 23). Cum enim luxu perditi essemus, voluptate liquesceremus ac mollitie flueremus, malisque omnibus institutis vitam duceremus; cum, ut Psaltes concinit (*Psal.* XIII, 3), omnes declinassent, simul inutiles facti essent, nec esset qui Deum requireret,**
506 tunc tremendum illud minarum pondus experti sumus, quin imo, ut verius dicam, eversionis seu justæ retributionis.

A χωροῦντες καὶ τῆς πρὸς ἀρετὴν ἀγούσης μηδεμίαν ποιούμενοι ἐπιμέλειαν.

ιγ'. Ποῖον γὰρ εἶδος κακίας, εἰ δεῖ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἐν ἡμῖν οὐκ ἐπράττετο; Πορνεῖαι, μοιχεῖαι, ἀκαθαρσίαι, μίση, ψεύδη, κλοπαί, ἔριδες, φιλονεικίαι, λοιδορίαι, θυμοί, πλεονεξίαι, ἀδικίαι· καὶ ὁ ἀρχηγὸς τῶν κακῶν φθόνος κοινὸν ἐμμελέτημα καθ' ἑκάστην [78] καὶ ἀγοραῖον ἦν. Οὐ γὰρ ὅστις ἡμῶν τῷ πλησίον πράξει καλῶς διὰ σπουδῆς εἶχεν, ἀλλ' ὅστις αὐτῷ τῶν ἀβουλήτων ἐπενεγκεῖν τι φρενοβλαβῶς ἐτεκταίνετο· οὐδ' ὅστις ἐκ τοῦ οἰκείου μεταδοῦναι τῷ χρῄζοντι τὸ συμπαθὲς πληρῶν ἐβεβούλητο, ἀλλ' ὅστις ἐκ τοῦ ἀλλοτρίου τὸ οἰκεῖον πλεονάσαι πρὸς τὸν [79] ὁμόφυλον διεμάχετο, κατ' ἀλλήλων εἰρωνευόμενοι, ἀλλήλους πλήττοντες, B ἀλλήλους διαβάλλοντες [80], πᾶν ὁτιοῦν κακὸν ἐν ἑαυτοῖς ἐξευρίσκοντες, ὀρφανοὺς ἄγχοντες, ὁρίοις χηρῶν ἐπεμβαίνοντες, ἔχθρας συνάπτοντες. Καὶ τί δὴ τὸ τέλος τούτων ἁπάντων; Ὀκνῶ μὲν τὴν γλῶτταν τῷ μεγέθει τῶν πραγμάτων ἐπαφιέναι, καὶ οὐκ ἂν ἠνεσχόμην τῶν ἀλγεινῶν ἐκείνων ὧν ἤδη πεπόνθαμεν καὶ πάλιν ἐπιμνησθῆναι· ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν τοιούτων διηγημάτων οὐκ ἔστιν ὅπως ὑπεκκλῖναι τὴν μνήμην, δι' ὧν τῷ βίῳ καινόν τι καὶ φοβερὸν ὑπελείφθημεν ἄκουσμα, λέξων ἔρχομαι τοῦ κινδύνου τὸ μέγεθος, ἵν' εἰδῇς καὶ αὐτὸς ὁποῖα τῆς ἁμαρτίας εἰσὶ τὰ ὀψώνια. Ἐν ὅσῳ γὰρ ἐτρυφῶμεν, ἐν ὅσῳ ἐσπαταλῶμεν καὶ πᾶσιν ἀτόποις διεζῶμεν ἐπιτηδεύμασιν, ὅτε κατὰ τὸ ψαλμικῶς ῥηθὲν *πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐκζητῶν τὸν Θεόν*, τότε τῆς C φοβερᾶς ἐκείνης ἐπειράθημεν ἀπειλῆς, μᾶλλον δὲ καταστροφῆς, ἵν' οἰκειότερον εἴπω, ἢ δικαίας ἀνταποδόσεως.

14. Et considera hic quoque Dei humanitatem, qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat (*Ezech.* XXXIII, 11). Cum enim sciret projectam scelestissimamque animi nostri ad mala pronitatem, quid machinatur ac consilii init, ut perditum illum furorem inhibeat et ad conversionem inducat? Primum quidem, quæ dicta a nobis est, **Berrhoeam, urbem finitimam, cum tota vicinia terræmotu quassavit, adeo ut multi eo oppressi perierint. Quid inde disponens ac procurans? Ut nos scilicet, malorum divina ultione aliis inflictorum sensu percepto, tandem aliquando a propriis ipsi malis abstineremus actusque nostros ad virtutem dirigeremus. Deinde, quia ne illo quidem casu de veteri vigente in nobis consuetudine quidquam remiseramus, ad aliud machinæ genus transit, in aliis ante specimen edens ejus calamitatis quæ nobis ipsis obventura esset, dum nulla pœnitudine peccaremus. Demetrias namque sic dicta, Græciæ alia urbs, haud longe a nobis dissita, tum accolarum frequentia, tum rebus aliis, quibus urbes altum sapere ac gloriari solent, supra finitimas alte**

ιδ'. Καὶ σκόπει κἀνταῦθα τοῦ Θεοῦ [81] τὸ φιλάνθρωπον, τοῦ μὴ βουλομένου τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῇν αὐτόν. Εἰδὼς γὰρ τὸ ἀκάθεκτον καὶ μοχθηρὸν τῆς γνώμης ἡμῶν ἐπὶ τὰ πονηρὰ, τί μηχανᾶται πρὸς τὸ τὴν ὁρμὴν ἐπισχεῖν [P. 329] τῆς κακίας καὶ ἐπιστροφῆς ἡμῶν ἐμβαλεῖν αἰτίαν; Πρῶτον μὲν τὴν ἤδη λεχθεῖσαν γείτονα πόλιν, τὴν Βέῤῥοιαν λέγω, ἐπικατασεισθῆναι πεποίηκε τοῖς περιοίκοις ὡς πολλοὺς [82] τῶν ἐκεῖσε συλληφθέν- D των ἐξαναλῶσαι, τί διοικούμενος ἐκ τούτου; Ἵν' ἡμεῖς πάντως τῶν ἑτέροις ἀπειλουμένων τὴν αἴσθησιν λαβόντες, τῶν ἰδίων κακῶν ἀποχὴν κἂν ὀψὲ γοῦν ποιησώμεθα καὶ πρὸς ἀρετὴν τὰς πράξεις ἰθύνωμεν. Εἶτα ἐπειδὴ τούτου γενομένου οὐκ ἐνεδώκαμεν τῆς κρατούσης ἐν ἡμῖν παλαιᾶς συνηθείας, ἐφ' ἕτερον εἶδος μηχανῆς μεταβαίνει, καὶ τὴν ἡμῖν αὐτοῖς ἔσεσθαι μέλλουσαν ἀμεταμέλητα πράττουσι συμφορὰν ἐν ἄλλοις προϋποδείξας. Δημητριὰς γὰρ οὕτω καλουμένη τῆς Ἑλλάδος ἑτέρα πόλις, οὐ μακρὰν ἡμῶν ἀπῳκισμένη, πολλῷ πλήθει τῶν οἰκητόρων καὶ τοῖς ἄλλοις οἷς μέγα καυχῶνται πόλεις τῶν ἔγγιστα ὑπεραιρομένη [83], οὐ πρὸ πολλοῦ τῆς ἡμῶν ἁλώσεως ἔργον

VARIÆ LECTIONES.

[78] ἕκαστον P. [79] τὸν] τὸ P. [80] ἐνδιαβάλλοντες A. [81] τὸ τοῦ Θεοῦ P. [82] πολλῶν P. [83] ὑπεραιρουμένη AP.

ἐγένετο τῶν Βαρβάρων. Πολιορκηθεῖσα γὰρ ὡς μικροῦ δεῖν πάντων [84] τῶν ὑπ' αὐτὴν ἐν μαχαίρᾳ πεσεῖν, οὐδὲν ἕτερον παρεῖχε νοεῖν ἢ τοῖς κακοῖς ἡμᾶς ἐπιμένοντας τὴν ὁμοίαν πεῖραν τῶν πραγμάτων ἐκδέχεσθαι καὶ καθάπερ εἰς ἔμψυχον στήλην ἐν αὐτῇ τὰ κεχρεωστημένα ἡμῖν ἀναγινώσκειν παθήματα.

ιε'. Ἀλλὰ μηδεὶς ἀποφαινόμενόν με οἰέσθω ταῦτα λέγοντα [85] ὅτι δι' ἡμᾶς αἱ πόλεις αὗται τῶν φοβερῶν τὴν πεῖραν ἐδέξαντο. Ὠφείλετο γὰρ αὐταῖς, ὡς οἶμαι, καὶ δι' οἰκείαν μοχθηρίαν ὁ κίνδυνος, ὡς καὶ ἡμῖν μετ' ἐκείνας, ἀξίας τῶν ἡμαρτημένων ἑκάστῳ τὰς τιμωρίας ἐπάγοντος τοῦ Θεοῦ. Ἀλλ' ἐν τούτοις καὶ ἡμᾶς οὐ τὴν τυχοῦσαν ἀφορμὴν τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐπιστροφῆς καὶ σωτηρίας εὔκολον ἦν ἐξευρεῖν, τὴν ἐκείνων καταστροφὴν οἰκείαν ἀσφάλειαν ποιουμένους. Ὅμως ἐπειδὴ τὸν νοῦν ἡμῶν εἶδεν [86] ὁ τὰς καρδίας ἐρευνῶν πάσῃ σπουδῇ τῆς ἐπ' ἀπωλείᾳ ἀγούσης ἐχόμενον, μηδεμίαν [87] μὲν τῶν σωτηρίων ἐντολῶν καὶ παιδευτικῶν ἐνεργειῶν ὑπολειφθεῖσαν, ἐξ ὧν αἰσθητικὴ καὶ νήφουσα ψυχὴ τὸ καλὸν μεταμανθάνει, διαφεύγουσα τῶν χειρόνων τὰς πράξεις, δι' ἃς ἐπέρχεται ἡ ὀργὴ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας, ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος, ἔδει δὲ τὴν κακίαν ἐκτριβῆναι, ἵνα μὴ τῇ ἐπὶ πλεῖον προόδῳ καὶ ἑτέρους λυμαίνοιτο, διὰ τοῦτο ἀφῆκεν ἡμῖν ἐπενεχθῆναι τὴν φοβερὰν ἐκείνην καὶ φρικώδη πληγὴν, ἵν' ὅπερ ἄλλων πασχόντων ἡμεῖς οὐκ ἐδιδασκόμεθα, τοῦτο ἡμεῖς παθόντες ἄλλοις ὑπόδειγμα ποιησώμεθα.

[P. 330] ις'. Ἀλλὰ τί δεῖ μακρολογεῖν; καιρὸς γὰρ ἤδη τῶν καιρίων διηγημάτων ἐφάψασθαι, καὶ ὅπως τὴν ὀδυνηρὰν ἐκείνην πολιορκίαν ὑπέστημεν παραστῆσαι τῷ λόγῳ, ὡς εἶναι τοῖς μετέπειτα νουθεσίας ὑπόθεσιν καὶ ἐναργοῦς διδασκαλίας παραίνεσιν. Ἐν τούτοις γὰρ ὄντων ἡμῶν ἧκέ τις ταχυδρόμος ἄγγελος ἀπὸ τοῦ κρατοῦντος τὰ τῶν Ῥωμαίων σκῆπτρα, Λέοντος τοῦ φιλευσεβοῦς ἄνακτος, τὴν ἔφοδον τῶν Βαρβάρων, λέγω δὴ τῶν δυσωνύμων Ἀγαρηνῶν, καταμηνύων καὶ ὡς τάχα ὁπλίζεσθαι, πρόσφυγάς τινας ἀπ' αὐτῶν ἐκείνων τῶν Βαρβάρων ἀφῖχθαι λέγων, καὶ τὴν βουλὴν αὐτῶν, ἥτις ἐστὶ, προειπόντας τῷ βασιλεῖ, καὶ ὅτι πᾶσαν τὴν ὁρμὴν ἐπὶ τήνδε πεποίηνται, ὑπὸ πολλῶν ἤδη τῶν ὑπ' αὐτῶν προχειρωθέντων βεβαιωθέντες ὡς ἀτείχιστός ἐστιν ἐκ τοῦ πρὸς θάλασσαν μέρους καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν νηῶν μάχαις εὐεπιχείρητος. Ταύτης οὖν ἀγγελθείσης τῆς πονηρᾶς ἀγγελίας, θροῦς μὲν ἐγένετο κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν καὶ φόβος καὶ τάραχος, ἀσυνήθους πράγματος καὶ φοβεροῦ ταῖς ἀκοαῖς ἡμῶν ἐν ἀρχαῖς προσπεσόντος, ἐβουλευσάμεθα δὲ, οἴμοι! τὴν οἰκείαν περιποιήσασθαι σωτηρίαν, καὶ ὅσα πρὸς τὴν τῶν ἐναντίων ἄμυναν καταρτίζειν, καὶ πρὸς τὸν κατ' αὐτῶν πόλεμον διεγείρεσθαι. Πλὴν ἔκαμνε μὲν ὁ λογισμὸς ἑκάστου καὶ ταῖς ἄλλαις μερίμναις τῆς ἀπειρίας τοῦ μάχε-

A supercilium tollens, haud multo ante nostræ urbis excidium in Barbarorum potestatem venit. Obsessa enim ac capta, ut pene omnes qui in ea erant gladio ceciderint, nihil aliud **507** cogitandum animis ingerebat quam fore ut qui in malis perseveraremus, parem in eos ultionem exciperemus, et ut velut in animata columna ac cippo, quæ nobis debita essent mala diraque, perscripta legeremus.

15. Nullus tamen existimet, dum hæc ita pronuntio, me velle hasce urbes nostri causa tremenda hæc expertas fuisse illisque malis factas obnoxias. Nam et illis, opinor, ob ipsam earum pravitatem, æque ac nobis post ipsas, animadversio debebatur, Deo scilicet singula quæque scelera digne ulciscente. Verum in iis nos quoque haud levem occasio-
B nem melioris frugis ineundæ atque salutis facile fuit invenire, ita nimirum ut earum casu noxæque res nostras in tuto collocaremus. Verumenimvero quia is qui corda scrutatur (*Psal.* VII, 10) animum nostrum omni studio hærere noverat viæ quæ ducit ad interitum, cum nihil ei salutarium mandatorum castigationumque deesset, quorum sensu ad sobrietatem reductus animus mutato consilio, quod honestum ac officii est, condiscit, vitans scelera ob quæ ira ingruit in filios inobedientiæ, ut ait Apostolus (*Ephes.* V, 6), decebatque malitiam elidi ac aboleri, ne majus incrementum faceret atque aliis noxam inferret, idcirco tremendam illam atque horrendam plagam nobis inflixit, ut quod
C aliorum malis præmoniti non didiceramus, ejus nos aliis, nostro ipsi periculo, exemplo essemus ac documento.

508 16. Sed quid necesse orationem trahere? Jam enim tempus est necessaria rerum momenta aggredi, ac modum quo diram illam obsidionem pertulimus sermone referre, quo scilicet inde posteris admonitionis argumentum ac ratio claræque doctrinæ adhortatio sit. Etenim cum res nostræ ita se haberent, celer quidam cursor nuntius a Leone, piissimo imperatore tum imperii Romani sceptra moderante, venit: Barbarorum (inauspicati scilicet nominis atque ominis Agarenorum) irruptionem denuntians, ad arma statim convolare jubet. Venisse profugos quosdam ex ipsis Barbaris, eo-
D rumque consilii imperatorem præmonuisse: impetum omnem versus Thessalonicam vertere, ea scilicet ratione, quod ex pluribus jam ab eis bello captis ac subjugatis certo didicerint, qua parte respicit mare, nullis eam cingi mœnibus exque navibus conserta pugna facile expugnari posse. Malo hoc igitur allato nuntio per totam urbem rumor diditur, timorque ac titubatio omnes occupat, insueta plane re atque tremenda tum primum nostris auribus illapsa. Eo nobis (heu!) versa consilia, ut salutem nostram tutaremur, ac quæ arcendo hostes essent omnia pararemus, atque ad bellum sustinendum animis excitaremur. Verum

VARIÆ LECTIONES.

[84] πάντας? [85] λέγειν? [86] οἶδεν AP. [87] μηδεμίαν] καὶ μηδεμίαν?

concidebat cujusque animus, cum aliis disjectus curis, quod bello inexperti eramus nulloque rei usu, nec ut ipsa ejus ducenda exordia noveramus; tum vero magis quod murus nihil idoneus erat, quo et **509** hostium impetum exspectabamus, omnium animos desperatione mergebat. Ac sane res suspecta erat, non solum nobis bello inexpertis ac inermibus, sed et si qui jam exercitati istiusmodi rerum causas apprime callerent.

17. Itaque in eam sententiam ivimus, si quid esset moliendum, id esse in ipso muro conandum, et ante omnia illius securitati et in melius refectioni prospiciendum. Cogitata non laudabat qui ab imperatore nuntium nobis attulerat (Petronæ nomen erat), vir protospathariorum ascriptus catalogo; cui erat impositum ut paululum in urbe commoraretur opemque suam conferret et rebus debita subsidia subministraret. Is aliud sapientissimum consilium, quippe valde efficax ac salutare, se invenisse aiebat, nisi illud quoque scelera nostra dissipassent, quæ nostro excidio sternebant viam. Namque cum aliis vir ille, sed maxime rerum experientia præstaret, intra se ipsum examinans, si in exstruendis muris cura adhiberetur, maxima urbi adfutura incommoda, et nihilo magis iis se profecturum qui ante ipsum simile opus aggressi essent, ad aliud securitatis genus (et nota quam aptum ac peropportunum) animum advertit. Considerabat enim, cum pars urbis noto adversa marinis aquis tota circumlueretur, si inde Barbari arma movissent, quidquid libuisset, in ea facile effecturos, cum nemo ipsorum ascensui in muros (ipsos humiles ac terræ contiguos) impedimento **510** esse posset: nam navium puppis ita eminebat, ut ex ea tanquam ex loco superiori in propugnaculis immorantes hostium jaculis obnoxii essent. Statuit igitur aggerem quemdam arteque factitatas insidias in aquis ipsis occultare, quibus securitas urbi simulque hostibus obstaculum foret. Erant namque in tractu urbis ad Orientem ac Occidentem vergente plurima ex uno lapide excavata sepulcra, quibus antiquitus gentiles, qui eam inhabitaverant, suos mortuos condebant. Hæc ille in unum convehens, ac mirabili quodam artificio, cujus ipse solus sibi auctor exstiterat, in mare demergens, et perparvo intervallo a se dissitos, ordine tamen digestos inter aquas contegens, marinum quoddam ac pene inauditum munimentum, eo ipso muro qui ad continentem altiore structura eminebat validius ac securius, artificiosa vere sedulitate condebat. Et jam opere præstitum fuisset, omnem urbi securitatem præstans, cum non possent naves appellere noxaque urbem afficere, ni hoc quoque propter nostram improbitatem interruptum in nihilum recidisset.

A σθαι, μήπω τοῦ πράγματος ὤν ἐν πείρᾳ, μηδ' ὅπως τὴν ἀρχὴν λαμβάνει δεδιδαγμένος· πλέον δὲ τὸ μὴ ἐπιτήδειον εἶναι τὸ [88] τεῖχος ἔνθα καὶ τὴν προσβολὴν ἐσκοποῦμεν, τὰς ἁπάντων ψυχὰς κατεβύθιζε· καὶ γὰρ ἦν ὡς ἀληθῶς ὕποπτον, οὐ μόνον τοῖς ἀπειροπολέμοις καὶ ἀόπλοις ἡμῖν, ἀλλ' ἤδη καὶ αὐτοῖς τοῖς γεγυμνασμένοις καὶ προαποκειμένας ἔχουσι [89] τὰς τῶν τοιούτων πραγμάτων αἰτίας.

ιζ'. Ἐβουλευσάμεθα δ' οὖν, εἴ τι καὶ δέοι πράττειν, ἐν αὐτῷ πράττειν τῷ τείχει καὶ πρώτης ἔχεσθαι τῆς αὐτοῦ ἀσφαλείας καὶ πρὸς τὸ κρεῖττον μεταποιήσεως. Οὐ συνεβούλευε δ' ἡμῖν τοῦτο τέως ὁ ταύτην ἡμῖν τὴν ἀγγελίαν πρὸς τοῦ βασιλέως κομίσας (Πε- B τρωνᾶς δὲ οὗτος ἐκαλεῖτο, τῷ καταλόγῳ τῶν πρωτοσπαθαρίων ἐναριθμούμενος, ὃς ἦν ἐπιτετραμμένος ἐγχρονίσαι μικρὸν τῇ πόλει καί τινος αὐτῇ μεταδοῦναι βοηθείας καὶ δεούσης ἐν τοῖς πράγμασι συνεργείας), ἄλλην δὲ σοφωτάτην ἔλεγεν ἐξευρεῖν ἐπίνοιαν, ὡς λίαν ἐνεργῆ καὶ σωτήριον, εἰ μὴ καὶ ταύτης αἱ προοδοποιοῦσαι τὴν καθ' ἡμῶν ἀπώλειαν ἁμαρτίαι ἀναίρεσιν καθυπέβαλον. Ἐλλόγιμος γὰρ ὢν ὁ ἀνὴρ καὶ πολλὴν πραγμάτων ἐσχηκὼς πεῖραν, καθ' ἑαυτὸν συνιδὼν ὡς εἰ θελήσοι [P. 331] τοῦ τείχους τῆς οἰκοδομῆς ἐπιμεληθῆναι, καὶ κόπους παρέξει τῇ πόλει καὶ πλέον οὐδὲν τῶν πρὸ αὐτοῦ περὶ τούτου φροντισάντων ὀνήσειεν, ἐφ' ἕτερον εἶδος ἀσφαλείας (καὶ σκόπει πῶς εὔφορον καὶ ἁρμόδιον) τὸν νοῦν μετηγάγετο. Εἰδὼς γὰρ ὡς ἅπαν περικλύζεται τὸ κατὰ νότον C μέρος τῆς πόλεως ὑπὸ [90] τῶν θαλασσίων ὑδάτων, ἐκεῖθεν δὲ προσπίπτοντος τοῦ πολέμου εὐχερῶς ἔχειν τοὺς Βαρβάρους πᾶν ὁτιοῦν βούλοιντ' ἂν ἐν αὐτῷ διαπράξασθαι, μηδενὸς κωλύοντος αὐτοὺς ὑπεράνω τῆς οἰκοδομῆς γενέσθαι τοῦ τείχους διὰ τὸ πρόσγειον καὶ χθαμαλώτατον [91] εἶναι τάς τε νῆας μᾶλλον ὑπερανέχειν ἐκ τοῦ κατὰ πρύμναν μέρους, καὶ ἀπὸ μετεώρου δύνασθαι τοὺς ἐν ταῖς ἐπάλξεσιν ὄντας κατατιτρώσκειν, ἐβουλεύσατο φραγμόν τινα καὶ τετεχνημένην ἐνέδραν ἐν αὐτοῖς ἐγκρύψαι τοῖς ὕδασιν, ὡς ἂν καὶ τῇ πόλει τὸ ἀσφαλὲς καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἐμπόδιον κατ' αὐτὸ γένηται. Πολλοὶ γὰρ ἦσαν ἐκ μονολίθου γεγλυμμένοι τύμβοι κατά τε τὸ πρὸς ἀνατολὴν καὶ δύσιν μέρος τῆς πόλεως, ἐν οἷς πάλαι τοὺς ἑαυ- D τῶν νεκροὺς οἱ τήνδε κατοικοῦντες ἐνεταφίαζον Ἕλληνες· οὓς καὶ συνάγων καί τινι παραδόξῳ μεθόδῳ, ἣν αὐτὸς μόνος ἐξεῦρε, τῇ θαλάσσῃ βυθίζων, καὶ ὡς ἀπὸ μικροῦ τινος διαστήματος στοιχηδὸν τούτους τοῖς ὕδασιν ἀποκρύβων, θαλάσσιόν τι καὶ ξένον ἔρυμα καὶ τοῦ πρὸς ὕψος τῇ χέρσῳ προβεβλημένου τείχους ὀχυρώτερόν τε καὶ ἀσφαλέστερον τῇ ἀληθείᾳ κατεσκευάζετο. Καὶ δὴ καὶ εἰς ἔργον ἂν ἐξέβη πᾶσαν ἀσφάλειαν τῇ πόλει περιποιούμενον, ὡς μηδὲ δύνασθαι τὰς νῆας πλησιάσαι τὸ παράπαν καὶ τῆς ἑαυτῶν μεταδοῦναι βλάβης, εἰ μὴ καὶ τοῦτο διὰ τὴν μοχθηρίαν ἡμῶν ἐκωλύθη καὶ εἰς οὐδὲν προεχώρησεν.

VARIÆ LECTIONES.

[88] τὸ om. P. [89] αὐτοῖς γεγυμνασμένας ἔχουσι P. [90] ἀπὸ AP. [91] καὶ χθαμαλώτατον om. P.

ιη'. Ἤδη γὰρ περὶ τὰ μέσα που τοῦ κινδυνώδους τόπου πεφθακότος τοῦ τοιούτου διαποντίου φραγμοῦ, καὶ πᾶσαν ἡμῶν ὑπόνοιαν ἐπίφοβον καὶ πονηρὰν ὑποτέμνοντος, ἵκετό τις ἕτερος, καὶ αὐτὸς πρὸς τοῦ βασιλέως πεμφθεὶς, τὸν εἰς τοῦτο πεμφθέντα [92] Πετρωνᾶν σπουδαίως μεταπεμπόμενος καὶ τὴν φροντίδα πᾶσαν τῆς πόλεως εἰς ἑαυτὸν μετατιθείς. Λέων δὲ οὗτος ἐκαλεῖτο, πάσης τῆς περιχώρου προχειρισθεὶς στρατηγὸς καὶ πᾶσαν ἐπιμέλειαν τῶν πρὸς τὴν [93] μάχην εὐτρεπιζομένων πραγμάτων ἀναδεξάμενος. Ὧ καὶ ἔδοξε τὴν τοῦ ἔργου τούτου σχολάσαι τέως φροντίδα, καὶ τοῦ τείχους τὴν οἰκοδομὴν ἐξανύεσθαι. Ἅμα γὰρ ἧκε, καὶ μεθίστησιν εὐθὺς τὸν δῆμον ἅπαντα τὸν εἰς τοῦτο τεταγμένον πρὸς τὸ τὰς χρειώδεις ὕλας τοῖς τεχνίταις ἐπικομίζειν, ὡς ἂν τῇ πολυχειρίᾳ τυχὸν καὶ τῇ τῶν δεόντων δαψιλεῖ χορηγίᾳ τὸ σπουδαζόμενον [P. 332] εἰς ἔργον ἄγοιτο. Ἤδη μὲν οὖν πάλιν τὰ τῆς οἰκοδομῆς ἦν ἐνεργῆ. Ἀλλ' ὅσον ἐδόκει τὸ πρὸς ὕψος ἐγειρόμενον τοῦ τείχους τὴν τῶν ἐναντίων ἀπείργειν κακόνοιαν, τοσοῦτον ἐφαίνετο τὸ λεῖπον τοῖς πολίταις ἡμῖν παντὸς κινδύνου καθυπεμφαῖνον ὑπόνοιαν. Οὔτε γὰρ ἅπαν διορθωθῆναι δυνατῶς εἶχε πολλῷ μήκει διατεινόμενον πρὸς τὸ μηκέτι τὴν ἐξ αὐτοῦ συμφορὰν ἡμᾶς ὑποπτεύειν, καὶ ὁ χρόνος τὴν τῶν πολεμίων ἔφοδον ἐφεστάναι προεμαρτύρατο μήπω τοῦ μέσου χώρου τῆς οἰκοδομῆς ἀψαμένης, ἐξ οὗ καὶ τὴν βλάβην ὑπωπτευόμεθα. Ἀγγελίαι γὰρ τῶν προτέρων φοβερώτεραι καὶ συχνότεραι τὰς ἁπάντων ἡμῶν ἀκοὰς περιεθρύλουν, καὶ τοὺς Βαρβάρους ἐγγίζειν ἤδη τὸ πλεῖστον τοῦ πλοὸς διανύσαντας. Οὐκ ἦν γὰρ ὅπου καὶ πρὸς μικρὸν αὐτοὺς ἐμβραδῦναι, διὰ τὸ τὰς πλείονας νήσους ὑπ' αὐτῶν προεκπορθηθῆναι, καὶ τὰς πρὸς θάλασσαν ἐχούσας πόλεις τὴν οἴκησιν τῇ καταπλήξει μόνῃ τῆς ἀκοῆς αὐτῶν πρὸς φυγὴν ἐκτραπῆναι, καὶ μηδὲν ὑπάρχειν ὃ τὴν ὁρμὴν αὐτῶν ἢ τὴν τῶν ὅπλων συνέχειαν ἐξαρκεῖν ὑπομεῖναι. Τέτταρας γὰρ ὁμοῦ καὶ πεντήκοντα τὰς βαρβαρικὰς εἶναι προέλεγον νῆας, οὐδὲν ἧττον πόλεως ἑκάστης αὐτῶν τῷ μεγέθει καὶ ταῖς ἄλλαις κατασκευαῖς τυγχανούσης, ἐν αἷς [94] ἦν παμμιγής τις ὄχλος ἀπονενοημένων καὶ μανιωδῶν, τῶν τε τὴν Συρίαν οἰκούντων Ἰσμαηλιτῶν καὶ τῶν ὁμορούντων Αἰγυπτίοις Αἰθιόπων, πάντων αἱμοβόρων καὶ θηριογνωμόνων ἀνθρώπων, πολλὴν τὴν ἐν τοῖς φόνοις ἐπιστήμην ἐξησκημένων καὶ ταῖς λῃστρικαῖς ἐπινοίαις τὰς σφαγὰς ἐμμελετησάντων, ὡς μὴ δύνασθαί τινα κἂν ἀκοῇ τὴν τούτων ἐκδέξασθαι πεῖραν, ἀλλὰ σπεύδειν ἕκαστον ὑποχωρεῖν τῆς ἐνεχομένης, κρεῖττον ἡγούμενον τὴν μετὰ θηρῶν ἀγρίων ἐν τοῖς ὄρεσιν οἴκησιν ἢ τὸ ὑπ' αὐτῶν ληφθῆναι καὶ πολυώδυνον ἀπενέγκασθαι θάνατον.

ιθ'. Πλὴν ἐν τούτοις τούτων ἐχόντων πάλιν φοβερώτερός τις τῶν ἤδη λεχθέντων ἐξελήλυθεν ἄγγελος, τῶν [95] Βαρβάρων τὴν ἔφοδον πλησιέστερον οὖσαν ἅπασι προδηλῶν. Νικήτας δὲ οὗτος ἐκαλεῖτο, στρατηγὸς τὴν ἀξίαν καὶ τὴν ἐν τοῖς βουλεύμασιν εὐτα-

18. Cum enim prope jam circa medium loci periculosi per mare ductum sepimentum istiusmodi pervenissot, omnemque nobis metum ac malam suspicionem levaret, venit alius ab eodem imperatore missus, Leo nomine, qui in eam rem missum Petronam cito revocans, omnem **511** in se civitatis curam recepit. Leo itaque finitimæ omnis regionis ac provinciæ prætor creatus, omnisque bellici apparatus cura in se translata, cœpti hujus operis laborem interim intermittendum putavit, murorum contra exstructionis opus absolvendum. Statim enim atque appulit, omnem mox multitudinem in hoc constitutam ad necessariam artificibus materiam convehendam transfert, quo scilicet laborantium multitudine et copiosa necessariarum rerum suppeditatione substructionis murorum destinatum opus efficeret. Jam itaque huic operi diligentia habebatur, reique instabant. Quantum enimvero sublatus in altum murus hostium destinatam malitiam arcere videbatur, tantum nobis civibus, quod ejus reliquum erat, mali ominis ac periculi suspicionem sensumque conjectura haud levi ingerebat. Non enim totus, in longitudinem nimiam expansus, ita reparari poterat ut omnem deinceps exspectatæ ex eo cladis timorem auferret; tempusque jam prope hostium irruptionem instare testabatur, cum necdum structura medium ipsum locum attigisset, ex quo nobis suspectum malum et exitium foret. Nuntii enim prioribus terribiliores ac crebriores nostrum omnium aures obtundebant, jamque barbaros prope imminere, maxima parte navigationis illis expleta. Neque enim erat quod vel minimum eis moras injiceret, cum jam plerasque insulas populati essent, urbesque maritimæ sola auditus eorum consternatione **512** ac pavore fugam arripuissent, nihilque esset quod eorum impetum subsistere aut constipatam aciem sustinere posset. Quatuor enim supra quinquaginta simul esse barbaricas naves nuntiabant, quæ singulæ urbibus magnitudine ac reliquo apparatu exæquabantur, in quibus promiscua vesanorum hominum ac furentium turba veheretur, tum Ismaelitarum, qui Syriam inhabitant, tum Æthiopum Ægypto confinium, cruentorum omnium ferinisque animis atque indole præditorum, qui cædium arte plurimum exercitati essent, latrociniisque olim dediti fusi noxam cruoris necisque studium omne habuissent, ut nec vel auditu eorum quisquam periculum sustinere posset, sed singuli quique festine patria excederent, quibus potius esset in montibus cum feris bestiis habitare quam ut ab eis capti ærumnosa morte diroque cruciatu perirent.

19. Cæterum rebus se ita habentibus, rursus alius nuntius dictus jam ac superioribus terribilior venit, Barbaros quam proxime adesse omnibus referens. Nicetæ nomen fuit; qui ut dignitate, sic consiliis componendo civitatis ordine dux erat. Suo

VARIÆ LECTIONES.

[92] ταχθέντα A. [93] τὴν P. [94] οἷς P. [95] τῶν ante Βαρβ. om. P.

is accessu opem se urbi allaturum pollicebatur; ad hoc enim aiebat se venisse; ac si quid agendum esset, ad omnia se paratum affirmabat. Verumenimvero per eam interim suspensam hostium exspectationem, scandalorum auctoris ac nequissimi
513 dæmonis machinamento, ejusmodi aliquid accidit, ut nempe laudatus prætor, dum in Nicetam, qui nuper advenerat (ubi tum is exstruendo muro operam dabat) equo insidens incidisset, et cum eo quasi amico consuetam mutuis complexibus salutationem complere visum esset, ipso quoque equo insidente, nec caute satis frena tenens, diro casu multisque lacrymis prosequendo læderetur. Nam obturbati equi, et immanius is quo ipse ferebatur, naturali furore percitus, reducta cervice atque rigide erecta juba, rectum sese sustollens eum sede expulit, qui per caudam devolutus et in solum prostratus, coxa dextra et circa cotylem membris collisis, ita misere habitus est ut et de vita ipsa desperaret. Eum militaris cohortis satellites, statim manibus sublatum, domum adduxerunt, nullam, ut par est, deinceps eorum quæ in manibus essent curam habiturum. Jacebat itaque vir intolerandis affectus doloribus, nesciens cui primum animum adhiberet. Trahebat enim ipsum imminentis periculi sollicitudo, quomodo quave ratione urbem ab invasione Barbarorum tutam servaret; magis vero contra trahebat ad seque retrahebat acerrimus dolor et membrorum fractura, quæ mortem minitabatur, propriæque saluti reliqua posthabenda illi suggerebat. Sic in medio duorum malorum positus ac utroque fatiscens, quidquid necessariæ operæ incumberet, ineptissimus erat. Nihilominus nos urgente rerum
514 articulo, turribus quibusdam ex ligno congestis in parte muri collapsa exstructis atque admotis, lenioris nobis spei pusillum aliquod refrigerium suscitavimus, tanquam qui e loco superiori pugnatum e mari venientes arcere, nec muro accedere sinistraque explere consilia sinere haberemus. Sed erant hæc festinantium subtilia inventa, cum videlicet metus necessitas inania hæc excogitanda menti ingereret; tametsi, quod ait sapiens quidam, ingeniosum atque solers est quidquid premitur. Nemo enim in nobis erat qui firmis rationibus adversus futurum sive mala quæ eventura exspectabantur deliberaret.

20. Verum quoniam læso prætore nostri omnis cura in dictum Nicetam translata erat, cœpit ipse quoque pro virili, quæ suarum partium erant, exhibere. Aiebat vero vicinorum Sclavenorum, tum eorum qui sub nostra ditione erant, tum qui sub potestate ducis Strymonis, ut imperatum erat, magnam multitudinem in urbem concessuram, sagittandi arte instructissimam, ne ipsi forte pro hostium armatura ac potentia non satis instructi inveniremur, sed haberemus unde primam illorum aggres-

A ξίαν [96]. Οὗτος ἐλθὼν συνεπαμῦναι τῇ πόλει κατηγγυᾶτο (εἰς τοῦτο γὰρ ἔλεγεν ἀφῖχθαι), καὶ εἴ τι δέοι πράττειν, ἑτοίμως ἔχειν καθυπετίθετο. Πλὴν ὅτι συνέβη τι καὶ τοιοῦτον γενέσθαι μεταξὺ τῆς προσδοκίας τῶν πολεμίων ἐξ ἐπινοίας τοῦ σκανδαλουργοῦ καὶ πονηροτάτου δαίμονος. Ὁ γὰρ ἤδη λεχθεὶς στρατηγὸς τούτῳ δὴ τῷ νεωστὶ παραγενομένῳ Νικήτᾳ αὐτοῦ [P. 333] που περὶ τὴν οἰκοδομὴν τοῦ τείχους κατ' ἀρχὰς ἐντυχὼν ἵππῳ ἐφεζόμενος, ὡς τὴν συνήθη πρὸς τὸν φίλον ἔδοξεν ἐκπληρῶσαι τῷ ἀσπασμῷ προσηγορίαν, καὶ αὐτὸν ἵππῳ [97] ἐγκαθεζόμενον, τοῦ ῥυτῆρος ἀμελήσας δεινόν τι πέπονθε πρᾶγμα καὶ πολλῶν δακρύων ἐπάξιον. Ἐκταραχθέντες οἱ ἵπποι, καὶ πλέον οὗτος ἐφ' ὃν ὁ στρατηγὸς κεκαθίκει, τῇ φυσικῇ μανίᾳ πληγεὶς τόν τε αὐχένα
B σιμώσας καὶ τὴν κόμην φρίξας, ὄρθιον ἀρθεὶς τῆς ἕδρας [98] αὐτὸν ἀπεβάλετο, καὶ ἐκ τοῦ πρὸς οὐρὰν κυβιστήσας καὶ πρὸς τοὔδαφος ῥιφεὶς τόν δεξιόν τε μηρὸν καὶ τὰ πρὸς τὴν κοτύλην μέλη θλασθεὶς ἐλεεινὸς ἦν καὶ αὐτῆς τῆς ζωῆς ἀπειπών· ὃν οἱ τῆς [99] στρατιωτικῆς τάξεως δορυφόροι παραχρῆμα ταῖς χερσὶν ἀνελόμενοι ἀπῆγον οἴκαδε, μηδὲν, ὡς εἰκὸς [1], περὶ τῶν προκειμένων πραγμάτων τοῦ λοιποῦ φροντιούμενον. Ἔκειτο δὴ ὁ ἀνὴρ ὀδύναις ἀφορήτοις βληθεὶς, οὐκ ἔχων ᾧτινι πρῶτον τὸν νοῦν ἐπαφήσει. Εἷλκε μὲν γὰρ αὐτὸν ἡ φροντὶς τοῦ προσδοκωμένου κινδύνου, πῶς καὶ τίνα τρόπον περισώσει τὴν πόλιν ἐκ [2] τῆς ἐπιδρομῆς τῶν Βαρβάρων· ἀνθεῖλκε δὲ τοῦτον πρὸς ἑαυτὸν πλέον ἡ δριμεῖα ὀδύνη καὶ τὸ θάνατον ἀπειλεῖν τῶν πληγέντων μελῶν τὸ πάθος, καὶ
C ἀνέπειθε μηδὲν ἕτερον προτιμᾷν τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας. Καὶ [3] οὕτως ἐν μεθορίῳ δύο χαλεπῶν κείμενος καὶ ἐξ ἑκατέρου νικώμενος πρὸς πᾶσαν ἐνέργειαν ἦν τῶν δεόντων ἀνεπιτήδειος. Πλὴν διὰ τὸ κατεπεῖγον τοῦ καιροῦ πύργους τινὰς ξυλοσυνθέτους τῷ διεῤῥυηκότι μέρει τοῦ τείχους ἡμεῖς δομησάμενοί τε καὶ προσπελάσαντες ὀλίγην τινὰ παρέσχομεν ἑαυτοῖς χρηστῆς ἐλπίδος ἀναψυχὴν, ὡς δῆθεν ἀφ' ὕψους τοὺς ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἐρχομένους ἀπείργειν καὶ μὴ παραχωρεῖν αὐτοῖς πλησίον ἰέναι [4] τοῦ τείχους καὶ τὰς κακοβουλίας αὐτῶν ἐνεργεῖν. Ταῦτα δὲ σπευδόντων ἦν ἐφευρήματα [5], τῆς ἀνάγκης τοῦ φόβου τὰς ἐπινοίας τῶν ματαίων ὑποβαλούσης, εἰ καὶ ὅτι, καθώς τις ἔφη σοφὸς, εὐμήχανόν ἐστιν ἅπαν τὸ πιεζόμενον.
D Οὐκ ἦν γὰρ ὅστις ἐν ἡμῖν βεβαίως κατὰ τοῦ μέλλοντος σκέψεται ἢ τῆς τῶν ἐλπιζομένων ἐκβάσεως.

κ'. Ὅμως ἐπειδὴ τοῦ στρατηγοῦ πληγέντος ἡ περὶ ἡμῶν ἅπασα φροντὶς εἰς τὸν ῥηθέντα μετῄει Νικήταν, ἤρχετο καὶ αὐτὸς τὰ παρ' ἑαυτοῦ τὸ κατὰ δύναμιν ἐπιδείκνυσθαι, ἔλεγε δὲ καὶ τῶν πλησιοχώρων Σκλαβήνων, τῶν τε ὑφ' ἡμᾶς τελούντων καὶ τῶν ὑπὸ τὸν στρατηγὸν [6] Στρυμόνος, πλῆθος πολὺ προστετάχθαι συνελάσαι τῇ πόλει, [P. 334] τῆς τοξικῆς ἐμπείρων, ὡς ἂν μηδ' ἡμεῖς τυχὸν εὑρεθῶμεν τῆς τῶν ἐναντίων ἐνδέοντες πανοπλίας, ἀλλ' ἔχωμεν οἷς τὴν πρώτην αὐτῶν ἀποκρουσόμεθα προσβολήν. Ὃ καὶ εἰς

VARIÆ LECTIONES.

[96] εὐταξίαν Combefisius pro ἀταξίαν. [97] ἵππον A. [98] καὶ τὴν—ἕδρας om. P. [99] τῆς om. P. [1] μηδενὸς εἰκὸς AP. [2] ἐκ om. P. [3] καὶ om. P. [4] εἶναι P. [5] ἐφευρέματα A. [6] τῶν στρατηγῶν AP corr. Combefisius.

ἔργον ἄγειν προεθυμεῖτο· ἐπιστολὰς γὰρ χαράξας διὰ πάσης ἐξέπεμψε τῆς περιχώρου, ἥκειν τὸ τάχος πρὸς ἡμᾶς τοὺς ἀμφὶ τοὺς Σκλαβήνους κατεπισπεύδων, ἕκαστον αὐτῶν ὡς οἷόν τε ἠνοπλισάμενον. Ἐξ οὗ δὴ καὶ συνέῤῥεον ὀλίγοι μέν τινες ἀφελεῖς, οὐχ ὅσοι δὲ τὴν χρείαν ἐπλήρουν, ἀλλὰ καὶ λίαν εὐαρίθμητοι καὶ πρὸς τὴν μάχην ἀπαράσκευοι. Τοῦτο δὲ συνέβαινεν ἐκ τοῦ σκαιούς τινας εἶναι καὶ πονηροτάτους τοὺς ἐμπεπιστευμένους αὐτοὺς ἄρχοντας, τὸ οἰκεῖον μᾶλλον συμφέρον ἤπερ [7] τὸ τοῦ κοινοῦ σκοποῦντας, καὶ τῷ πλησίον ἐξ ἔθους ὄντας ἐπιβουλεύεσθαι, δωροληψίαις τε ἐπιμαινομένους, καὶ μηδὲν ἄλλο προτιμᾷν τῆς τούτου [8] ἐμμελετήσαντας κτήσεως. Καὶ δὶς γὰρ καὶ τρὶς καὶ πολλάκις διὰ γραμμάτων ἐκφοβεῖν πειρωμένου τοῦ προλεχθέντος Νικήτα τὸν στρατηγὸν Στρυμόνος, καὶ τῆς βραδυτῆτος αὐτὸν καταιτιωμένου, καὶ ὡς εἴ τι πάθοι κινδύνου παρόντος ἡ [9] πόλις, αὐτῷ μόνῳ τὴν αἰτίαν ἐπὶ τοῦ κρατοῦντος καταψηφίσεται, οὐδὲν ἧττον ἢ πρότερον εἶχε τῆς συνήθους ἐκεῖνος κακοβουλίας ἐχόμενος, πρῶτον μὲν τοῦ θείου, ἔπειτα δὲ τοῦ ἀνθρωπίνου φόβου ὑπεριδὼν, καὶ τὴν ἀπώλειαν τῆς τοσαύτης πόλεως εἰς μηδὲν θέμενος, οὔτε αὐτὸν δι' ἑαυτοῦ οὔτε τινὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν ὄντων ἐλθεῖν καὶ συνεπαμῦναι τοσαύτῃ συμφορᾷ περιστοιχηθεῖσιν ἡμῖν ἐβουλεύσατο, ἀλλὰ τῇ προσδοκίᾳ τοῦ ἀεὶ παρεῖναι μέχρι τῆς ἐσχάτης ἡμέρας τοῦ πολέμου πάντας ἡμᾶς [10] ἀποπλανήσας, ἔλαθε συμπεράνας τὴν καθ' ἡμῶν ἐπιβουλὴν καὶ τῷ ὀλέθρῳ μέγα καὶ κομψὸν ἐγγελάσας, ᾧ συνεσχέθημεν.

κα'. Οὕτω δὲ τῆς ἀπὸ τῶν συμμάχων Σκλαβήνων ἀποβουκοληθέντες ἐλπίδος, καίτοι οὐδ' ἡμεῖς ὄντες εὐαρίθμητοι, ἀλλὰ πολλῷ πλήθει τὴν χρείαν ἀποπληροῦντες καὶ λίαν τὴν τῶν βαρβάρων καθυπερβαίνοντες στρατιὰν, ὅμως τὸ μηδεμίαν πεῖραν πολέμου ἐνυπάρχειν ἡμῖν, μηδὲ προαποκειμένην ἔχειν τὴν περὶ τούτου μελέτην, φοβεράν τινα καὶ ἐκπλήξεως γέμουσαν τὴν ἔφοδον αὐτῶν ἐνεποίει. Ἄλλως τε καὶ τὸ μηδὲν φθάσαι πρὸς τὴν τούτου [11] ἐξευρεῖν ἄμυναν πονηρὸν ἡμῖν κατεφαίνετο. Καὶ φυγῇ μὲν χρήσασθαι τέως φορτικὸν ἦν· ἔμελλε γὰρ ἡμῶν ἐκτραπέντων πόλις τε ἁλωθῆναι, καὶ τῶν προλεχθέντων σεβασμίων οἴκων ὅ τε διὰ χρυσοῦ [P. 335] καὶ ἀργύρου καὶ λοιπῆς χρειώδους ὕλης ἀφαιρεθῆναι κόσμος, ἢ καὶ αὐτοὶ οἱ πανευαγεῖς οἶκοι πυρίκαυστοι γενέσθαι. Ἅμα δὲ καὶ τὴν τῶν βαρβάρων ὑπεκκλίνοντες βλάβην, οὐκ εἴχομεν ὅπως τὴν καθ' ἡμῶν τοῦ κρατοῦντος ἀγανάκτησιν διαθώμεθα [12]. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἦν ἀνεκτὰ καὶ πάσης σωτηρίας ἐχόμενα, εἰ καὶ ὅτι πρὸς μνείαν μόνον ἐλθεῖν τῶν τοιούτων μήπω τοῦ κακοῦ τὴν πεῖραν ἐσχηκόσι παντὸς θανάτου χαλεπώτερα· τοῖς τοσούτου πράγματος χωρεῖν δῆλον, μηδὲν ἄλλο προεθισθέντας [13] πλὴν τὸ ἁβρὸν μεταδιώκειν καὶ τρυφηλὸν βίον, καὶ πολεμικοῖς ἀγῶσι μήπω προγυμνασθέντας [14], ἔκστασιν ἡμῖν ἐνεποίει καὶ φρίκην.

A sionem propellere possemus. Quod et opere præstare enixe conabatur. Exaratas enim epistolas in omnem circumvicinam regionem misit, serio urgens circumjacentes Sclavenos, ut quam celerrime, pro eo ac cuique licebat, armis instructi convenirent; quo et factum est ut **515** pauci quidam tenues accurrerent, nec quot necessitas postulabat, sed qui facillime numerari possent et ad pugnandum prorsus imparati essent. In causa erat quod morosis quibusdam et improbissimis ducibus illa provincia demandata erat, qui propria commoda publicis anteferrent, et vicinis insidias struere assueti essent, ac muneribus inhiarent, nihilque eorum lucris sibi fortunatius ducerent. Nam licet iterum tertioque ac sæpius laudatus Nicetas missis litteris B Strymonis ducem terrere conatus esset, eique tarditatis dicam scriberet, ac si quid civitas præsenti periculo gravius pateretur, illi uni ascribendum ejusque apud imperatorem reum peragendum sancte assereret, haud tamen ille melior factus quidquam remisit de consueto suo malignoque consilio; quin primum divino deincepsque humano metu deposito, de tantæ urbis excidio nihil curans, neque ipse per se venire neque pro se alium, qui sub potestate illius esset et suppetias ferret, nobis in summas adductis angustias voluit mittere; sed exspectatione nunquam sui defuturi adventus ad extremum belli diem illudens, intentas adversus nos insidias imprudentibus nobis absolvit, et eo cui obnoxii facti sumus exitio magnum lepidumque insultans risit.

C 21. Sic vero indignis modis a sociis Sclavenis deludificati, tametsi neque nos essemus numeratu faciles, sed copiosa longe multitudine pro præsenti negotio sufficeremus atque Barbarorum copias nimis superaremus, **516** attamen quod nulla in nobis esset belli experientia nec ea re ulla nobis fuisset posita opera, formidabilem ac consternationis plenam eorum nobis aggressionem reddebat. Præterea etiam quod nihil ante excogitatum esset ad depellendam injuriam, pessimi ominis nobis videbatur. Et quidem uti fuga grave hactenus putabatur. Nobis enim fugam arripientibus civitas desolanda erat, earumque, quas dicebam, venerabilium ædium ornatus omnis, auri, argenti, reliquæ D necessariæ materiæ, auferendus; aut etiam ipsæ omni veneratione ducendæ ædes igni exurendæ: simul item Barbarorum noxam declinantes, non erat quomodo imperatoris in nos indignationem caveremus. Verum hæc quidem tolerabilia erant maximeque salutaria, quanquam vel solum meminisse, cum necdum mali periculum fecissemus, omni morte graviora. Talibus nimirum premi ærumnis nulla prævia exercitatione assuetos, sed delicate vitam agitantes et luxui deditos nec aliquo militarium certaminum usu edoctos, in metum nos ac angustias maximas conjiciebat.

VARIÆ LECTIONES.

[7] ἤτοι P. [8] τούτων? [9] ἡ om. P. [10] ἡμᾶς om. P. [11] τούτων? [12] διωθώμεθα? [13] προεθισθέντα A. [14] προγυμνασθέντα A.

22. Cæterum variis cogitationibus distracti ac titubantes per reliquos insequentes dies, quod miseris reliquum est, hoc nos ipsi jam enitimur, ut scilicet quæ nemo dicere valeat, divinæ miserationis viscera sanctorumque patrocinia, votis invocemus. Quippe venientes ad supra **517** memoratam præclaro decore splendidissimam gloriosissimi martyris Demetrii ædem, tum omnes civitatis accolæ, tum ex variis gentibus advenæ, omnis dignitas atque ætas, lamentabilique choro composito, sublato ad martyrem clamore patronum nobis fore adversus ingruentem Barbarorum minaci ira interitum ac cædem rogabamus. *Ostendisti*, dicebamus, *generose martyr, defensionis tuæ promptam ardoreque animi opitulationem in multis haud raro periculis, quæ tuam appetiere urbem, cunctisque adversariorum dissolutis insidiis ab omni immunem noxa ac interitu conservasti. Ostende nunc quoque, miserantissime, tuam erga nos immensam curam; et ne glorientur adversum nos gentes barbaræ et alienigenæ, quæ Deum ignorant. Neque vero dederis domum hanc, quam orbis universus communem morborum officinam medicam paratumque refugium habet, ab impuris impiisque hominibus profanari, qui nostram subsannant fidem cultumque spernunt ac religionem, atque hoc unum nobis crimen impingunt, qua sumus in Deum, pietatem, mortemque immaturam comminantur et exitium. Licet enim innumeris digni sumus suppliciis ob ea scelera quæ in terra commisimus, huicque ipsi quæ ingruit, vastitati ac cladi suntus obnoxii, non tamen alium novimus Deum quam qui te coronavit, in cujus etiam gratiam divina peregisti certamina, quem et æmula passione clarificasti; cujus etiam munere multorum miraculorum gratiam consecutus es, nobisque murus firmus inconcussumque fulcimentum ac columen concessus es, ad quem quotidie* **518** *supplices pro nobis fundens preces, quæ in rem nostram conducant efflagitas. Respice igitur nunc quoque in populi hujus consilii mentisque inopiam ac spes depositas, orationemque nostram exaudiens sta libera intercessione pro nobis servis tuis, et ab exspectata nos eversione eripe, ne filii ancillæ Agar contra nos glorientur, nec dicant: Ubi est defensor eorum? Nam vides et ipse, benignissime, nos non in lanceis, sed in potenti intercessione tua rei summam deposuisse, qui et rursus tuæ nos providentiæ ac curæ compotes fore speremus.* Hæc vota cum animi angore omnes suppliciter martyri noctu diuque offerentes, atque lacrymis templi solum rigantes, hostium exspectatione suspensi agebamus, cum peccatum nostrum haud secus ac septum firmissimum ex adverso obstaret atque martyris intercessionem cassam redderet, ne divinam nobis benignitatem propitio numine conciliaret. Merito enim ipsi quoque dicebatur, velut olim Jeremiæ prophetæ orationem fundenti pro Israële, qui divina miseratione minime dignus esset:

A κβ'. Πλὴν ὅτι τοῖς λογισμοῖς θατέρου τούτων παλαίοντες, οὕτω τὰς ἐφεξῆς ἡμέρας διετελοῦμεν. Καὶ ὃ μόνον τοῖς ἀποροῦσιν ὑπολείπεται, τοῦτο καὶ ἡμεῖς ἐσπουδάζομεν ἤδη, τοὺς ἀφάτους τῆς θείας συμπαθείας οἰκτιρμοὺς καὶ τὰς τῶν ἁγίων πρεσβείας ἐπικαλούμενοι. Κατειληφότες γὰρ τὸν προλεχθέντα πανευπρεπέστατον οἶκον τοῦ πανενδόξου μάρτυρος Δημητρίου, ὅσοι τε τὴν πόλιν οἰκοῦμεν καὶ ὅσοι ἐξ ἀλλοδαπῆς ἦσαν ἐπήλυδες, ἀξία πᾶσα καὶ ἡλικία, καὶ θρηνώδεις χοροὺς συστησάμενοι, ἐπεβοῶμεν τῷ μάρτυρι προστάτην ἡμῖν γενέσθαι κατὰ τῆς προσδοκωμένης ἀπειλῆς τῶν βαρβάρων, *Ἔδειξας*, λέγοντες, *ὦ γενναῖε μάρτυς, τὸ θερμὸν τῆς σῆς ἀντιλήψεως ἐν πολλοῖς κινδύνοις πολλάκις ἐπελθοῦσι τῇ πόλει σου, καὶ πᾶσαν ἐναντίων ἐπιβουλὴν διεσκέ* B *δασας, καὶ ὀλέθρου παντὸς ἀπείρατον αὐτὴν διετήρησας. Δεῖξον καὶ νῦν, συμπαθέστατε, τὴν ἄμετρόν σου περὶ ἡμᾶς κηδεμονίαν, καὶ μὴ καυχήσωνται καθ' ἡμῶν ἔθνη βάρβαρα καὶ ἀλλόφυλα, μὴ εἰδότα Θεόν· μηδὲ δῷς βεβηλωθῆναι τοῦτον τὸν οἶκον, ὃν πᾶσα ἡ οἰκουμένη κοινὸν ἰατρεῖον καὶ προσφύγιον κέκτηται, ὑπὸ ἐναγῶν καὶ ἀθέων ἀνθρώπων, τὴν πίστιν ἡμῶν μυκτηριζόντων καὶ τὴν λατρείαν ἐξουθενούντων, καὶ τοῦτο μόνον ἔγκλημα καθ' ἡμῶν ἐπαγόντων τὴν θεοσέβειαν, καὶ θάνατον ἀπειλούντων ἄωρον καὶ ὀλέθριον. Εἰ γὰρ καὶ μυρίων ἐσμὲν ἄξιοι τιμωριῶν δι' ἃς ἐπράξαμεν ἐπὶ γῆς ἁμαρτίας, καὶ τῆσδε τῆς ἐπερχομένης καταστροφῆς ὑπόδικοι καθεστήκαμεν, ἀλλ' οὐκ ἔγνωμεν ἕτερον Θεὸν εἰ μὴ* C *τὸν σὲ στεφανώσαντα, δι' ὃν καὶ τοὺς θείους ἄθλους διήνυσας, ὃν καὶ τῇ μιμήσει τοῦ πάθους ὑπερεδόξασας, ἐξ οὗ καὶ τῶν πολλῶν θαυμάτων τὴν χάριν ἀπείληφας, καὶ ἡμῖν δεδώρησαι τεῖχος ὀχυρὸν καὶ ἀκλόνητον ἔρεισμα, τὰς ὑπὲρ ἡμῶν ἑκάστοτε* [P. 356] *ποιούμενος πρὸς αὐτὸν ἱκεσίας καὶ ἐξαιτῶν ἡμῖν τὰ συμφέροντα. Ἔπιδε οὖν καὶ νῦν ἐπὶ τὴν ἀπορίαν καὶ ἀμηχανίαν τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τῆς δεήσεως ἡμῶν ἐπακούσας στῆθι εὐπαρρησιάστῳ τῇ πρεσβείᾳ ὑπὲρ ἡμῶν τῶν οἰκετῶν σου, καὶ τῆς προσδοκωμένης ἐξάρπασον συστροφῆς, ἵνα μὴ καυχήσωνται καθ' ἡμῶν τὰ τέκνα τῆς παιδίσκης Ἄγαρ, μηδὲ εἴπωσι, Ποῦ ἐστιν ὁ προστάτης αὐτῶν; Ὁρᾷς* D *γὰρ καὶ αὐτὸς, εὐμενέστατε, ὅτι οὐκ ἐν δόρασιν, ἀλλὰ τὸ πᾶν ἀνεθέμεθα τῇ δυνατῇ σου πρεσβείᾳ, τῆς σῆς προνοίας καὶ αὖθις ἐπιτυχεῖν ἐλπίζοντες.* Τούτους τοὺς ἱκετηρίους μετὰ [15] συνοχῆς καρδίας τῷ μάρτυρι νύκτα καὶ ἡμέραν πάντες προσάγοντες καὶ τὸ ἔδαφος τοῦ ναοῦ τοῖς δάκρυσι πλύνοντες [16] τῇ προσδοκίᾳ τῶν ἐναντίων διετελοῦμεν, καθάπερ τινὸς ἕρκους ὀχυρωτάτου τῆς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀντικαθισταμένης καὶ [17] τὰς πρεσβείας τοῦ μάρτυρος κωλυούσης πρὸς τὸ τὴν θείαν ἡμῖν εὐμένειαν ἐπικλῖναι. Εἰκὸς γὰρ καὶ πρὸς αὐτὸν ῥηθῆναι, καθάπερ πάλαι πρὸς τὸν προφήτην Ἱερεμίαν ὑπὲρ τοῦ Ἰσραὴλ ποιουμένου τὴν δέησιν, μὴ τῆς θεϊκῆς συμπαθείας ὄντος ἀξίου

VARIÆ LECTIONES.

[15] μετὰ] πάντες μετὰ P. [16] πλύναντες AP. [17] καὶ om. P.

A τυχεῖν, ὅτι *Μὴ προσεύχου ὑπὲρ τοῦ λαοῦ τούτου· οὐ γὰρ εἰσακούσομαί σου.* Ἔδει γὰρ, ἔδει τὸν παραχωρηθέντα καθ' ἡμῶν ὄλεθρον ἐνεργεῖσθαι, ἵν' ἔχωσι γνῶναι πάντες οἱ ἐν ἁμαρτίαις ὄντες ὡς οὐδὲν οὕτως ἐπισπᾶται τὸ θεῖκὸν οὖς πρὸς τὰς ὑπὸ τῶν ἁγίων προσφερομένας δεήσεις ὡς ὀρθοτομία βίου καὶ ἀρίστων ἐπιμέλεια πραγμάτων.

κγ'. Ἐν ὅσῳ γὰρ ὑφ' ἡμῶν ἐπὶ ματαίῳ ταῦτα διεσπουδάζετο, ἧκέ τις τὰς βαρβαρικὰς νῆας ἤδη που παρὰ τὸν αὐχένα τοῦ ῥηθέντος Ἐκβόλου πλησιάσαι καταμηνύων Κυριακῆς ἡμερῶν ἐπιφωσκούσης, ἐννάτης καὶ εἰκάδος ἀγομένης μηνὸς Ἰουλίου, ἔτους ,ςυιβ'. Τῆς οὖν φήμης ταύτης πᾶσαν ἀθρόως διαδραμούσης τὴν πόλιν θόρυβος μὲν παρὰ πᾶσιν ἀνήγερτο καὶ κλόνος καὶ τάραχος, ἄλλων ἄλλο τι βοώντων καὶ B περὶ τοῦ προκειμένου βουλευομένων, ὁπλιζομένων τε ἁπάντων [18] ὡς οἷόν τε ἦν, καὶ πρὸς τὸ τεῖχος κατασπευδόντων. Οὔπω δὲ ταῖς ἐπάλξεσι τοῦ τείχους διασπαρέντων, ἰδοὺ δὴ καὶ τῶν βαρβάρων αἱ νῆες ἐκ τῆς ῥηθείσης ἐφάνησαν ἐξοχῆς, πεπετασμένα ἔχουσαι τὰ ἱστία. Καὶ γὰρ κατά τινα σύμβασιν ἔτυχε τῷ καιρῷ τούτῳ κατ' οὐρὰν αὐταῖς ἐπεισφρήσας ἄνεμος, ὡς τοῖς πολλοῖς δοκεῖν μηδὲ ἐφ' [19] ὑδάτων ἀλλὰ δι' ἀέρος μεταρσίους κομίζεσθαι. Ἰούλιος γὰρ ἤγετο, καθὼς εἴρηται, μὴν, ὅτε καὶ πλέον τῶν ἄλλων ἡμερῶν ὁ τῇδε βιακόλπιος ἐπεισέρχεται ἄνεμος, ἐκ τῶν ἐξοχῶν τοῦ τῆς Ἑλλάδος Ὀλύμπου τὴν ἀρχὴν ἔχων, καὶ μέχρις ἐννάτης ὥρας ἀπὸ πρωΐθεν ἐφ' ἑκάστης τῶν θερινῶν ἡμερῶν συνεισπίπτων [P. 337] τῇ πόλει καὶ τὸν ἀέρα διαφορῶν. Ἐκεῖνον οὖν εὑρηκότες συν- C εργὸν οἱ πολέμιοι, ἔτι τῆς ἡμέρας ἐν ἀρχῇ οὔσης, ἐγγύθεν προσέῤῥηξαν. Καὶ πρῶτα μὲν τὰ ἱστία χαλῶσιν αὐτοῦ που παρὰ τὸ τεῖχος γενόμενοι, καὶ τὴν πόλιν ὁποία τις οὖσα τυγχάνει ἐπιμελῶς κατεῖδον· οὐδὲ γὰρ ἅμα τῷ [20] καθορμισθῆναι τῆς μάχης ἀπῄρξαντο, ἀλλ' ἐνέδωκαν ὀλίγην τινὰ σχολὴν τοῦ τε προπειραθῆναι τῆς ἡμετέρας ἰσχύος, ὅπως ἔχωμεν πρὸς τὴν διὰ τοῦ πολέμου συμπλοκὴν, καὶ ἑαυτοὺς πρὸς τοῦτο αὐτὸ ἐξασκῆσαι. Ἔστησαν οὖν τέως περιδεεῖς, μηδενὶ τῶν ὁρωμένων ἔχοντες ἐξομοιοῦν τὰ βλεπόμενα· πόλιν γὰρ κατενόουν πολλῷ μέν τινι μεγέθει πεπλατυσμένην, λαοῦ δὲ πλήθει ἅπαν τὸ τεῖχος περιεστοιχισμένην. Ἐξ οὗ δὴ καὶ πλέον καταπλαγέντες μικρὸν τὴν μάχην ἐπέσχον, ὡς ἐκ τούτου καὶ ἡμῖν ἐγγενέσθαι βραχύ τι θάρσος καὶ μεταξὺ τῆς τοιαύτης σχολῆς τὰς ψυχὰς ἀνακτήσασθαι.

D κδ'. Οὕτω δὲ ὄντων ἡμῶν ἔδοξε τῷ καθηγουμένῳ τοῦ τῶν βαρβάρων στρατοῦ διελθεῖν ἅπαν τὸ τεῖχος, ὅσον περικλύζεται τῇ θαλάσσῃ. Σκαιὸς δὲ οὗτος καὶ παμπόνηρος ἦν, καὶ τῇ ὁμωνυμίᾳ τοῦ θηρὸς κατάλληλον καὶ τὴν πρᾶξιν ἐπιδεικνύμενος, καὶ οὐδὲν ἀμείνων ἐκείνου τῶν τρόπων τῇ ἀγριότητι καὶ τῷ ἀκαθέκτῳ τῆς ὁρμῆς διακείμενος. Ἔγνως δὲ τοῦτον πάντως καὶ αὐτὸς ἐκ τῆς φήμης, περιβόητον ἐχούσης τὴν τοῦ ἀνδρὸς κακίαν, ὡς μηδέποτέ τινα τῶν καλουμένων ἀσεβῶν εἰς τοσαύτην ἐλάσαι, ὡς ἀκορέστως ἔχειν ὀρᾶν ἀνθρωπίνων αἱμάτων ἐκχύσει· καὶ

A *Noli orare pro populo hoc; quia non exaudiam te* [1]: plane enim necesse erat ut quod adversum nos decretum erat exitium opere compleretur, ut quotquot in peccatis agunt, scire possent nihil ita divinas aures ad preces a sanctis fusas audiendas allicere, ut vitæ rectae instituta ratio et optimorum actuum accuratio.

519 23. Interim enim dum hæc a nobis frustra geruntur, venit quidam, qui barbaricas naves jam proxime Ecboli, cujus superius mentio facta est, cervici accessisse nuntiet. Dominica tunc illucescebat, 4 Kalendas Augusti, anno ab orbe condito 6412 (Christi 904). Fama igitur extemplo per totam urbem divulgata turbari omnes, titubare, trepidare, alius aliud inclamare, deque præsenti negotio consulere, arma pariter pro eo ac licebat sumere, ad murum properare. Necdumque illis per propugnacula dispertitis, en tibi et Barbarorum naves ex dicta eminentia passis velis apparuere. Ita namque eventu quodam tunc temporis ventis secundissimis navigandi cursum tenere eos contigerat, ut multis viderentur non super aquas, sed per aerem sublimes vehi. Mensis Julius, uti diximus, tunc erat, cum magis aliis diebus ventus hic sinum irrumpit, ex Helladici Olympi montibus spirans, et a mane diei singulis æstivis diebus ad nonam horam urbem feriens, aeremque eventilans ac discutiens. Hujus itaque venti favente aura, ipso diei exordio, hostes illapsi prope applicuerunt. Ac primum, ubi prope murum venissent, vela contrahunt, et urbs quænam ac quanta esset diligenter explorant. Neque enim statim appulsi pugnam aggressi sunt, sed parum aliquid otii 520 sibi indulsere, tum ut antea nostras vires atque animos ad pugnandum experirentur, tum ut semetipsos ad hoc ipsum exercerent. Steterunt igitur hactenus meticulosi, cum nulli eorum quæ vidissent exque usu haberent in conspectu posita justa satis similitudine comparare possent. Namque urbem considerabant ingenti magnitudine longe lateque diffusam, frequentia populi per muri ambitum circumseptam. Unde et magis attoniti paululum a pugna se continuerunt, ut et nos quoque inde paulo audaciores facti per eas moras et otium animos resumpserimus.

24. In his cum essemus, visum est barbarici exercitus duci omnem muri partem, quæ mari alluitur, circumlustrare. Erat vero hic vir improbus scelestissimusque, ac qui cognominis belluæ ad amussim gestus motusque referens nihil impari illi genii ferocitate effrenique impetu præditus esse. Cognovisti et tu prorsus hominem, ex fama quæ hominis perversitatem ac nequitiam ubique gentium deprædicat, ut nullus eorum qui usquam impietatis nomine celebrati sunt, in tantam ejus immanitatem excessumque evaserit, cujus sit insatia-

[1] Jerem. VII, 16.

VARIÆ LECTIONES.

[18] πάντων A. [19] ὑφ' P. [20] τοῦ A.

bilis ardor fundendi humani cruoris, ac cui nihil majoris sit plurisque habeatur Christianorum cædibus. Id enim cum et ipse aliquando fuisset, ac salutari renatus baptismate eoque formatus religionis nostræ mysteria edoctus esset, ab iisdem captus Barbaris piam fidem illorum impietate commutavit, **521** nihilque aliud illis gratius præstare habet quam ut quod vocatur factis ipsis confirmet, desertorisque ac prædonis cruenta facinora exhibens ex iis quoque sibi magnifice placeat ac superbiat. Hic igitur immansuetus desertorque Leo navi per mare circumvectus murum dispiciebat, ac qua parte impetum daret malitiose ac malefice cogitabat. Reliqua classis ad littoris orientalem plagam subducta in apparatu instruendo erat. Cives ipsi quoque arma induti, distributisque propugnaculis, ad propositum certamen mutuo sese animare. Vere namque certamen erat, ac quidem inter magna clarissimum, non luctatoris ullius, contentis in adversarium fortiter corporis viribus ab spectatoribus gloriam laudemque ambientis; non propositis ei qui victor exeat levis materiæ modicum tempus oblectantis præmiis; nec rursus quo amissa victoria, ejus qui ea eciderit unum dedecus pœna labesque sit: sed in quo aut tantæ civitatis ex tanto periculo liberatione incomparabile decus liberanti accesserit, aut quo ingruentium malorum aliquid passa ac labefactata inconsolabile vulnus allatura sit.

25. Cum murum omnem bellua illa et portus fretum ferrea catena immersisque navibus undique munitum animadvertisset, inde adoriri urbem decrevit, unde nec externos ante demersorum integræ molis lapidum **522** cuneos aggressioni navium obsistere, neque a muro tum demum in altum exstructo easdem belli astu diutius vexari posse agnoverat, sed ubi maris aqua, ipsa altiore vado, humiliori muro alliditur. Signato loco, ac cum ad socios reversus esset, pugnæ tesseram dedit. Qui ocius per dicta loca navibus effusi, barbarico asperoque sublato clamore ac rugitu, concitatis remige navibus, ac tympanis ex corio factis horride perstrepentes, multisque aliis terriculamentis eos qui in propugnaculis erant perterrentes, in murum proruunt. Cives contra, et qui ad murum stabant, majori ipso sublato clamore ac penetrabiliore elata voce, salutarem crucis armaturam adversus infestam hostium classem invocare. Tantaque horum erupit clamoris vis, ut Barbari, immensæ ejus turbæ omnique auditione terribiliore percepto ululatu, quasi vertigine capti dubii hærerent, desperarentque de exitu, ex clamore illo armatorum in urbe multitudinem conjicientes, et se non posse adversus tantos inito prælio ejus facile potiri ipsamque diripere, cui nulla alia similis superiori exemplo occurreret. Ne tamen ex prima illa aggressione metu attoniti viderentur atque perculsi, non absque

A μηδὲν ἕτερον προτιμᾷν τῆς τῶν Χριστιανῶν ἀναιρέσεως. Τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸς ὤν ποτε καὶ τῇ τοῦ σωτηρίου βαπτίσματος ἀναγεννήσει μεμορφωμένος τήν τε ἡμετέραν θρησκείαν [21] δεδιδαγμένος, ὑπ' αὐτῶν χειρωθεὶς τῶν βαρβάρων τὴν ἐκείνων δυσσέβειαν τῆς εὐσεβοῦς ἀντηλλάξατο πίστεως, καὶ πλέον οὐδὲν αὐτοῖς ἀεὶ διὰ σπουδῆς ἔχει χαρίσασθαι ἢ τὴν κλῆσιν κυρῶσαι ταῖς πράξεσι καὶ παραβάτου καὶ λῃστοῦ δράματα ἐνδεικνύμενος ἐκ τούτων καὶ φιλοτιμεῖσθαι καὶ ὑπεραίρεσθαι. Οὗτος δὴ οὖν ὁ ἀτίθασσος [22] καὶ παραβάτης Λέων περιῄει τῇ νηῒ διὰ τῆς θαλάσσης τὸ τεῖχος ἀποσκοπῶν καὶ πόθεν ἀφορμήσας προσβάλοι [23] κακούργως ἐμμελετῶν. Αἱ δὲ λοιπαὶ νῆες ὑφ' ἑνὶ χώρῳ τοῦ πρὸς ἀνατολὰς αἰγιαλοῦ προσορμισθεῖσαι συνεσκευάζοντο. Οἱ καθ' ἡμᾶς δὲ πολῖται καὶ αὐτοὶ B τοῖς ὅπλοις ἐφράττοντο, τὰς ἐπάλξεις διελόμενοι καὶ ἑαυτοὺς πρὸς τὸν προκείμενον ἀγῶνα συναπαλείφοντες. Καὶ γὰρ ἦν ἀγὼν ἀληθῶς, καὶ τῶν μεγάλων ἀγώνων ὁ διαβόητος, [P. 338] οὐ παλαιστοῦ τινος ἀγωνίαν ἐν ταῖς πρὸς τὸν ἀντίπαλον τοῦ σώματος ἀντερείσεσι τὸν παρὰ τῶν ὁρώντων ἔπαινον προξενῶν, οὐκ ἔπαθλα προτιθεὶς ὕλης τινὸς πρὸς ὀλίγον τέρψιν τῷ νικήσαντι παρεχόμενα, οὐδὲ πάλιν ἧτταν μέχρις αἰσχύνης μόνης τὸν νικηθέντα καταβιβάζουσαν, ἀλλ' ἢ περισωθεῖσαν τοσαύτην πόλιν ἐκ τοσούτου κινδύνου γέρας ἀμίμητον ἀναδήσασθαι, ἢ παθοῦσάν τι τῶν ἀπειλουμένων [24] ἀπαρηγόρητον ὀδύνην ἐνέγκασθαι.

C κε'. Ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ τεῖχος ἅπαν ὁ θὴρ ἐκεῖνος κατεῖδεν, ἔτι δὲ καὶ τὸν πορθμὸν τοῦ λιμένος ἁλύσει σιδηρᾷ καί τισι ναυσὶ βεβυθισμέναις ὄντα κατάφρακτον, μᾶλλον ἐκεῖθεν τὴν προσβολὴν ποιήσασθαι διεσκέψατο, ὅθεν διέγνω μήτε τὰς ἔξωθεν κωλύειν τῶν προβυθισθέντων μονολίθων ἐνέδρας τὴν τῶν νηῶν ἔφοδον, μήτε μὴν ἀφ' ὑψηλοῦ τοῦ ἤδη δομηθέντος τείχους ἐπίτασιν πολέμου ταύτας ἐκδέχεσθαι· ἀλλ' ἔνθα βαθυνόμενον τὸ τῆς θαλάσσης ὕδωρ τῷ χθαμαλωτέρῳ τείχει προσρήγνυται, τοὺς τόπους σημειωσάμενος καὶ πρὸς τοὺς ἑταίρους ἀνθυποστρέψας, ἐνέδωκε τὸν ἀγῶνα. Οἱ δὲ [25] τὸ τάχος τοῖς λεχθεῖσι τόποις ταῖς ναυσὶ διασπαρέντες, βοῇ τε χρησάμενοι βαρβαρικῇ καὶ τραχείᾳ, ἐφώρμησαν τῷ τείχει, ταῖς κώπαις ἐλαύνοντες, καὶ τοῖς ἐκ τῶν δέρρεων κατ- D εσκευασμένοις τυμπάνοις καταπληκτικὸν κτυποῦντες, καὶ πολλοῖς ἄλλοις φοβήτροις τοὺς ἐν ταῖς ἐπάλξεσιν ἐκταράττοντες. Ἀντεβόησαν δὲ μᾶλλον καὶ γεγωνοτέραν φωνὴν οἱ πρὸς τὸ τεῖχος ἑστῶτες, τὸ σωτήριον ὅπλον τοῦ σταυροῦ πρὸς τὴν κατὰ τῶν ἐναντίων ἐπικαλούμενοι συμμαχίαν, καὶ τοσοῦτον ὡς ἀκηκοότας τοὺς βαρβάρους τὸν πολυάνθρωπον ἐκεῖνον καὶ παντὸς ἀκούσματος φοβερώτερον ἀλαλαγμὸν ἰλιγγιᾶσαι τέως καὶ μηδὲν ἀνύσειν προσδοκᾷν, τοῦ δήμου τὴν πληθὺν ἀναλογισαμένους ἐκ τῆς βοῆς, καὶ ὡς οὐκ ἂν πρὸς τοσούτους ἀποδυσαμένους εἰς μάχην εὐχερῶς ἔχειν πόλιν τοσαύτην ῥᾳδίως ἐκπορθεῖν, ἣν οὐδενὶ παραδείγματι συγκρίνειν εἶχον. Ὅμως ἵνα μὴ

VARIÆ LECTIONES.

[21] θράσος P. [22] ἀντίθασσος] ἄνθρωπος P. [23] προσβάλλοι P. [24] ἀπειλημένων P. [25] δὴ A.

δόξωσι κατεπτηχέναι τὴν πρώτην προσβολὴν, οὐχ A ἀδεῶς μὲν, οὐδὲ πάλιν μεθ' ἧς ὕστερον ἐχρῶντο μανίας; ἀλλά τινι λύσσῃ φόβῳ συγκεκραμένῃ πλησίον γενόμενοι ταῖς ἀπὸ τῶν βελῶν νιφάσι τοὺς ἐξ ἐναντίας ἠμύνοντο. Ἔπειτα δέ τι [26] καὶ ἀναιδέστερον ἐπεχείρουν καὶ πλησιέστερον ἐφορμᾷν ἐφιλονείκουν, καθώσπερ τινὲς ὑλακτικοὶ κύνες τὸν οἰκεῖον θυμὸν διεγείροντες, τοῖς κατ' αὐτῶν [P. 339] φερομένοις ἀπὸ τοῦ τείχους ἐξαγριούμενοι. Οὐδὲ γὰρ οἱ τῆς πόλεως τῆς τοξικῆς κατημέλουν, ἀλλ' ἐχρῶντο ταύτῃ μᾶλλον ἐναργῶς καὶ ἐπιτηδείως, πάντας τοὺς ἐκ τῶν πλησίον χωρῶν προσρυέντας Σκλαβήνους τοῖς τόποις ἐκείνοις καταστησάμενοι, ὧν οὐδέν ἐστιν οὕτως τῶν ἄλλων εὐεπιχείρητον ὡς τὸ κατὰ σκοποῦ βάλλειν καὶ μηδὲν τῶν βελῶν αὐτῶν τὴν ῥύμην ἀνθυποφέρειν. B

trepidatione, nec eo rursus quo postmodum usi sunt furore, sed rabie timore mista propius admoventes denso sagittarum nimbo adversarios premebant. Postmodum **523** vero etiam impudentius aggredi ac proximiore impetu vim contendere, haud secus ac latrantes canes proprium excitantes furorem, iis quæ e muro in ipsos jactabantur immane efferati. Nam neque oppidani jaculandi artem neglexerant, sed ea acrius dexterioreque conatu utebantur; omnibus qui ex finitima regione confluxerant Sclavenis iis in locis dispositis, quibus in reliquis nihil sic expeditum quam ut rite collineent et scopum feriant nec ruentia ipsorum jacula quidquam sustineat.

κϛ'. Ἀλλ' οὕτω βαλλόντων ἑκατέρων καὶ βαλλομένων, ἰσοπαλῆ τε τὴν μάχην προσπίπτουσαν ἐνδεικνυμένων, διαιρεθέντων τινὲς τῶν βαρβάρων, τῶν ἄλλων, ὡς εἰκὸς, εὐτολμότεροι καὶ θρασύτεροι, καὶ τῇ θαλάσσῃ τῆς νηὸς ἑαυτοὺς ἀκοντίσαντες, κλίμακά τε ξυλίνην μεθ' ἑαυτῶν συγκαθελόντες, ὤθουν ἄγοντες ἐν τοῖς ὕδασιν, πειρώμενοι δι' αὐτῆς ἀνιέναι τῷ τείχει, μηδένα λόγον τῶν ἐκεῖθεν κατ' αὐτῶν πεμπομένων ποιούμενοι. Μέχρι γὰρ τοῦ πλησίον γενέσθαι ἐκάλυπτον τὰ σώματα, νηχόμενοί τε τῷ ὕδατι καὶ τὰς κεφαλὰς ταῖς [27] ἀσπίσι περιφραττόμενοι· ὅτε δ' ἐγγύθεν ἐγένοντο, τὸ ὕδωρ ἀποδυσάμενοι ῥωμαλεώτερον ἀντεῖχον ταῖς βολαῖς προσπαλαίοντες, τὰς ἀσπίδας μόνας φέροντες ἐπὶ κεφαλῆς, εἶτα τὴν κλίμακα θᾶττον C κατὰ τῶν ἐπάλξεων ἀνελκύσαντες ἐπεχείρουν δι' αὐτῆς ἀνιέναι καὶ εἴσω χωρεῖν. Ἀλλὰ προέφθασε τὸ βεβουλευμένον ὁ θάνατος, καὶ πρὶν ἀκριβῶς σκοπῆσαι πῶς τὴν ἐπίνοιαν συμπεράνωσι, τῆς ζωῆς ἀπελύοντο· μόνον γὰρ ὅτι [28] ταῖς βαθμίσι τὰ ἴχνη ἐκίνησαν, καὶ δίκην χαλάζης πυκνῆς οἱ λίθοι κατ' αὐτῶν ἀφεθέντες ὁμοῦ τῇ θαλάσσῃ καὶ τῷ ὀλέθρῳ τούτους ἐξανεσκεύασαν. Ἐν τούτοις ὀπισθόρμητοι πᾶσαι χωροῦσιν αἱ νῆες, οὐδενὸς ἄλλου τοιούτου τέως ἐπιχειρεῖν τολμηρῶς ἔχουσαι· μόναις δὲ ταῖς ἀπὸ τῶν βελῶν νιφάσι, καὶ αὐτὸν τὸν ἀέρα συσκιαζούσαις, ἔβαλλον ἀπὸ μήκοθεν, οὐδὲν ἧττον καὶ αὐτῶν βαλλομένων τοῖς τε βέλεσι πεμπομένοις εὐστόχως καὶ ὀλίγα διαμαρτάνουσι καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν πετροβόλων καταφοραῖς, ὧν καὶ αὐτὸς μόνος ὁ διὰ τοῦ ἀέρος ἐγγινόμενος ῥοῖζος ἔκστασιν τοῖς βαρβάροις ἐναπειργάζετο.

26. Hoc autem modo, dum utrique jaculis et darent ictus et acciperent, fortique dimicatione pugnam ancipitem facerent, Barbarorum quidam a suis divisi, reliquis, ut par est, majori audacia ac præfidentia freti, e navi in mare prosilientes, atque scalam, quam in aquis pellebant, secum ferentes, ea in murum evadere tentabant, nullam rationem habentes eorum quæ inde in illos præsidiarii mittebant. Cum enim necdum prope omnino essent, corpora tegebant aquis innatantes, capita scutis circumsepti. Ubi autem jam prope venissent ac aquis exissent, robustius resistebant, ictibus colluctantes, cum scuta solummodo in capitibus ferrent. Tum scala celerrime propugnaculis admota, per eam ascendere atque intro pervadere tentabant. Verum mors consilium prævertit vitaque extruduntur, ejus tantæ rei perficiendæ modo necdum **524** dispecto: vix enim gradibus vestigia admoverant, cum grandinis instar spissa lapidum vis in eos missa et mari et letho profligavit. In his omnes retroversæ naves nihil simile imposterum ausæ sunt: tantummodo sagittarum nimbis, qui et aerem ipsum obtegebant, eminus incessebant, cum et ipsi nihilominus telis incesserentur, scite directis parumque ab scopo aberrantibus, et e balistis ac catapultis emissis lapidibus, quorum vel solus per aerem conceptus fragor stuporem Barbaris incutiebat.

κζ'. Ἤδη γὰρ καὶ ὁ λεχθεὶς Νικήτας, ὁ πρὸς τοῦ D βασιλέως σταλεὶς, τὸ τεῖχος ἅπαν διέτρεχε τὸν δῆμον παραθαῤῥύνων, *Ἄνδρες*, λέγων, *Θεσσαλονικεῖς, ἄλλας μὲν εἶχον πρὸ τοῦδε περὶ ὑμῶν ὑπολήψεις καὶ οὐκ ἂν οὕτω γενναίους καὶ πρὸς τὸ ἔργον τοῦ πολέμου τολμηροὺς ἔκρινον εἶναι, μηδὲν τοιοῦτον μήτε πειραθέντας πάλαι μήτε κατεργασάντας· νυνὶ δὲ τοῦ πράγματος ἡ ἀκμὴ οὐκ ἀγεννεῖς ἔχειν τὰς περὶ ὑμῶν παρέσχεν ἐλπίδας. Ὁρῶ γὰρ πάντως ὑμᾶς τοῖς τε σώμασι σφριγῶντας καὶ ταῖς ψυχαῖς ἀνδριζομένους καὶ ἄλλως*

27. Jam enimvero et supra laudatus Nicetas, ab imperatore missus, murum omnem percurrebat, populum animans: *Viri*, dicens, *Thessalonicenses, alia de vobis antea existimabam, nec adeo generosos et ad sustinendum prælium audaces putabam, cum nihil tale antea experti sitis aut præstiteritis. Nunc vero ipsum vertens summum discrimen nihil de vobis degeneres spes sinit habere. Etenim vos omnes video tum corporibus vegetos, tum fortes animis ac strenuos, totosque in rem intentos ac alacres, qui hostibus insultetis eorumque machinas robusto conatu evertatis.*

VARIÆ LECTIONES.

[26] τι om. P. [27] ταῖς om. P. [28] ὅτι] ἔτι. P.

Ac sane nihil alienum ab officio agitis. De vobis enim ipsis certamen est, viris scilicet præclaris atque ornatis tum corporis ipsa indole præstantiaque, tum animorum egregiis dotibus, deque reliqua civitate, quacum nihil earum rerum quæ pluris merito fiunt, majori **525** *splendore certaverit. Hocce enim oblato periculo, si modo superiores evaseritis, omnium vobis officiis debita laus comes erit : sin autem quidpiam eorum quæ invisa sunt ac quæ Barbari comminantur acciderit, nihil est cui tanta calamitas probrique magnitudo assimilari possit. Quamobrem forti animo state, qui tum patriæ tum vobis ipsi victoriam paretis ; nec terga dederitis hostium manibus, neve novum mundo exemplum, cum exigua socordia tanto commutato periculo, reliqueritis.* Hisce hortamentis animato populo, omniumque animis haud exiguo prælii ardore immisso, audaciam præstans ritu militari urbem lustrabat. Dux vero ac prætor, velut sui mali oblitus (tametsi illud grave erat ex eo quem retuli casu, ac quam pro ipsius virtute, majore dolor cruciaret), mula vectus, non divaricatis pedibus, sed e transverso illi insidens, ut contusorum membrorum dolores concedebant, ipse quoque circuibat, eos qui majoribus animis dexterioresque sagittarii essent, in necessariis quibusdam muri locis constituens, ut tum sua ipsi virtute, tum eos qui e vicino essent imitationis studio excitantes, rem belli rite disponerent.

28. Verum Barbari non semel duntaxat, sed et sæpius per omnem illum diem ingeminato impetu, magis quam antea animis perculsi, retrocedentes, pugna quæ mari est ex composito relicta, navibus sese subducentes **526** ad orientalis littoris oram applicuerunt. Ibi navibus desilientes, adversus eos qui in altiore muri parte stationem habebant, jaculis rursus concertabant, quo loco porta prominens mari adjacet, Roma nuncupta ; ubi ad multam noctem pugnatum est. Tum velut delassati certamine in navibus se silentio continuerunt, id forte deliberantes, quomodo insequenti die impetum darent, et ad alias machinas sese accingentes. Jam vero nos quoque parumper pugnæ labore levatos alia rursus incessit cura, ut scilicet omni circum civitate qui in propugnaculis constituti essent, vigilias agerent Barbarosque observarent, ne ullis per noctem cuniculis ac insidiis clam muro obrepentes ejusque potiti negotio omni liberarentur. Sunt enim ad hæc maxime ingeniosi, et ubi mox deliberaverint, opus aggrediuntur, nullo periculi metu deterriti, atque unum hoc spectantes, ut quod consultum visum fuerit, hoc adoriantur. Ac licet forte contrario res exitu cedat, quam existimaverant, gloriæ sibi ducunt, quod projecta temeritate ac audacia, ad ipsa quoque impossibilia aggressi sint. Quamobrem totam illam noctem pervigiles, nec de navata jam

A *ὄντας τῶν προκειμένων, τῶν ἀντιπάλων καταγελῶντας καὶ τὰς μηχανὰς αὐτῶν γενναίως ἐκτρεπομένους. Καὶ οὐδὲν* [P. 340] *ἀπεικὸς πράττετε· περὶ γὰρ ὑμῶν αὐτῶν ἐστιν ὁ ἀγὼν, ἀνδρῶν τιμίων καὶ τοῖς εἴδεσι καὶ τοῖς ψυχικοῖς προτερήμασι, καὶ περὶ τῆς λοιπῆς πόλεως, ᾗς* [29] *οὐδὲν ἐρίζει τῶν ἀξιολόγων εἰς περιφάνειαν. Ὑπεράνω μὲν* [30] *γὰρ γενομένοις τοῦ τῆδε κινδύνου ὁ παρὰ πᾶσιν ὑμῖν ἔπαινος ἐποφείλεται· παθοῦσι δέ τι τῶν ἀβουλήτων, καὶ ὧν οἱ βάρβαροι κατηπείληνται, οὐκ ἔστιν ὅπου τὴν συμφορὰν εἰκάζειν ἢ* [31] *τῆς αἰσχύνης τὸ μέγεθος. Διὰ τοῦτο στῆτε γενναίως τῇ τε πατρίδι καὶ ὑμῖν αὐτοῖς τὴν νίκην περιποιούμενοι, καὶ μὴ δῶτε νῶτα χερσὶ πολεμίων, μηδὲ καινόν τι καταλίποιτε τῷ βίῳ διήγημα,* B *μικρᾶς ῥαθυμίας κίνδυνον τοσοῦτον ἀνταλλαξάμενοι.* Τούτοις τοῖς παρακλητικοῖς ὑπαλείφων τὸν δῆμον καὶ θάρσος οὐκ ὀλίγον ταῖς ἁπάντων ψυχαῖς ἐνιεὶς τὴν περίοδον ἐποιεῖτο. Ὁ δὲ δὴ στρατηγὸς ὥσπερ τοῦ οἰκείου πάθους ἐκλελησμένος, καίπερ χαλεποῦ τε ὄντος ἐξ οὗ προείπομεν πτώματος, καὶ μείζονα τῆς δυνάμεως τὴν ὀδύνην παρεχομένου, ἡμιόνῳ τινὶ ἐπιβὰς, οὐ περιβάδην, ἀλλὰ κατὰ πλευρὰν καὶ ὡς αἱ τῶν θλασθέντων μελῶν ἀλγηδόνες ἐπέτρεπον, περιῄει καὶ αὐτὸς, τοὺς προθυμοτέρους τῶν τοξοτῶν κατά τινας χρειώδους τόπους τοῦ τείχους ἐγκαθιστῶν, ὡς ἂν τὸ κατ' αὐτοὺς τυχὸν, καὶ τοὺς πλησίον πρὸς μίμησιν ἐρεθίζοντες, τὰ πρὸς τὸν πόλεμον διατίθενται [32].

ος'. Ὡς δὲ μακρὰν ἀποστάντας εἶδον ἡμᾶς ἐκεῖνοι καὶ εἰς οὐδὲν τὴν σκῆψιν [71] χωροῦσαν, συνείχοντο δὲ κινδυνεύοντες τοῖς ὕδασι τῆς νηὸς καταδυομένης, ἄλλην τινὰ δέησιν τῷ τυράννῳ προσῆγον, λαβεῖν μὲν αὐτοὺς εἰς τὴν ἰδίαν ναῦν, ἐᾶσαι δὲ τοὺς μετ' αὐτῶν, μεθ' ὧν ἐπεφέροντο σκύλων, τῇ θαλάσσῃ δοθῆναι. Ὁ δὲ πρὸς τοῦτο πάλιν ἦν εὐπειθὴς, καίπερ τοῦ καιροῦ μὴ συγχωροῦντος, ἀλλὰ τὴν πάντων ἀπόγνωσιν ἐπιτείνοντος, καὶ τῶν ἀγωγίμων τοῦ πρώην φόρτου αὐτάρκη τῆς νηὸς αὐτοῦ τὴν χρείαν ἀποπληρούντων. Πλὴν οὐκ ἔδοξε τοῦτο συμφέρον εἶναι, τῶν Βαρβάρων περισωθέντων τοὺς αἰχμαλώτους καταλιπεῖν τῷ θαλασσίῳ βυθῷ, ἀλλά τι δῆθεν ἐλέους ἐχόμενον καθ' ἑαυτὸν βουλευσάμενος, τάχα τῇ μανίᾳ τῆς φιλαργυρίας εἰς τοῦτο συνελαθεὶς, οὐχὶ δὲ συμπαθείᾳ τινὶ περὶ τῆς αὐτῶν ἀπωλείας δυσωπηθεὶς (πῶς γὰρ ὃς ἐφαίνετο πρώην τοῖς ἀδίκοις φόνοις τρυφῶν;) ὅμως καὶ αὐτοὺς μετενέγκαι σὺν τοῖς Βαρβάροις ἐπέταττεν, ἵν' ἔχοι κἂν τούτοις ἁδρότερον ποιῆσαι τὸ τῆς πλεονεξίας βαλάντιον καὶ τὴν φιλόχρυσον ἀναπλῆσαι λύσσαν, κἂν τάχα φορτικὸν ἦν καὶ τόλμης ἀλόγου τὸ ἐγχείρημα. Πάντων δὲ κατὰ τὴν αὐτοῦ ναῦν τὸ τάχος μετενεχθέντων, ἔδυ ἐκείνη τοῖς ὕδασι βλεπόντων τῶν Βαρβάρων καὶ αὐτῶν δὲ τῶν στρατηγῶν ἐν αὐτῇ τῇ νηῒ τοῦ τυράννου φυλαττομένων αὐτοῖς· οἵτινες καὶ ἡμῖν ἐν ὑστέρῳ ταῦτα διηγήσαντο, τὸ παντεπίσκοπον καὶ φιλάνθρωπον ἐκπληττόμενοι τῆς θεϊκῆς προνοίας. Πολλῷ γὰρ πλείω τῶν [72] χιλίων ψυχῶν ἔφασκον εἶναι κατὰ τὴν ναῦν ἐκείνην, ἔκ τε τῶν Βαρβάρων καὶ τῶν αἰχμαλώτων τῶν ἐν τῇ Κρήτῃ κατ' αὐτὴν εἰσενεχθέντων καὶ τῶν ἐκ τῆς ῥηθείσης προστεθέντων αἰτίας, ὡς τοσοῦτον ἀπέχειν βαπτισθῆναι τὴν ὁλκάδα ὅσον μιᾶς παλαιστῆς τὸ μέτρον ἐστίν. Οὐ συνεχώρησε δὲ τοῦτο ὁ τῶν ἀφανῶν γνώστης καὶ τῶν κρυφίων ἐξεταστὴς Κύριος, [P. 381] ἀλλ' ὡς εἶδε τὰς καρδίας ἁπάντων πάσης μὲν χρηστῆς ἀπειπούσας ἐλπίδος, αὐτῷ δὲ μόνῳ τὴν ἀμηχανίαν ἐμφανιζούσας τῷ πάντα δυναμένῳ μόνῳ τῷ βούλεσθαι, ἐπέβλεψεν ἐπ' αὐτοὺς, καὶ εἰς πράαν μὲν αὔραν τὴν καταιγίδα, εἰς γαλήνην δὲ τὴν τῶν κυμάτων καταστορέσας τραχύτητα, ἔσωσεν αὐτοὺς ἐκ τοσούτου κινδύνου, πᾶσιν ἐμφαίνων, καὶ μόνον οὐχὶ βοῶν δεικνύων τὰ πράγματα, ὅπως ῥύεσθαι δύναται ὁ τῶν θαυμασίων Θεὸς τοὺς ἐν ἀληθείᾳ καὶ φόβῳ ἐπικαλουμένους αὐτόν.

76. Ubi porro nos longe distantes conspiciunt, suaque cogitata in nihilum cedere advertunt, atque navi prope mergenda in præsentaneum vitæ discrimen se adductos cernunt; aliud quidpiam a tyranno efflagitant, ut scilicet in propriam navim ipsis receptis, eos qui cum ipsis erant, prædamque universam mari concrederet. Quibus ille rursus animum facilis adhibet, licet id tempus non permitteret, sed omnium magis magisque desperationem augeret, priorique vectura ac onere ejus abunde navis constipata esset. Haud enimvero e re satis illi visum ut Barbaris servatis captivos maris gurgiti sorbendos desereret. Quin imo secum ipse misericordia pronum consilium agitans, et forte avaritiæ furore concitus, non ulla nostrorum interitus tactus miseratione, (quomodo enim, qui nuper sic injustis cædibus gaudentem **595** prodiderat?) illos quoque nihilominus cum Barbaris invehi jubet, ut hinc quoque nummatum marsupium auctius redderet aurique avidam rabiem exsatiaret, tametsi fortasse id grave dementisque audaciæ facinus esset. Omnibus autem in ejus navim celerrime invectis, alia ab aquis navis absorpta est, Barbaris intuentibus, ipsisque navarchis in ipsa tyranni navi servatis, qui et postea, divinæ providentiæ vim omnium inspectricem et humanitatem ac clementiam stupentes, hæc ipsa nobis narravere. Mille enim amplius animas dicebant in ea numerari nave, tum Barbarorum tum captivorum apud Cretam in eam invectorum, ac postremo eorum qui per eam causam illi vectores accessissent, ut unius duntaxat palmi mensura exstaret, ac ne aquis mergeretur abesset. Quod tamen non permisit occultorum cognitor Dominus, et qui abscondita scrutatur. Sed ubi omnium corda vidit, omni jam felicioris exitus spe deposita, ipsi uni, in quo versabantur, manifestare consilii inopiam, qui videlicet sola voluntate salvas potest præstare, in illos oculos convertit, ac procellam quidem in auram lenem, fluctus vero exasperatos in tranquillum mare sternens, a tanto illos periculo liberavit, cunctis nimirum prodens, vixque res non clamare ostendens, posse **596** mirabilium Deum liberare eos qui in veritate atque timore ipsum invocant.

οζ'. Ἤδη δὲ μετὰ πέμπτην τοῦ πλοὸς ἡμέραν κατήραμεν ἐν τῇ νήσῳ τῆς Κύπρου κατὰ τὸν ὅρμον τῆς Πάφου, ἐν ᾧ καὶ ἀνεθέντες μικρὸν ὡς ἐξελθεῖν τοὺς Βαρβάρους καὶ τοῖς παρακειμένοις ὕδασι λούσασθαι, πάλιν ἐκεῖθεν ἀναχθέντες μετά γε νυχθ-

77. Post quintum navigationis diem in insula Cypro Paphi portum intravimus; paululumque recreamur, dum Barbari navibus exeuntes ad vicinas aquas lavatum eunt. Tum inde solventes post diem unum ac noctem Tripolim concessimus, eo-

VARIÆ LECTIONES.

[70] προσταττομένοις Combefisius : libri πραττομένοις. [71] σκέψιν? [72] τῶν om. A.

dem ipso die quo salutare crucis lignum exaltatur, quando et nos jam primum a maris periculis malisque eramus liberandi. Cum prope murum venissemus, oppidanorum barbara omnis multitudo, suos excipiens nostrosque admirans, ad ipsum navale effundebatur. Mox enim ac urbis naves omnes simul coactas in portum deferri contigit, tum e singulis et pecuniarum copia et reliqua spolia, velut ex vastæ capacitatis urbibus, educi et in domos ad id antea paratas convehi, ut brevi intervallo his in eam invectis urbs impleretur. Quin nos quoque ducentes efferebant, et quasi victoriæ quoddam tropæum, in omnium oculis traducentes, miseriam nostram ac calamitatem velut in orbis theatro producebant. Quam multis enim vociferationibus usi sunt saltibusque insultarunt in urbis ingressu, cum ad eam accessimus, dum probra nostra ac injurias magnæ sibi jucunditatis argumentum **597** sumunt! quod et reliquis majorem nobis dolorem incussit, cum mala illa et iterata opprobria maximaque dedecora ferre non possemus. Ubi enimvero post eum expletum triumphum assignatæ nobis sunt ædes, in quibus sub Barbarorum custodia addicti tenebamur usque dum Tarsum proficisceremur, tunc nimirum a multis laboribus levati, fixisque in terram capitibus, non sine lacrymis Deum precabamur ut tandem aliquando malis nostris finem imponens, haud ultra tot molestiarum turbines in nos intenderet, quorum vel solo auditu animus horreret, quippe cum et illæ vim omnem doloris excederent.

78. Verum hæc quidem, quod ad nos attinet, qui commutationis jure manu mittendi servabamur, et quibus obtigerat captivis reliquis ut Tripoli nobiscum versarentur. Qui autem nostrum Cretæ in aliis navibus divisi fuerant, per omnem Syriæ oram maritimam dispersi sunt; quos mercatores commercati, rursus aliis in locis divendentes, inter se ad hoc ævi sic commutant ut ex illis nonnulli in Æthiopiam extremamque austri plagam inter Barbaros immigrarint. Horum, inquam, si quis mala atque ærumnas scripto consignare tentaverit, similis illi videbitur qui se maris arenas in numerato habere stulte putaverit. Omnino enim **598** et tu ipse, virorum studiosissime, si quos illorum Damasci et in circumjacentibus urbibus offendisti. Offendisse enim illic non paucos scio, quod omnes naves Tyriæ captivos suos in illas partes asportarunt. Mitto enim ex nostra quoque Tripoli commoratione, cum per illa loca tibi tum primo transeunti parumper innotuimus, perquam abunde te de his didicisse; quæ et nobis tacentibus res repræsentet, animorumque dolorem ac cruciatum ex ipsa vultus specie certo indicet. Quapropter tum tu quoque commiseratus, et fortunarum nostrarum particeps sociusque effectus, ea ratione quod horum omnem seriem doceri plurimi feceris, satis manifeste si-

A ἡμερον ἄλλο τὴν Τρίπολιν κατελάβομεν, κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν καθ' ἣν ὑψοῦται τὸ σωτήριον τοῦ σταυροῦ ξύλον, ὅτε καὶ ἡμεῖς τῶν κατὰ θάλασσαν ἄρτι πρῶτον ἐμέλλομεν πειρασμῶν ἀφεθῆναι. Γενομένων οὖν ἡμῶν πλησίον τοῦ τείχους, ἐχεῖτο περὶ τὸν ναύσταθμον ἁπάντων ἐγχωρίων Βαρβάρων τὸ πλῆθος, τοὺς μὲν οἰκείους προσλαμβανόμενον, τοὺς καθ' ἡμᾶς δὲ θαμβούμενον. Ἅμα γὰρ συνέβη πάσας τὰς τῆς πόλεως συνελθεῖν νῆας καὶ πρὸς τὸν ὅρμον γενέσθαι, εἶτα ἐξεκομίζετο ἀφ' ἑκάστης αὐτῶν τῶν τε χρημάτων τὸ πλῆθος καὶ τῶν λοιπῶν σκύλων ὥσπερ ἀπό τινων πόλεων, καὶ μετήγετο εἴς τινας προηυτρεπισμένας οἰκίας, ὡς ἐν ὀλίγῳ πληρωθῆναι τὴν πόλιν τῆς τούτων ὑποδοχῆς. Προέφερον δὲ καὶ ἡμᾶς ἄγοντες καθάπερ τι τρόπαιον νίκης, ἐπὶ πᾶσιν ἡμᾶς θριαμ- B βεύοντες καὶ θέατρον ποιούμενοι τὴν καθ' ἡμᾶς συμφοράν. Οἷον γὰρ ἀνέκραγον καὶ τοῖς ἐξάλμασιν ἐπεσκίρτησαν, ὅτε πρὸς αὐτῇ [73] γεγόναμεν τῇ εἰσόδῳ τῆς πόλεως, ἀφορμὴν θυμηδίας τὴν καθ' ἡμῶν ὕβριν δεικνύμενοι! ὃ δὴ καὶ πλείω τῶν ἄλλων ὠδύνησεν [74] ἡμᾶς, οὐκέτι φέροντας τῶν δεινῶν ἐκείνων καὶ τῆς ὑπερβαλλούσης αἰσχύνης τὴν ἐπαλληλίαν ὑφίστασθαι. Ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ μετὰ τοῦτον τὸν θρίαμβον ἐκληρώθη τις οἶκος ἐν ᾧ φρουρεῖσθαι κατεκρίθημεν τηρηθησόμενοι τῆς πρὸς τὴν Ταρσὸν ἀφίξεως, τότε δὴ τῶν πολλῶν ἀνεθέντες πόνων καὶ τῇ γῇ τὰς κεφαλὰς προσερείσαντες ἐδεόμεθα τοῦ Θεοῦ μετὰ δακρύων στῆναι ἡμῖν ποτε τὰ κακὰ καὶ μηκέτι χώραν λαβεῖν καθ' ἡμῶν τοιούτων ὀχληρῶν ἐπίτασιν, ὧν C καὶ ἡ ἀκοὴ μόνη μετήγετο διὰ πείρας ἐλθεῖν· παντὸς γὰρ ἀλγεινοῦ φύσιν ἐκβέβηκεν.

[P. 382] οη'. Ἀλλὰ ταῦτα ἡμεῖς οἱ πρὸς τὴν καταλλαγὴν τηρούμενοι καὶ οἱ μεθ' ἡμῶν λαχόντες τῶν λοιπῶν αἰχμαλώτων κατὰ τὴν Τρίπολιν. Οἱ δὲ γ' ἐν Κρήτῃ ἐξ ἡμῶν διαιρεθέντες ἐν ταῖς ἄλλαις ναυσὶ ταῖς ἀφ' [75] ἑκάστου τόπου διεσπάρησαν καθ' ὅλης τῆς παραλίας Συρίας· οὓς καὶ ὠνούμενοι πολλοὶ τῶν ἐμπόρων καὶ πάλιν μεταπιπράσκοντες κατὰ διαφόρους τόπους ἐν ἀλλήλοις μέχρι καὶ νῦν αὐτοὺς ἀνταμείβουσιν, ὡς καὶ αὐτὴν φθάσαι τὴν Αἰθιοπίαν τινὰς ἐξ αὐτῶν καὶ τοὺς τὴν ἀκροτάτην μεσημβρίαν κατοικοῦντας Βαρβάρους. Ὧν εἰ θελήσοι τις τὰς συμφορὰς ἀναγράφεσθαι, ὅμοιος εἶναι δόξει τῷ τὴν παραλίαν ψάμμον ἐκμετρεῖν εἰκαίως τοπάσαντι. D Πάντως γὰρ καὶ αὐτὸς, φιλομαθέστατε ἀνδρῶν, εἴπερ ἐνέτυχές τισιν ἐξ αὐτῶν, ἔν τε τῇ Δαμασκῷ καὶ ταῖς περὶ αὐτὴν πόλεσιν· ἐνέτυχες γὰρ, οἶδα, πολλοῖς ἐκεῖσε, διὰ τὸ πάσας τὰς Τυρίας νῆας τοῖς μέρεσιν ἐκείνοις τοὺς αἰχμαλώτους αὐτῶν... ἐῶ γὰρ λέγειν ὅτι καὶ ἡμῶν ἡ περὶ τὴν Τρίπολιν διαγωγὴ, ὁπότε διερχομένῳ σοι ἐκεῖθεν κατ' ἀρχὰς μικρὸν ἀνεγνωρίσθημεν, ἱκανῶς σε περὶ τούτων πεπληροφόρηκε, καὶ σιωπώντων ἡμῶν τὰ πράγματα παριστῶσα καὶ τὴν ὀδύνην τῶν ψυχῶν ταῖς μορφαῖς ἐξελέγχουσα. Ἐξ οὗ δὴ καὶ αὐτὸς συμπαθήσας τότε, καὶ ἐν τούτῳ κοινωνήσας ἡμῖν τοῦ πάθους ἐν τῷ περὶ πολλοῦ ποιήσασθαι μαθεῖν τὴν περὶ τούτων

VARIÆ LECTIONES.

[73] αὐτὴν AP. [74] ὠδίνησεν AP. [75] ἀν' P.

ἀκολουθίαν, ἔκδηλος ἐγένου τῇ λύπῃ πληγεὶς καὶ πέρα τοῦ μετρίου τὴν καρδίαν ὀδυνηθείς. Πλὴν οὕτω ταῖς πολλαῖς καὶ ἀπείροις ἐκείναις τῶν πειρασμῶν ταλαιπωρήσαντες καταιγίσι, καὶ οὐδὲν κρεῖττον οὐδ' ἐν αὐτῇ τῇ Τριπόλει, παρ' ὅσον ἐν αὐτῇ διετρίψαμεν χρόνον, γενόμενοι, ἀλλὰ μόνον ὅσον τὸ κατ' ἐμὲ καὶ μοχθηροτέροις τισὶν ὁμιλήσαντες (ἐκεῖσε γὰρ ἐγὼ καὶ τοῦ καλοῦ πατρὸς ἀπωρφανίσθην, καθάπερ ἄλλην ἀρχὴν τῶν δεινῶν τὴν ἐκείνου στέρησιν ἐφευράμενος [76]), ὅμως μετὰ τὴν σὴν ἀναχώρησιν οὐ μετὰ πολὺν χρόνον προστάξει τοῦ τυράννου πάντες ὁμοῦ τῇ προτέρᾳ πάλιν βληθέντες νηῒ μετὰ καί τινων διακομιζόντων ἡμᾶς Βαρβάρων ταύτην δὴ τὴν φρουρὰν τῆς Ταρσοῦ κατελάβομεν· καὶ νῦν ἐσμὲν ἐν μεθορίῳ δύο πραγμάτων ἐλπιζομένων, ἢ τοῦ τυχεῖν τῆς πάλαι θρυλουμένης διὰ τῆς σωτηρίου καταλλαγῆς ἀπολυτρώσεως, ἢ τῷ θανάτῳ παραπεμφθῆναι καθ' ἑκάστην ἐφεστῶτι ταῖς συχναῖς ἀῤῥωστίαις καὶ ἄλλως τοῖς ἐν τῇ φρουρᾷ πλησίον συνῳκισμένῳ. Πλὴν οὐκ ἔχομεν ἀσφαλῶς γινώσκειν ὁποτέρῳ τούτων προτέρῳ διαλαχεῖν.

οθ'. Ἐγὼ δὲ τὴν ἐπιταγὴν ἤδη πεπλήρωκα, πάνυ θαυμάζων [77] τὴν σὴν ἀρετὴν, πῶς περὶ τούτων πεφιλοπόνηκας, [P. 383] ὡς καὶ διὰ γραμμάτων παρορμῆσαι ἡμᾶς δῆλά σοι πάντα ποιήσασθαι τὰ περὶ τῆς ὑλώσεως τῆς καθ' ἡμᾶς πόλεως. Οὐχ ἕνεκεν δέ τινος ἄλλου τὴν σὴν ἀξίωσιν ἐκπληρῶσαι δίκαιον κέκρικα, ἀλλ' ἵν' ἔχῃς ὑπόμνημα τῆς πρὸς ἡμᾶς φιλίας τὴν καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς συμφορὰν, ἀεί σε περικεντοῦσαν τοῖς ἀλγεινοῖς καὶ πρὸς τὸν ζῆλον τῶν καλῶν παραθήγουσαν. Πέφυκε γάρ πως ἡ μνήμη τῶν λυπηρῶν εἰς ἀρετὴν ἐνάγειν τῶν σπουδαίων τὸ φρόνημα, καὶ φοβερῶν πραγμάτων ἐξήγησις ψυχικὴν ἀσφάλειαν ἀπεργάζεσθαι. Ἀλλὰ μὴ τῇ ἰδιωτείᾳ προσέχων τῆς συγγραφῆς τῶν αὐτῇ προσόντων τὴν ὠφέλειαν διαπτύσῃς, τῷ ἀτεχνεῖ δὲ μᾶλλον καὶ ἀνεπιτηδεύτῳ τῶν λεγομένων τὴν πίστιν συνακολουθεῖν ἐννοούμενος εὐχαῖς ἡμᾶς ἀμείψασθαι τῆσδε τῆς ἐγχειρήσεως προθυμήθητι, τὸν κοινὸν Δεσπότην ἐξιλεούμενος ἢ παρενεγκεῖν ἡμῖν τὰ δεινὰ ἢ καρτερῶς γε φέροντας ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς αὐτοῦ δικαιοκρισίας τὸν τῆς ὑπομονῆς ἀξιῶσαι μισθόν.

Τέλος τῆς ἀξιομνημονεύτου ἱστορίας κῦρ Ἰωάννου τοῦ Καμενιάτου καὶ κουβοκλεισίου [78] τῆς ἁγιωτάτης μητροπόλεως Θεσσαλονίκης, ἣν ὀφείλει πᾶς τις, μάλιστα δὲ Θεσσαλονικεὺς, ἐπιστατικῶς τε [79] καὶ νουνεχῶς διελθεῖν ὡς πάνυ οὖσαν, τό γε εἰς ψυχικὴν ἧκον ὠφέλειαν, ἀρίστην τε καὶ λυσιτελεστάτην.

A gnificas te a mœrore læsum ultra modum animo indoluisse. Cæterum eum in modum multis illis ac innumerabilibus afflictionum procellis divexati nihil melius, nec in ipsa Tripoli, quandiu in illa morati sumus, nos habuimus, nisi quod (vel me certe quod attinet) prioribus etiam deterioribus malis oppressi sumus. Ibi enim optimo quoque patre orbatus sum, velut aliud novum malorum initium illius nactus carentiam. Attamen a tuo discessu, non multo post, ita mandante tyranno, omnes simul priori rursus navi impositi, quibusdam Barbaris una vectoribus, ad hanc Tarsi custodiam venimus. Et nunc inter duas res **599** anxii nimis jactamur, aut salutari commutatione redimendi, aut mortem oppetituri; quæ ipsa crebris quotidie ægritudinibus
B ingruat, ac præterea iis qui in carcere detinentur prope contubernalis exsistat. Haud tamen certo scire possumus utrum horum prius nanciscemur.

79. Ego vero jam tua jussa implevi, virtutem tuam non satis admirans, qua ratione ad hæc pervestiganda sic adhibueris animum, ut et scriptis litteris omnem nostræ urbis excidii narrationem ex me sollicitaveris. Nec ulla alia de causa tuis parere jussis operæ pretium duxi quam ut amicitiæ nostræ monimentum nostram hanc calamitatem habedo, quæ te tristium recordatione continue compungat et ad eorum quæ sunt honesta et officii
C æmulationem alacriorem reddat, funestarum siquidem rerum memoria studiosorum mentem ad virtutem promovere solet, terribiliumque narratio animis securitatem præstare consuevit. Cave tamen ne scriptionis simplicitati animum attendens, quæ illi inest, utilitatem despicias: sed potius nullo artificio concinnata inepteque digesta ipsa veritati hærere fidemque sibi conciliare existimans, ejusce vices operis preces nobis ex animo rependc, communem Dominum exorans ut **600** aut a nobis mala amoveat, aut fortiter tolerantibus in die sui justi judicii patientiæ mercedem tribuat.

D *Finis memoria dignissimæ historiæ domni Joannis Cameniatæ, cubuclesii sanctissimæ metropoleos Thessalonicæ, quam quilibet, sed Thessalonicensis potissimum, ut (quod ad animum attinet) optimam summeque proficuam solerter et cordate debet percurrere.*

VARIÆ LECTIONES

[76] ἐφευρόμενος P. [77] θαυμάζω A. [78] κουβουκλεισίου P. [79] τε om. P.

IN SEQUENTEM DEMETRII CYDONII MONODIAM

FR. COMBEFISII PRÆFATIO.

Quandiu in Thessalonicæ rebus versamur, ejusque priore excidio, Leone Basilii filio imperatore (cujus et opera instaurata prope ejus urbis omnis illa ruina ac desolatio est) priusquam manum e tabula, libuit in

antecessum funestius aliud hic ejus repræsentare excidium, quo non hostium grassatione, sed civium tumultu immane quantum fœdata civitas est et desolata, sibique ipsa vires ademit, et ut facile postmodum Turcis præda cederet, momentum dedit, urbique Augustæ ac Byzantio, per eas ipsas civiles discordias ac factiones, eo fato præiret. Auctor mihi hic Demetrius Cydonius ipse Thessalonicensis, inter suos plurimum schismaticos, nec levibus erroribus Palamitarum nube involutos, ipsis dementatis Ecclesiarum principibus, aulaque fere in eorum adducta sententiam, Catholicissimus Latinisque addictissimus, nec minus suis devotus, studensque Græciæ jam dejectæ, qua via liceret, revocandis rebus; quod hoc uno præstari posse ac sperari, acri sane vir judicio existimavit, si sopito sequioris ævi dissidio, pristinaque reducta Christianitatis ac Ecclesiæ facie, Novæ Romæ cum Seniori, filiæ cum matre, et a qua filiæ omnis dignitas, conveniret. Ejus hoc argumento Orationem deliberativam, de Latinorum corrogando auxilio, alteramque de non reddenda Gallipoli, ab anno jam 1648 typis vulgasse, memini, quibus præiret Theodori Despotæ Palæologi in purpura nati Ἐπιτάφιος, *aureo mellitoque Manuelis item Palæologi imperatoris ipsius fratris, ore, illi in Peloponneso dictus, ubi is cum imperio diu præfuerat, diemque obierat; triumque fasciculum haud spernendum, nec regiis auribus ac animadversione prorsus indignum, Christianissimo Francorum Ludovico XIV, semper Augusto, annis minori, sed tota jam indole ac spiritibus Magno, non ingratum munus obtulisse. In quo mihi ipse placeo, nec tam mihi, quam patriæ ac Galliæ orbique ipsi Christiano, gratulor, quod tam verus quam bonus vates fui: et quam in Palæologis* φιλαδελφίαν, *quod laudatum par fratrum et amicorum, suspexi, amavi, colui, orbi exhibui, in Christianissimo principe, fratreque unico, gente Borbonia, invictissimi æque ac justissimi piissimique Ludovici XIII inclyta sobole, feliciori omine mihi ipse jam tum auguratus sum, votisque expetii. Et vero donavit, fraternæ illius charitatis auctor, ac concordiæ arbiter Christus, per quam tot annis Gallorum gentem, sociosque omnes beavit, ac in ævum longinquum beet; hostesque (quod dudum facit) nunquam non dejiciat ac percellat, aut etiam virtutum illecebra omnique clementia, majori victoria amoris, ipsos quoque vero Soli mundo, socios amicosque deliniat, trahat, subjiciat. Tabellam huic oppositam exhibet Demetrii Cydonii hæc* Μονῳδία. *Graphice in ea descripta civium discordiæ mala: quid sibi pariat, ipsa sibi mucronem adigens civitas, ac in se versa respublica flammamque sibi subjiciens, ne cui tandem ullo unquam colore furor tantus obrepat, invidoque dæmoni ea molitione funestum plane organum pareat, ac vel fumum patriæ civibusque aspergat, ne tanta dicam hisque Thessalonicensibus, affinia pariaque incendia. Reliqua ad imperii Byzantini interitum, ejusque ipsam postremam labem ac occasum ministrabunt, ipsa Cydonii, aliorumque ejus circiter ævi, pauloque supparium e Regia ipsa, aliisque Christiani orbis bibliothecis, epistolæ ac opuscula, post Leonis Diaconi et Michaelis Pselli (altero hic statim volumine) Historiarum illustria a me data* συντάγματα· *sive mihi ipsi vita comes fuerit, sive cui per Providentiam destinatum erit, lampade tradita. Thessalonicensem hunc tumultum perstrinxit Cantacuzenus l. 3, c. 94; an sincera satis historici fide, nec suæ ipse causæ favens, aliorum judicium esto.*

ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΚΥΔΟΝΙΟΥ

ΜΟΝΩΔΙΑ

ΕΠΙ ΤΟΙΣ ΕΝ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗ ΠΕΣΟΥΣΙ.

DEMETRII CYDONII

OCCISORUM THESSALONICÆ MONODIA (1).

(Anno 1346.)

1 Viri, quotquot propinquorum ac gentilium vestrorum effugistis manus, mecum ipse undequaque considerans, quo nomine vocanda sit civitas, in qua nobis mala hæc evenerunt, invenire non possum. Sane quidem civitatis urbisque ambitus est; in ea autem qui sedes habeant de civibus tropæum erexisse, et corporibus municipium vacuatum esse, eos, qui evasere, Styge pariter et Cocyto atque Barbaris deteriorem ipsam nuncupare cogit.

2. O tempus in lucem trahens omnia, atque

A [P. 384-385] α'. Ἄνδρες, ὅσοι τὰς τῶν συγγενῶν διαπεφεύγατε χεῖρας, ἐγὼ μὲν οὐδ' ὅ τι χρὴ καλεῖν τὴν πόλιν, ἐν ᾗ ταῦτα πεπόνθαμεν, δύναμαι σκοπούμενος πανταχόθεν εὑρεῖν. Ὁ μὲν γὰρ περίβολος, πόλεως· τὸ δ' ἐν αὐτῇ στῆσαι τρόπαιον ἀπὸ τῶν πολιτῶν τοὺς οἰκήτορας, καὶ κεκενῶσθαι σωμάτων τὸ ἄστυ, καὶ Στυγὸς καὶ Κωκυτοῦ καὶ Βαρβάρων χείρω τοὺς ἐκφυγόντας ἀναγκάζει ταύτην καλεῖν.

β'. Ὦ πάντα μὲν φαίνων, πάντα δὲ κρύπτων χρό-

NOTÆ.

(1) Tragica comploratio, Lamentatio.

νος! Ὢ πᾶσαν μὲν συγγραφὴν, πᾶσαν δὲ ποίησιν A ἀποκρύψασα συμφορά! Ὢ πάντας μὲν διηγουμένους, πάντας δὲ μονῳδοῦντας σιωπᾷν ἀναγκάζουσα φήμη! Πότερον ἐπαινῶμεν τοὺς οἰκεῖν λαχόντας τὴν χώραν; Ἀλλ' αὐτοῦ καὶ τοὺς φονέας ὁρῶμεν, καὶ οἱ τῇ φύσει πικρῶς ἔχοντες, ἐνταῦθα τὸν πρὸς αὐτὴν πεπολεμήκασι πόλεμον. Ἀλλὰ καταρώμεθα καὶ μιαρὰν καλῶμεν τὴν πόλιν; Ἀλλ' ἡ τῶν πεσόντων ἀρετὴ, πάσης ἀρετῆς τε καὶ εὐχῆς ἀξίαν αὐτὴν ἀποφαίνει. Τίς ἄρα τῇ τῆς πόλεως ἐβάσκηνε δόξῃ; Τίς ταύτην αὐτῇ φυλάττεσθαι παρὰ πάντων οὐ συνεχώρησε διὰ τέλους; Τίς μὴ πρὸς τῇ σοφίᾳ, καὶ τῇ φιλανθρωπίᾳ ταύτην ἀφῆκε φιλοτιμεῖσθαι; Τίς τοῖς ὑστέροις συνέχεε τὰ πρότερα; Τὰ μὲν γὰρ πρὸ τῶν τολμημάτων τούτων καὶ τῆς σχετλίας ἡμέρας, τίς οὕτω λόγοις πάντας νικῶν, ὅστις ἂν οἷός τ' ἐγένετο διηγούμενος B ἐφικέσθαι μέγεθος μὲν, ὥστ' ἐξεῖναι ταῖς μεγίσταις αὐτὴν παραβάλλειν· θέσιν δὲ τὴν καλλίστην ἅμα καὶ ὑγιεινοτάτην· καρπῶν τε φορὰν, καὶ τὸν τῆς Αἰγύπτου τόκον νικῶσαν; Νεῲ δὲ καὶ ἱερὰ, τῶν ἁπανταχοῦ κάλλιστά τε καὶ ἁγιώτατα, τοσαῦτα καὶ τὸ μέγεθος καὶ τὸ πλῆθος, ὥστ' οὐκ εἶναι τούτων ἄλλοθι τοσούτοις, οὔτε μείζοσιν οὔτε πλείοσιν ἐντυχεῖν· ἀγορά τε τοὺς ἐξ ἁπάσης γῆς ὑποδεχομένη, καὶ τοὺς συνιόντας, οὗ γῆς εἶεν ἀπορεῖν ἀναγκάζουσα· [P. 386] οὕτω ταυτὸν ἦν ἐκείνην τε οἰκεῖν, καὶ πάσαις ἅμα παρεῖναι. Λιμένας δὲ πολλοὶ μὲν ἐπῄνεσαν· ὁ δ' ἐνταῦθα πάντων ἂν δικαίως ἐνίκησεν εἶναι παράδειγμα, ὁ αὐτὸς ἀντὶ πόλεώς τε ὢν καὶ λιμένος, καὶ τὴν πόλιν οὐκ εἰς τὴν θάλατταν λήγουσαν C παρεχόμενος, ἀλλ' εἰς πόλιν ἑτέραν. Οὕτω σεμνότερον καὶ τῶν Βαβυλῶνος ἐτετείχιστο περιβόλων. Μέγιστος δὲ ὢν ὧν ἴσμεν λιμένων, μεγίστην παρέχεται τὴν ἀσφάλειαν, καὶ τὴν πόλιν οἷον ἐν ἀγκάλαις περιλαμβάνων, συμφῦναι δοκεῖ σπεύδειν αὐτῇ. Τὸ δὲ ὅλον σχῆμα τῆς πόλεως τίνος μὲν οὐκ ἂν ἐκοίμισε λύπην; Τίνα δὲ οὐκ ἂν νοσοῦντα ἀνώρθωσε; Τίνα δὲ οὐκ ἂν ξένον ἔπεισε καὶ τῆς οἰκ[ε]ίας ἐπιλαθέσθαι;

A omnia tegens! O calamitas, quidquid usquam historiarum monumentis proditum est, quidquid poetarum fabulis celebratum, obscuro damnans! O rumor, o fama, omnium qui narrationem instituant, omniumque funestos casus tragice deplorantium ora silere necessario præstans! Laudemusne regionis incolas? At in ea et sicarios videmus: amarulentoque homines animo ac ingenio, hic adversus eam pugnam commiserunt. Dirisne devoveamus, urbemque impuram ac scelestissimam dicamus? Enimvero, eorum qui ceciderunt virtus, omni eam virtute, faustisque dignam ominibus, ostendit. Quisnam igitur urbis claritati invidit? Quis eam se sibi in finem usque ab omnibus servare non sivit? Quis præter sapientiam, etiam hu- B manitatis laude eam splendere non dimisit? Quis iis, quæ secuta sunt, priora confudit? Quæ enim scelestissimos ausus hos et miserabilem diem antecessere, quis tanta eloquentiæ vi cunctis eminet, ut assequi verbis sufficiat? Magnitudo tanta, ut ea cum maximis urbibus componi merito possit. Loci situs pulcherrimus simul et saluberrimus; fructuum proventus, qui et Ægypti feracitatem vincat. Templa ac sacræ ædes, tanta magnitudine sicque numerosæ, ut nullo usquam loco in tantas aut majores pluresve incidere liceat. Forum omni ex terra venientes suscipiens, ac qui convenissent ubi terrarum essent ambigere cogens: sic idem erat in ea degere, ac cunctis simul terris præsentia adesse. Multi sunt qui portus laudavere; Thessa- C lonicensium autem omnium merito exemplar evicit esse, idem ipse et urbis, et portus vicem gerens, cujus munere urbs non ad mare desinat, sed ad urbem alteram. Sic et præ Babylone augustior septus: cumque omnium, quos noverimus, portus sit maximus, maximam securitatem præbet, urbemque quasi brachiis astringens, ulnisque fovens, et velut coalescere eniti videtur. Urbis omnis species cujus non animi dolorem sedarit? Quem ægro corpore non sanum reddiderit? Cui extraneo non et patriæ domusque oblivionem fecerit?

γ'. Ἀλλὰ μὴν τήν γε τῆς πόλεως εὐσέβειαν, καὶ τὴν περὶ τὸν Θεὸν θεραπείαν, βέλτιον ἄν τις σιωπῶν ἢ φθεγγόμενος ἐνδείξαιτο τοῖς ἀκούουσιν. Ἐκεῖ γὰρ τακτοὶ μὲν οὐκ εἰσὶ καιροὶ τοῖς εὔξασθαι βουλομένοις, ἀλλὰ τῶν ἱερῶν καὶ νύκτωρ καὶ μεθημέραν ἀνεῳγμένων, ἔξεστι πληροῦν τὰς εὐχὰς καὶ θαρ- D ῥεῖν περὶ ὧν τις δεησόμενος ἧκεν. Ἥ τε λοιπὴ περὶ τὰ τοιαῦτα φιλοτιμία τε καὶ σπουδὴ, ἀναθημάτων κάλλη καὶ πλῆθος προσόδων, καὶ παννυχίδων συνέχεια, καὶ αἱ τῶν ᾀδόντων ἴυγγες, καὶ ἡ διὰ πάντων ὥσπερ ἐν μουσικῇ ὁμολογία καὶ τάξις, ταυτὶ δὲ βέλτιον παρόντα ὁρᾷν καὶ πειρᾶσθαι καταμανθάνειν γινόμενα. Καὶ μὴν καὶ μισθὸν αὐτοῖς οὔτοι φαῦλον τῆς εὐσεβείας ὁρῶμεν· ἀλλ' ὧν ἄν τις αὐτῷ γε ἢ φίλοις συνεύξαιτο· πολιορκιῶν τε λύσεις, καὶ λιμῶν βοηθείας, καὶ νοσημάτων δὴ θεραπείας ἐπι-

600 3. Atenim urbis pietatem, ac erga Deum cultum, melius quispiam silentio, quam sermone ac eloquio auditoribus insinuaverit. Nulla ibi stata tempora, iis qui velint precatione defungi, sed et noctu atque interdiu reseratis sacris ædibus, preces im- D plere licet, ac confidere de quibus quis oraturus venit. Reliqua item in ejusmodi magnificentia atque opera, pulchra donaria, proventuum multitudo, juges noctu vigiliæ, cantorum illecebræ, ac per omnia velut in musica concentus ordoque; hæc, inquam, præstat, qui sit præsens, videre, ac conari rerum ipsa exhibitione condiscere. Atqui nec spernendam pietatis mercedem civitati videmus accessisse, ac quam sibi quis merito comprecetur, iisque quos necessarios habebat; solutas obsidiones, famis solatia, adventantium depulsos morbos (2),

NOTÆ.

(2) Hæc præcipue in Vita Demetrii fuse digesta; quæ et ornamento essent ad Mauritii circiter tempora, ac Illyrici bella; possemque repræsentare.

regum neces instructis copiis adorientium; in futurum oracula, *Unam fore, quæ in communi clade ac vastitate incolumis servetur*. Confert vero istiusmodi quoque usibus, qui et universum orbem habitabilem universumque inhabitabilem miraculo tenet, in media urbe situs, atque ad se undequaque extrema cogens, tum ipse urbi servator, tum civibus conciliator atque ad Deum intercessor. Neque id solum, sed et qui imperatores placidos civitati reddat, cum in reliquis, tum ut oppidanis remittant tributa; inque externis ac Barbarorum bellis ipse ducem agat, tremendumque majoribus longe copiis ut adversus civitatem arma moveant, efficiat. Sic nimirum exstare urbem commune pietatis exemplar quis dixerit.

4. Oratorum porro et philosophorum, aliorumque litteratorum, ubi quis aut plures, aut præstantiores choros perspiciat? Quin plane hic omnes primas dant civitati, ac commune gymnasium vocitant ac scholam, cunctis ad musas in ea enixe contendentibus. Enimvero illud certe unum haud licet dicere: id nunc quidem urbi contigisse, ut litterarum ac eruditionis primatum teneret, fuisse vero cum in eorum qui ignorantia laborant classe locanda esset: secus plane, nullum non tempus fuit, in quo non esset Elicorum urbs, musarumque hic in ævum studia clara vigerent victoria, veluti pubem dicunt poetæ. Sic Athenis quispiam dixerit, cum Demosthene ac Platone versari, ludumque terere, cui hic versari contigerit.

5. Enimvero cuncta hæc dies una confudit, atque urbi coronam detraxit; ac quam deperirent omnes, haud secus ac scopulos sub aquis latentes omnium animis suspectam reddidit. O unde contentio atque lis in mundum ingressum habuit? O unde seditio miscens omnia impudenter obrepsit? Unde vero ut una in ea nacti sedes, non et eadem in rem mutuo rati conducere, alii aliorum contentionis ardore degustarint carnes, affiniumque ac propinquorum cruoribus patriam fœdarint, quam et potiore parentibus loco iis fore par erat, si sanæ mentis scintillam ullam retinerent? Ii vero furiis agitari, regesque adorare ac imperatores, qui publicis nihil tyrannis meliores essent. Terra porro ac regio nostra habebatur, sed potentiorum vis ac injuria ea fruebatur. Mare occlusum erat, urbibusque ita solum respirare licebat, si libertatis prorsus oblitæ essent. Quos vero par erat indigne ferre, ut quibus putaretur imperium, ii rem risu excipiebant, ac si rebus hinc accessio foret. Malorum porro remedium erat iis solum nuntiare dira, qui ipso eorum eventu, victimas faciebant. Quotquot autem ex præsentibus, quo tandem res civitatibus evasuræ essent, augurabantur, quærebant cui pereuntium curæ esset. Ac occurrebat, qui Hercule fortior, Peleo castior, majori Themistocle vi ingenii esset; ac qui ipse erga subditos Cyri animum indolemque referret. At, dura res legislator animis quietem agere nesciis; ejusque moleste

A δημούντων, σφαγάς τε βασιλέων αὐτοῖς στρατεύμασιν ἐπιόντων, καὶ χρησμοὺς εἰς τὸ μέλλον, *Μόνην ἀνάλωτον ἐν τῇ κοινῇ περισωθήσεσθαι συμφορᾷ*. Συνεργεῖ δὲ πρὸς τὰς τοιαύτας χρείας αὐτῇ, καὶ ὁ πᾶσαν μὲν τὴν οἰκουμένην, πᾶσαν δὲ τὴν ἀοίκητον τῷ θαύματι κατασχὼν, ὃς ἐν μέσῃ τῇ πόλει κείμενος, καὶ πρὸς αὐτὸν τὰ πανταχόθεν ἄκρα συνάγων, τῇ τε πόλει σωτὴρ διαλλακτής τε τοῖς πολίταις καὶ πρεσβευτὴς τὰ πρὸς Θεόν. Οὐ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ βασιλέας μὲν ἡμέρους τῇ πολιτείᾳ καθίστησι, τά τε ἄλλα καὶ τὰ τῶν φόρων ἀνιέντας τῇ πόλει, ἔν τε τοῖς πρὸς τοὺς ἔξω πολέμοις αὐτὸς στρατηγῶν, καὶ φοβερὸν τοῖς πλεονάζουσι καθιστὰς κινεῖν ὅπλα κατὰ τῆς πόλεως. Οὕτως ἂν εἴποι τις ἵστασθαι κοινὸν τὴν πόλιν εὐσεβείας παράδειγμα.

B δ'. Ῥητόρων δὲ καὶ φιλοσόφων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐπὶ τοῖς λόγοις, ποῦ τις ἂν ἢ πλείους ἢ καλλίους ἴδοι χορούς; Ἀλλ' ἐνταῦθα πάντες [P. 387] συγχωροῦσι τῇ πόλει, καὶ διατριβὴν καλοῦσι κοινὴν, πάντων παρὰ τὰς ἐνταῦθα μούσας ἐπειγομένων. Ἀλλὰ μὴν τοῦτό γε μόνον οὐκ ἔνεστ' εἰπεῖν, ὡς νῦν μὲν αὐτῇ συμβέβηκε προστῆναι τῶν λόγων, ἦν δ' ὅτε μετὰ τῶν ἀγνοούντων ἐτέτακτο· ἀλλὰ τὸν ἅπαντα δὴ χρόνον Ἑλικῶν ἦν ἡ πόλις, καὶ νενίκηκεν ἐνταῦθα τὰ τῶν μουσῶν δι' αἰῶνος ἀκμάζειν, ὥσπερ φασὶ τὴν Ἥβην οἱ ποιηταί. Οὕτως Ἀθήνησιν ἄν τις εἴποι μετὰ Δημοσθένους καὶ Πλάτωνος διατρίβειν, αὐτόθι γενόμενος.

C ε'. Ἀλλ' ἅπαντα ταῦτα ἡμέρα δὴ μία συνέχεε, καὶ τὸν τῆς πόλεως ἀφείλετο στέφανον· καὶ τὴν κοινῇ ἐρωμένην, ὥσπερ τὰς ὑφάλους ὑποπτεύειν ἔπεισεν ἅπαντας. Ὢ πόθεν μὲν εἰς τὸν κόσμον ἔρις εἰσῆλθε; Πόθεν δὲ εἰσεκώμασε στάσις; Πόθεν δὲ οἱ τὴν αὐτὴν κατοικοῦντες, οὐ καὶ ταυτὰ λυσιτελήσειν ἀλλήλοις νομίζοντες, γεύονται μὲν φιλονεικοῦντες ἀλλήλων, αἵματι δὲ συγγενῶν τὴν πατρίδα μιαίνουσιν, ἣν ἔδει καὶ πρὸ τῶν γονέων αὐτοῖς, εἴ γ' ἐσωφρόνουν ὑπάρχειν; Οἱ μὲν ἐμαίνοντο, καὶ βασιλέας προσεκύνουν, οὐδὲν τῶν δημοσίᾳ τυραννούντων ἀμείνους. Καὶ γῆ ἐνομίζετο μὲν ἡμετέρα, ὑπὸ δὲ τῶν δυναμένων ἐγεωργεῖτο. Ἐκέκλειστο δὲ ἡ θάλασσα, ταῖς δὲ πόλεσιν οὕτω μόνως ἐνῆν ἀναπνεῦσαι, εἰ τῆς ἐλευθερίας D παντάπασιν ἐπιλάθοιντο. Οὓς δὲ δυσχεραίνειν ἔδει, ὡς σφίσι τῆς ἀρχῆς περικοπτομένης, ἐγέλων, ὥσπερ προστιθέντες τοῖς οὖσι. Τὸ δὲ φάρμακον τῶν κακῶν, μηνύσαι μόνον τὰ πάθη τοῖς ὅτι ταῦτ' ἐγένετο θύουσι. Ὅσοι δ' ἐκ τῶν παρόντων, οἷ τελευτήσει τὰ κακὰ ταῖς πόλεσιν ἐμαντεύοντο, ἐζήτουν ᾧ τῶν ἀπολλυμένων μελήσει· καὶ εὗρον Ἡρακλέους μὲν ἀνδρειότερον, σωφρονέστερον δὲ Πηλέως, Θεμιστοκλέους δὲ συνετώτερον· τὰ Κύρου δὲ καὶ αὐτὸν πρὸς τοὺς ἀρχομένους μεμι[μη]μένον. Ἀλλὰ πικρὸν νομοθέτης, τοῖς ἡσυχάζειν οὐκ ἐγνωκόσι, καὶ τὴν ἀρχὴν ἐδυσχέραινον τὴν ἐκείνου, οἱ σφίσιν αὐτοῖς πονηρὰ συνειδότες· καὶ διὰ ταῦτα ἀκρόπολίς τε δὴ παρὰ τῶν νοῦν ἐχόντων κατελαμβάνετο, ὡς βίᾳ τὸν ἐξεστηκότα δῆμον θεραπευσόντων. Καὶ παρὰ τὸν παῖδα τοῦ βα-

σιλέως τὸν σώφρονα καὶ πρᾶον καὶ φρόνιμον πρέσβεις ἧκον, ἀξιοῦντες στράτευμα πέμπεσθαι, καὶ τὴν μὲν πόλιν ἐπισχεῖν [P. 388] καθ' ἑαυτῆς μαινομένην, φυλάξαι δὲ τὰ πράγματα, τῷ σώζειν αὐτὰ δυναμένῳ. Ἔδει τότε μικρὸν ἡσυχάσαι τὴν τύχην, καὶ στρατιώτας ἐλευθερίαν κομίζοντας μὴ κωλῦσαι. Νῦν ἄν, ἀντὶ τοῦ στενάζειν, ἐν ἑορταῖς ἡμῖν ἦν ἡ πόλις. Νῦν ἂν ἐχόρευον μὲν ἡμῶν οἱ πολῖται, οἱ δ' ἐχθροὶ τὴν παροῦσαν μετελάμβανον τύχην. Δίκη δ' ἂν ἐγίνετο μετ' ἀνθρώπων, καὶ τὰ τοῦ χρυσοῦ γένους ἂν ἡμῖν περιῆκε. Νῦν δ' (ὢ πῶς τὰ καλῶς βεβουλευμένα ἡ τύχη παίζουσα περιτρέπει!) οἱ μὲν ἠπείγοντο· οἱ δ' ἦσαν μετέωροι· καὶ τῶν σημείων ἤδη πρὸ τῶν πυλῶν φαινομένων, δαίμων τις φθονερὸς ὑπῄει τοὺς πάντας ἐοικότας αὐτῷ· καὶ τὸν δῆμον αἵματος πάλαι διψῶντα, ἐπὶ κόρον ταῖς πονηραῖς παρεκάλουν δημηγορίαις. Οἱ δ' ἐκινοῦντο, οἷον Ὅμηρος ἔφη τὴν θάλατταν ὑπ' ἐναντίων πνευμάτων ἐλαυνομένην. Καὶ λοιπὸν οὐδὲν ἦν σὺν νόμῳ, ἀλλ' ἔπιπτε μὲν ὁ προστυχών· διὰ δὲ τῶν νεκρῶν ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας ᾔεσαν. Οἱ δὲ διασκεδασάμενοι, δέχεσθαι μὲν τοὺς ἐπιόντας, καὶ σφίσιν αὐτοῖς ἀμύνειν ἐβούλοντο· ἕτερος δὲ πόλεμος ἔνδοθεν κατὰ νῶτον ἀπήντα· ὥστ' οὐκ εἶχον λοιπὸν ὅποι τὰ πρόσωπα τρέψειαν. Τότε δὴ πῦρ μὲν ταῖς πύλαις προσήγετο, καὶ ὁ καπνὸς τοὺς μὲν ἔξωθεν ἐπειγομένους εἶργε τοῦ πρόσω· ὡς ἂν οἷς ἐβούλοντο βοηθεῖν, εἰλημμένων. Οἱ δ' ἔνδοθεν ἤνοιγον τὰς πύλας τοῖς ἀνδροφόνοις· οἱ δ' εἰσχυθέντες, πᾶσαν ἀνάστασιν πόλεως οἷς ἔδρασαν, ἀπέφηναν. Ἐγυμνοῦτο μὲν τῶν ὅπλων ὁ στρατιώτης· εἵλκετο δὲ ὑπὸ τῶν τυχόντων ὁ πολλὰ δὴ πολλοῖς εἰωθὼς ἐπιτάττειν. Δοῦλος δὲ τὸν δεσπότην ἠγνόει, καὶ ὧν πρότερον ἐπετιμᾶτο δικαίως τότε δίκην ἠξίου λαμβάνειν. Ὅπλων δὴ καὶ χρημάτων οἱ δοῦλοι καὶ πένητες κύριοι καταστάντες, τοῖς πρὶν αὐτὰ κεκτημένοις, τὴν τῶν ἀνδραπόδων προσήκειν ἐνόμιζον τύχην, καὶ δήσαντες εἶργον, μηδὲ τῶν ἀκτίνων ἀπολαύειν αὐτοὺς συγχωροῦντες. Δρόμος ἐπὶ τὰς οἰκίας, καὶ πάσας ὥσπερ ἐρημίας διέσπαψαν πόλεις. Ὁ δὲ δακρύσας, αὐτοῦ παρὰ τῶν ἀσεβῶν ἀπεσφάττετο. Ὢ πόλεως, ἀντὶ μιᾶς, πολλῶν, καὶ τούτων ἐναντιωτάτων γεγενημένης! Ὢ πολιτείας, θαλάττης πάσης ἀπιστοτέρας! Ὢ πολιτῶν, οὐδέν τι τῶν φύσει βαρβάρων ἀπιστοτέρων! Καταποντισταί τινες ἄντικρυς ἐν ἠπείρῳ· μᾶλλον δὲ τὰ τούτων, καὶ χείρω. Οἱ μέν γε τῶν ὄντων γυμνώσαντες, οὐ καὶ τὸ ζῆν προσαφείλοντο· οὗτοι δὲ, τὸν μὲν οἴκοθεν στράτευμα τρέφειν δυνάμενον, [P. 389] ἐξαίφνης ὥσπερ σκηπτοῦ κατενεχθέντος, ἀποπέμπουσι προσαιτήσοντα. Ἡ δ' ὑπερβολή, ὅτι καὶ τῶν ὄντων ἐκβάλλοντες ἀγανακτοῦσιν, εἰ ζῶντι μετὰ τῶν ἄλλων ἐξέσται μεμνῆσθαι τῆς συμφορᾶς.

A ferebant imperium, qui ipsi sibi malorum conscii essent. Ea causa fuit cur viri cati ac cordati arcem occuparint, quasi ad saniorem mentem, ea emotam plebem vi redacturi essent. Adsunt legati ad imperatoris filium, virum modestum, mitem, prudentem, rogantes mitti milites qui urbem compescant in sese furentem, eique servari res, qui ipse incolumes præstare posset. Erat tunc tantisper fortunæ quiescendum, nec inhibendi milites, qui libertatem allaturi essent. Nunc sane pro luctu ac gemitu, in tripudio atque epulis nobis civitas esset. Nunc plane cives nostri choros ducerent, ac inimici præsentis nostræ fortunæ participes essent. Vigeret justitia inter homines, aureumque genus in nobis superstes esset. Nunc vero, o quomodo quæ recte B consiliis initis deliberata essent, ludens fortuna evertit! Hi nempe urgebant, illi e sublimi stabant: jamque vexilla ante portas explicata erant, cum invidus quidam dæmon omnes subiit, qui pari illi ingenio essent; quique plebem pridem sanguinis sitibundam, ut eo exsatiaretur scelestissimis concionibus incitabant. Ea porro sic movebatur, uti mare dixit Homerus, cum contrariis ventis quatitur. Neque jam rationi aliquid conjunctum erat, sed quisque obvius cadebat. Per substrata cadavera itum ad magistratus. Illi dissipati, ingruentes quidem excipere, seque tueri optabant; his enimvero intrinsecus a tergo pugna altera occurrebat. Quamobrem non jam erat quo facies verterent. Tunc C nimirum igne portis admoto, fumus, eos qui extrinsecus urgerent, progredi inhibebat, quasi iis comprehensis, quibus ipsi suppetias ibant. Qui intus erant, sicariis ac maleficis portas aperiunt. Illi in urbem effusi, quibus gesserunt, omnem ipsi vastitatem inducunt. Miles armis nudabatur; trahebatur a vili vulgo, qui multa multis præcipere solitus erat. Servus herum nesciebat: ac quem is prius jure increpabat, tunc sibi pœnas eum dare poscebat. Armorum opumque servi ac inopes facti compotes, quibus illa prius competebant, mancipiorum forte ac fortuna habebant, compactosque in carcerem, nec lucis radiis frui sinebant. In ædes concitabant, omnesque civitates desertorum more eruebant. Cui lacrymæ obortæ essent, impio- D rum confestim gladiis contrucidabatur. O civitatem, quæ ex una, multæ, contrariissimisque studiis atque animis evaseris! O rempublicam quovis pelago infidam magis! O cives nihil majori fide, quam qui natura barbari omnique indole! Marini quidam plane prædones in continente; quin his quoque studiis deteriores. Illi namque quos bonis spoliarint, haud etiam vitam quoque eis ademerint; hi vero queis domi repositum ut præsidio militique hos repente velut immisso fulmine, ad emendicandum a se amandant. Quodque adeo omnem sceleris immanitatem vincit, a suis quoque ejicientes, indigne ferunt; si cui vita residua sit, cum reliquis meminisse saltem calamitatis licuerit.

ϛ'. Ὢ λογισμοῦ περιυβρισμένου! Ὢ πάντα ἀλογίας ἀγούσης! Οἱ μὲν, ἐπὶ τοὺς τῶν δικαίων πόνους, καὶ τοῦ πυρὸς ὀξύτερον ἐκινοῦντο· θαῤῥεῖν δὲ εἶχεν οὐδεὶς, οὐ γένει κοσμούμενος, οὐ μεγάλα δὴ καὶ πολλὰ

600b 6. O animi rationes ludibrio habitas! O mentis insaniam cuncta agentem, rationisque absentiam! Illi, in justorum labores, ipso igne celerius invadebant. Nemo usque confidere poterat; non quem

generis infulæ ornarent, non qui magna ac clara, nec pauca munera edidisset, non qui se omnibus concinnum, placidisque moribus exhibuisset; sed velut omnibus indicta morte, sic irruentium furiarum illarum obtutu tremebant. Quidam nec solum aspectum ferebant; nonnulli sub vicinorum lectulis sibi latebras quærebant; puteos alii subibant; alii apprehensis aris, nec loci religione a se metum depellebant. Nec desunt qui indigne ferentes, quod non pridem vita functi essent, diruptis loculis atque tumulis, ac cadavera subeuntes adhuc tabo fluentia, nec si quis propius accederet vel spiritum ducere sinentia, nec sic quidem sepulcrorum effossores illos vitare potuerint. Per domos clamor audiebatur, ac qui heri conducta obolo opera fodiebat, hodie suffodiendo civitatem eamque eruens dives erat. Cœnaque illi opipara, cui sitim levabant fontes ac frigida. Fragor porro ac pulvis, corruentium procul murorum indicio erant, uxorisque ac liberorum sub iis ruinis obrutorum. Iis autem qui superstites essent, ærumnosius erat quod evaserant, quos non lateret salutem haud sibi fore periculo tutam: ad alias enim ducebantur angustias, a quibus Crœsi thesauri exigerentur. Nec defuit, ubi et puella, quæ in omne tempus virorum inaspecta oculis instituta esset, in ipsis verberibus denudata occiderit. O insaniam, quæ nec homines liquido vocitari sinat, quibus tanti hæc sceleris præsumpta sint! O qualia illis designata facinora, quibus superata cumulis!

A λελειτουργηκώς· οὐ πᾶσιν ἑαυτὸν εὐάρμοστον παρασχόμενος. Ἀλλ' ὥσπερ θανάτου κατὰ πάντων προειρημένου, οὕτω ἔτρεμον τὰς Ἐριννῦς ἐκείνας ἐπιόντας ὁρῶντες. Οἱ μὲν καὶ μόνην τὴν ὄψιν οὐκ ἐνεγκόντες· οἱ δὲ σφᾶς αὐτοὺς ὑπὸ τὰς τῶν γειτόνων ἔκρυπτον κλίνας. Οἱ δ' ὑπῄεσαν φρέατα· οἱ δὲ, τῶν βωμῶν ἐχόμενοι, οὐδὲ τὸν τόπον εὕρισκον ἀφαιροῦντά τι τοῦ δέους. Εἰσὶ δ' οἱ δυσχεραίνοντες τῷ μὴ πάλαι τεθνάναι, τὰς θήκας ἀναῤῥηγνύντες, καὶ τοὺς νεκροὺς ὑπιόντες, ἔτι σηπομένους, καὶ μηδ' εἴ τις προσεγγίσειεν ἀναπνεῖν συγχωροῦντας, οὐδ' αὐτοῦ τοὺς τυμβωρύχους ἐκείνους οἷοί τε ἐγένοντο διαδρᾶναι. Βοὴ δ' ἐπὶ τὰς οἰκίας, καὶ ὁ σκάπτων χθὲς ὀβολοῦ, σήμερον κατασκάπτων τὴν πόλιν ἐπλούτει· καὶ πολυτελὲς τὸ δεῖπνον, ᾧ B θεραπεία τοῦ δίψους αἱ κρῆναι. Κτύπος δὲ καὶ κονιορτὸς, καταπίπτοντα πόῤῥωθεν ἐδήλου τὰ τείχη, καὶ γυναικὸς καὶ παίδων αὐτοῦ καταχωννυμένων. Τοῖς δὲ περιγινομένοις ἀλγεινότερον τὸ διαφυγεῖν, εἰδόσιν οὐκ ἀκίνδυνον αὐτοῖς ἐσομένην τὴν σωτηρίαν· ἤγοντο γὰρ πρὸς δευτέρας ἀνάγκας, τοὺς Κροίσου θησαυροὺς ἀπαιτούμενοι. Καί που καὶ κόρη, τὸν ἅπαντα δὴ χρόνον ὀφθαλμοὺς ἀνδρῶν διαδρᾶσα, ἐν αὐταῖς ταῖς μάστιξιν ἐτελεύτησε γυμνωθεῖσα. Ὢ μανίας, μηδ' ἀνθρώπους καθαρῶς συγχωρούσης καλεῖσθαι τοὺς ταῦτα τετολμηκότας! Ὢ οἷα μὲν ἔδρασαν, οἷα δὲ ἐπέθηκαν!

7. Illorum itaque erat superiorum malorum cumulo, tantæ res impietatis adinvenire, secutisque, eorum quæ dira præivissent immanitatem obtegere. Quam quis a viris præstantibus majorem exquisiisset pœnam, quam ut carcere tenerentur, virgisque dehonestarentur, ac vincti, maleficorum more sederent? Quis talibus mancipatos videns, non fractus animo ac emollitus, fortunæque vicissitudines reveritus, his pœnæ finem statuisset? Haud enimvero impura scelestissimaque capita hæc satis habuere; sed nisi immani quadam tragœdia flagitiis addita, nihil sibi satis esse ducebant. Nempe nudos in indusiis educebant, ac qui sæpius pro illorum ac civitatis libertate perfuncti certamine erant, funibus a cervicibus mancipiorum more trahebant. Hic servus herum trudebat; mancipium, a quo pretio redemptus erat: rusticus, ductorem exercitus; militem, homo agricola; cujus opibus multi patriam adjutam noverant, egenus otioque maleficus, ducebautque, quo eos loco neces manebant.

C ζ'. Ἐκείνων ἄρ' ἦν, τοῖς φθάσασι κακοῖς τοιαῦτα προσεξευρεῖν δυσσεβήματα· καὶ τοῖς ὑστέροις τὰς τῶν προτέρων δεινῶν ὑπερβολὰς ἀποκρύψαι. Τίνα ἄν τις κατ' ἀνδρῶν οὕτω μεγάλων μείζω τιμωρίαν ἐζήτησεν, εἱρκτῆς καὶ πληγῶν, καὶ τοῦ δεδεμένους ὥσπερ τοὺς κακούργους, καθῆσθαι; Τίς τοιαῦτα πεπονθότας ἐκείνους ὁρῶν, οὐκ ἂν τὴν ψυχὴν ἐδαμάσθη, καὶ λογισμὸν ἔσχε, καὶ τὰς τροπὰς τῆς τύχης εὐλαβηθεὶς, [P. 390] τούτοις τὴν τιμωρίαν ὡρίσατο; Ἀλλ' οὐ καὶ τοῖς μιαροῖς ἐκείνοις ταῦτα ἀπέχρησαν· ἀλλ' εἰ μή τινα ταῖς πονηρίαις προσθεῖεν τραγῳδίαν ἀπάνθρωπον, οὐδὲν ἐνόμιζον ἐξαρκεῖν. Ἐξῆγον μὲν δὴ γυμνοὺς ἐν τοῖς χιτωνίσκοις, καὶ τοὺς ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας αὐτῶν τε καὶ τῆς πόλεως πολλάκις ἠγωνισμένους, εἷλκον ἀπὸ τῶν αὐχένων, οἷα τὰ τῶν ἀν- D δραπόδων, σχοινίοις. Ἐνταῦθα δοῦλος μὲν τὸν δεσπότην ὤθει· τὸν δὲ πριάμενον, τὸ ἀνδράποδον· τὸν δὲ στρατηγὸν, ὁ ἀγροῖκος· καὶ τὸν στρατιώτην, ὁ γεωργός· ᾧ δ' ἐκ τῶν ὄντων πολλοὶ συνῄδεσαν τὴν πατρίδα ὠφεληκότι, ὁ ἄπορος καὶ κακουργῶν διὰ τῆς ἀργίας, καὶ ἀπῆγον, οὗ γενομένους ἔδει δέξασθαι τὴν σφαγήν.

8. O civitatem, in qua invidis dæmonibus tales sunt editæ choreæ! O muros, quales exstinctas suscepistis turres! O muri ambitum, septumque, ex quo illi sæpius fugatis hostibus, acerbiora quam pro victorum ratione sustinuere mala! Nempe in muros, vinctis manibus, maleficorum more, nefarii ducebant; mortem jam e vicino venientem cernentes miseri, animis fugitabant: ac illi quidem

η'. Ὢ πόλεως, ἐν ᾗ δαίμοσι φθονεροῖς τὰ τοιαῦτα ἐχόρευσαν! Ὢ τειχῶν, οἵους ἀποθνήσκοντας ἐδέξασθε πύργους! Ὢ περιβόλου, ἀφ' οὗ πολλάκις ἐκεῖνοι τρεψάμενοι τοὺς ἐχθροὺς, μετὰ τὰς νίκας ἔπαθον τῶν ἡττημένων πικρότερα! Οἱ μὲν ἀνῆγον ἐπὶ τὰ τείχη, τὸν τῶν κακούργων τρόπον, δεδεμένους τὼ χεῖρε· οἱ δ' ἀνεστρέφοντο τὰς ψυχὰς, τὴν τελευτὴν καὶ δὴ προσιοῦσαν ὁρῶντες· καὶ οἱ μὲν, ἤπειγον τοὺς ὑπὸ

τοῦ δέους ἐκλελυμένους· οἱ δὲ χρημάτων ἐμέμνηντο· οἱ δ' ἐνταῦθα μόνον τὴν μεγαλοψυχίαν ἐτίμησαν· καὶ οἱ μὲν, ὧν εὖ ἔδρασαν, τοὺς ἕλκοντας ἀνεμίμνησκον· οἱ δ' ὠργίζοντο, ὧν εὖ πεπόνθεσαν εἰς μνήμην ἰόντες. Οἰκίαι διηρευνῶντο, ὑπόνομοι, ἄντρα, τάφοι, πᾶν ὅ τι κρύπτειν ἠδύνατο· καὶ οἱ μὲν συλληφθέντες, ἀπήγοντο, οἱ δ' ἐκείνους ὁρῶντες καὶ φεύγοντες ὡς πολεμίαν τὴν πόλιν, ἔξω σφᾶς αὐτοὺς ἔρριπτον ἀπὸ τῶν τειχῶν· τοσοῦτον κερδαίνοντες, ὅσον μὴ τὸν τῶν κακούργων τρόπον ἀπολωλέναι. Ὡς, τό γε θανεῖν, οὐδ' ἐκείνοις ἦν ἐκφυγεῖν. Βοὴ δὲ καὶ δάκρυα πανταχοῦ, τῶν ἑλκομένων, τῶν φευγόντων, τῶν πατουμένων, τῶν εὑρισκομένων, τῶν σφαττομένων.

A metu dissolutos ac collabentes urgebant, hi pecuniarum meminerant: hic tantum, hic magnificentiæ ratio habita. Ac quidem infausti homines, quibus affecerant beneficiis trahentes submonebant; illi, quibus affecti beneficiis essent, in memoriam revocatis, iras accendebant. Domos, cuneos, specus, tumulos, ac quidquid latebras ministrare poterat, rimabantur: ac qui comprehensi essent, ducebantur; alii videntes, ac velut hostilem urbem fugientes, e muris foras ipsi se præcipites dabant; hoc illis compendio, ut ne maleficorum more perirent. Nam alioqui nec ipsi mortem evadere poterant. Clamor undique ac fletus, eorum qui traherentur, qui fugitarent, qui pedibus obtererentur, qui deprehenderentur, qui jugularentur.

θ'. Ὢ ποίᾳ τραγῳδίᾳ ταῦτα χρὴ παραβάλλειν; Ποίαις δὲ πόλεων συμφοραῖς; Τίνες δὲ ποιηταὶ τοῖς τοσούτοις κακοῖς ᾄσονται προσήκοντα μέλη; Ὦ πάντ' ἐφορῶν ἥλιε, τοῦτο δὲ οὐδέπω ποτ' ἐπεῖδες, οἵαν τότ' ἀφῆκας ἀκτῖνα, πάσης ἀηδεστέραν νυκτός! Ἀνεῖλον μὲν τοὺς ἄνδρας ἐπὶ τοὺς πύργους, ἡ δὲ πόλις ἐμερίσατο τὸ κακόν· καὶ οἱ μὲν διακόνους αὐτοὺς τοῦ μύσους ἐκείνου καθίσταντο· οἱ δ' ὥσπερ θέαν καταλαβόντες ἐτρύφων. Καὶ οἱ μὲν ἄνωθεν ὤθουν· οἱ δ' ὑποτιθέντες τὰς τῶν ξιφῶν αἰχμὰς, ἐδέχοντο μετεώρους. Καὶ τοῦ μὲν συνετρίβετο κεφαλή· τοῦ δὲ ἐγκέφαλος ἐξεχεῖτο· τοῦ δὲ, τὴν [P. 391] γαστέρα ἀναῤῥηγνύντες, ἃ μηδὲ βλέπειν θέμις ἐζήτουν· καὶ τοῦ μὲν ἀπέκοπτον σκέλος· τοῦ δὲ ῥάχιν ἐξεῖλκον· τοῦ δὲ τὰ σπλάγχνα ταῖς χερσὶν ἐξεφόρουν· καὶ ὁ μὲν, ἄνωθεν πεσὼν, καὶ πρὸ τῆς γῆς τοῖς ξίφεσιν ἐντυγχάνων, ἀπέθνησκεν· τῷ δὲ μήπω πεσόντι, καὶ τῆς τελευτῆς χεῖρον τὸ τοιαῦτα ὁρᾷν κἀν τοῖς τῶν φίλων σώμασιν, οἷα πείσεται μετὰ τὸ πτῶμα μανθάνειν. Εἰ δέ τις κατέπεσεν ἡμιθνὴς, καὶ φείσασθαι τοῦ λοιποῦ τῶν μιαιφόνων ἐδεῖτο, μακρότερον ὁμοῦ καὶ πικρότερον αὐτῷ τὸν θάνατον κατεσκεύαζε. Καὶ ὁ μὲν ἤδη θανὼν, ἠμελεῖτο· ἐπὶ δὲ τοὺς ἔτι σπαίροντας πᾶσα χεὶρ ἐκινεῖτο. Πάντας δὴ, πάντας τρόπους ἀπώλλυσαν. Πολλοῖς δὲ οὐδ' ἡ τελευτὴ τὰ σώματα παρῃτεῖτο. Ἀλλ' ὥσπερ τοῖς νεκροῖς τῆς ὁλοκληρίας φθονοῦντες, ἐπὶ τὰ μέλη τρεπόμενοι τοῖς μετὰ ταῦτα τῶν συγγενῶν ζητοῦσιν, ἀδήλους τούτους ἐποίουν. Σώματα δὲ ἐνέπιπτον σώμασι· ἐγκέφαλος δὲ καὶ αἷμα καὶ κόνις καὶ σπλάγχνα καὶ λίθοι καὶ σάρκες καὶ νεῦροι καὶ ξύλα καὶ μέλη σωμάτων εἰς ταυτὸν συνενήνεκτο.

B 9. O cui hæc conferenda tragœdia? quibus componenda urbium cladibus? Quinam poetæ, quæ tantis congruant malis, occinant carmina? O qui omnia lustras, sol, nec rem ejusmodi unquam adhuc videras, qualem tunc misisti radium, omni amariorem nocte? Viros in turribus trucidabant, malumque civitas partibus dividebat. Ac quidem alii hujus se sceleris ministros exhibebant; alii velut spectaculum nacti, rem in deliciis ducebant. Alii e superioribus jactabant, alii subjectis mucronibus ex aere rotantes excipiebant: atque hujus quidem alliso capite, illius effuso cerebro, istius dirupto ventre, quæ et nefas videre rimabantur: atque hujus quidem crus amputabant, illius spinam dorsi extrahebant, alterius intestina manibus efferebant. C Atque hic quidem e sublimi cadens, cum necdum terram attigisset, in strictos gladios incurrens neci tradebatur; huic, cum necdum cecidisset, ipsa quoque deterius morte erat istiusmodi cernere, inque amicorum corporibus, quæ in præceps actus passurus esset, condiscere. Quod si quis a lapsu semivivus, ut de cætero cruentæ bestiæ parcerent rogasset, is sibi productiorem simul et acerbiorem mortem efficiebat. Ac is quidem qui jam fato functus esset, in neglectis erat: in eos vero qui adhuc palpitarent, nulla non manus insiliebat. Omnes denique modis omnibus sublatum iere. Pluribus autem nec morte depulsa corporibus injuria est; sed quasi cadaveribus hoc inviderent, quod D integra essent, in membra versi, propinquis postea quæsituris obscura, nullisque certis indiciis notisque conspicua, reddebant. Corpora porro corporibus illidebantur, cerebrumque et cruor et pulvis et intestina et saxa et carnes, et nervi et ligna et corporum membra in unum corruebant.

ι'. Ὢ δημίων μᾶλλον ἢ πολιτῶν! Ὢ μιαρῶν ψυχῶν! Ὢ μιαρωτέρων χειρῶν! Πῶς οὐκ ἐνάρκησαν ἐπ' ἀδελφοὺς καὶ φίλους τὰς χεῖρας ὁπλίζοντες, ὑπὲρ ὧν ἔδει καὶ πεσεῖν ἀγωνιζομένους; Πῶς οὐχ εἷς πεσὼν ἔστησεν αὐτοῖς τὴν ὁρμήν; πῶς οὐχ ὁ δεύτερος ἔσβεσεν αὐτοῖς τὸν θυμόν; πῶς οὐκ ἐκλάσθησαν τὴν ψυχὴν, εἰς τὸν τρίτον ἰδόντες, ἀλλ' ἐφιλονείκησαν πρὸς τὴν κοινὴν φύσιν ἀήττητοι διαμεῖναι; Ὢ τί τοῦτο χρὴ προσειπεῖν; νίκην, ἢ πάσης χαλεπώτερον ἥττης; Μῦθος, ἡ Καδμεία νίκη, τὰ Λήμνια κακὰ, πᾶσαι συμφοραὶ μέχρι νῦν ᾀδόμεναι νομισθήσονται.

10. O carnifices magis, quam cives! O impuras animas! O manus impuriores! Qui factum est ut non obstupuerint, manus adversum fratres amicosque armantes, pro quibus certando mors oppetenda fuerat? Quomodo unius casu non repressus illorum impetus? Quomodo non exstinctæ iræ alterius occasu? Quomodo non fracti animo tertii conspectu? Sed enixi sunt ut adversus communem naturam invicti perseverarent. O quid hoc appellandum sit! Victoria, an quod omni molestius strage ac clade sit? Fabula, Cadmea dicetur victo-

ria, mala Lemnia, ac quidquid hactenus calamitatum celebri fama percrebuit. O eadem et sepulcrum simul et patria! O quæ simul edidit ac absorbuit velut in procella maris! O falsi nominis patria, omni quoque Scylla infidior, in eos, quos educavit ac sustulit! O civium cruorem sic injuste in patria effusum! O civitatem omni Styge acerbiorem! O quomodo quæ de aliis pœnas sumere videbatur, ipsa contra, eorum quæ gessit, pœnas dabit, ac, quod est insanientium, ipsi eveniet, qui, dum alios cogitant, suas ipsi exedunt carnes! Cecidit miles; periit qui invadentes hostes arcere posset; nec qui utilis aliquid consilii daturus sit, ullus est. Ac nunc hostes ingruent, quique in urbe agunt, et adversus cives tribulesque audaces sunt ac præferoces, exhorrescent, qui exercitum in armis micantem pro portis videant. Et illi quidem impressionem facient, hi autem impetum non sustinebunt: urbs vero eorum erit, qui prævalebunt: ac tunc ex eventu ipsoque periculo sensum facient, eorum quæ gesserunt. Hoc nimirum sibi volebant insolitæ stellæ, terræmotus, vibrantesque ac salientes interdiu veluti sublati ignes omnium oculis usurpati. O commune naufragium! Ad me autem quod attinet, fulmina, accensos turbines, terræ hiatus, morbos, quibus mors suavior fiat, hisce impiis obventuros existimabam.

11. O qui perierunt! o qui pereunt! o qui perituri! o qui residui sunt! Nihil enim hos feliciores duco, quam qui mortui sunt. His namque qui vita functi sunt, tristia finem habuerunt: qui vero vitæ superstites agunt, omni loco opprobria audituri sunt, ac velut scelestissimi omni ex cœtu profligabuntur, quærentesque qui condoleat, quæ parricidarum sunt audient, necesseque erit celare cujas tandem sint. O civitatem prius quidem civibus sufficientem ad claritatem; et quæ nunc prolixum cunctis dedecus ac probrum aspergat! Quid facturi sumus ad eos qui criminabuntur? Nam silentium tenere, nefas, dum injuria patria violatur: respondere vero, insania, ac defendere cujus sic conspicua sint ejusmodi opera ac facinora. Sapientiam qui suspiciunt, majori odio crudelitatem habebunt, ejusque dedecus civibus objicient. Obmutescent hi in judiciis, qui sibi conscii sint funesta perpetrasse. Civitatem omnes fugient, haud secus ac pestilentia loca et quæ corporibus insidientur. Egregia sane mortalium omnium scelestissimi patriæ reddidistis nutricationis præmia, cujus in vos plura merito ac majora sunt, quam parentum, nomina. Ne civitatem quidem vocari sinitis ausis illis vestris. O morbum ac labem, quæ ipsa invasit præcordia! O rem quam maxime illis contrariam, qui sociale vitæ genus, ejusque communicatis rationibus elegerunt! Enimvero Deus solus orandus est, ut manum porrigat, ac sicut a principio eam habitari faciat. Præsentem enim ipsius desolationem qui impleat, unus ipse exspectandus sit. Mortales quod attinet, alii everterunt, alii exosam fugient.

Ὢ τῆς αὐτῆς θήκης τε ὁμοῦ καὶ πατρίδος! Ὢ τῆς αὐτῆς δειξάσης τε ὁμοῦ καὶ καταποντισάσης ὥσπερ ἐν κλύδωνι! Ὢ πατρίδος, τοὔνομα ψευσαμένης, εἰς οὓς δ' ἐθρέψατο, καὶ Σκύλλης πάσης ἀπιστοτέρα! Ὢ πολιτῶν αἵματος, οὕτως ἀδίκως ἐν τῇ πατρίδι ῥυέντος! Ὢ πόλεως πάσης Στυγὸς πικροτέρας. Ὢ πῶς μὲν αὐτὴ κολάζειν ἄλλους ἐδόκει, πάλιν δὲ παρ' αὐτῆς τὴν δίκην ὧν ἔδρασεν λήψεται, καὶ πείσεται τὰ τῶν μαινομένων, οἳ σφᾶς αὐτοὺς κατεσθίοντες, δοκοῦσιν ἑτέρους! Πέπτωκε μὲν ὁ στρατιώτης, ἀπώλετο δὲ ὁ προσιόντας τοὺς πολεμίους εἴργειν δυνάμενος· ὁ δὲ βουλευσόμενος ὅ τι χρὴ δρᾷν, οὐδὲ εἷς. Καὶ νῦν προσελάσουσι μὲν οἱ πολέμιοι· οἱ δὲ ἐν [P. 392] τῇ πόλει, καὶ κατὰ τῶν ὁμοφύλων θρασεῖς, φρίξουσι, στράτευμα πρὸ τῶν πυλῶν ἀστράπτον ὁρῶντες. Καὶ οἱ μὲν ἐπιθήσονται· οἱ δὲ οὐχ ὑποίσουσιν· ἡ δὲ πόλις ἔσται τῶν ἰσχυόντων· καὶ τότε ἃ δεδράκασιν, αἰσθήσονται πάσχοντες. Τοῦτ' ἦν ἄρα ἀήθεις τε ἀστέρες, καὶ σεισμοὶ γῆς, καὶ διάττοντες ἡμέρας ὥσπερ φρυκτοὶ πᾶσιν ὁρώμενοι. Ὢ ναυαγίου κοινοῦ! Ἐγὼ δὲ σκηπτοὺς καὶ πρηστῆρας καὶ χάσματα γῆς, καὶ νόσους τὴν τελευτὴν ἡδίω ποιούσας, τοῖς ἀσεβέσι τούτοις ἥξειν ἐνόμιζον.

ια'. Ὢ τῶν ἀπολωλότων! ὢ τῶν ἀπολλυμένων! ὢ τῶν ἀπολουμένων! ὢ τῶν ὑπολειφθέντων! Οὐδενὶ γὰρ οὐδὲ τούτους εὐτυχεστέρους κρίνω τῶν οἰχομένων. Τοῖς μὲν γὰρ ἔστη τὰ λυπηρά· οἱ δὲ ὀνειδῶν μὲν ἀκούσονται πανταχοῦ· ὡς ἐναγεῖς δὲ, ἐξελαθήσονται, καὶ τὸν συναλγήσοντα ζητοῦντες, ἀκούσονται τὰ τῶν ἀνδροφόνων, καὶ δεήσει κρύπτειν ὅθεν εἰσίν. Ὢ πόλεως, ἣ πρὶν μὲν ἤρκει τοῖς πολίταις εἰς δόξαν· νῦν δὲ περιβαλεῖ πάντας αἰσχύνῃ μακρᾷ! Τί δράσομεν πρὸς τοὺς ἐγκαλοῦντας αὐτῇ. Τὸ μὲν γὰρ σιωπᾷν, ἀνόσιον, πατρίδος ὑβριζομένης· τὸ δ' ἀπολογεῖσθαι, μανία, τοιούτων αὐτῇ φαινομένων τῶν ἔργων· οἱ δὲ τὴν σοφίαν θαυμάζοντες, μᾶλλον μισήσουσι τὴν ὠμότητα, καὶ τοῖς πολίταις προσοίσουσι ταύτην. Οἱ δὲ σιωπήσονται ἐν τοῖς δικαστηρίοις, οἱ σφίσιν αὐτοῖς πονηρὰ συνειδότες· καὶ πάντες φεύξονται ταύτην, ὥσπερ ἐν οἷς ἀνάγκη νοσεῖν τῶν χωρίων. Καλά γε τῇ πατρίδι, μιαρώτατοι πάντων, ἀποδεδώκατε τὰ τροφεῖα, οἳ δικαίως αὐτῇ καὶ τῶν γονέων ὀφείλοντες πλείω, οὐδὲ πόλιν, οἷς τετολμήκατε, συγχωρεῖτε καλεῖσθαι. Ὢ νοσήματος τῶν ἔνδον ἡμμένου! Ὢ πράγματος ἐναντιωτάτου τοῖς μετ' ἀλλήλων ζῆν ᾑρημένοις! Ἀλλὰ γὰρ δεῖ Θεὸν μόνον αἰτεῖν χεῖρα ὀρέξαι, καὶ πάλιν ἐξ ἀρχῆς ταύτην οἰκίζειν. Τῆς γὰρ νῦν ἐρημίας ἐκεῖνον δεῖ μόνον πληρωτὴν ἀναμένειν. Ἀνθρώπων δὲ οἱ μὲν ἀνέτρεψαν αὐτήν· οἱ δὲ μισήσαντες ἀποφεύξονται.

AD SEQUENTIA EX VITA BASILII JUNIORIS

FR. COMBEFISII PRÆFATIO.

Quod olim adverteram, viroque docto Godefrido Henschenio S. J. scripseram, tum, cum illi vitæ hujus ex cardinalis Julii Mazarini τοῦ μακαρίτου, nunc Regio, codice, feci copiam, ut in rem ecclesiasticam, in suo Martio vulgaret, isque ex meis fideliter expressit: non modicam scilicet lucem ex ea haberi posse in rem Historiæ Byzantinæ; magis nunc deprehendo, cum per Christianissimi regis indulgentiam, ex Regia ejus Lupara Annales edidi, Vitasque Imperatorum, ad quorum tempora Basilii Vita ipsa spectat, Basilii, Leonis, Alexandri, Constantini, Romani Lacapeni, etc. Ac quidem primo statueram, ea solum inter notas repræsentare, quæ ad primum ingressum Constantini spectant, Ducisque aggressionem et cædem, quod Gregorius tantum Duci faveat (ac prope martyrem consecret) quantum reliqui detrahunt, ut scilicet Constantino ac familiæ gratificentur: cujus stipendiis scriptores et æquales, merebant; et a quibus reliqui accepere. Quod tamen etiam alia quædam contineant, imperatorum ac ministrorum propria, aulæque vel virtutes, vel vitia, ipsa annalium prope compendio digesta; a primo cap. ad 4 ita ut distinxit Henschenius; operæ pretium putavi quasi Appendicis loco, ante notas, hic una serie aliis perinde appendicem facientibus summatim addere, atque in eis tomum hunc Continuationis a Theophane, ne mole grandior videri possit, adjectis notis, finire: nisi etiam Symeonis Logothetæ Chronicon a Leone Armeno ad Basilium Juniorem capere possit: ne ejusdem temporis historia a se divellatur, et quod Logothetæ ipse singulariter Theophanis continuator, ejus ipsam omnem methodum secutus, quod non alii, nulla eis annorum digesta ratione, in qua Logotheta plurimum desudat: et vero capere debere, nec ulterius trahendos hosce Annales, et doctis visum, et cujus curis Regia credita Lupara, rejectis, si quid est mearum Notarum, in Continuatorem ejusque appendices, et in Logothetam, ad libri finem, quæ alia aliis lucem facient. Sequens, qui certos auctores habeat, Leonem Diaconum et Michaelem Psellum, ambos titulo præferet, ac per eos insigne auctoramentum Historiæ Byzantinæ faciet: aberitque omnis illa dictionis impuritas, quæ et mihi non unam fixit crucem, et tibi, Lector, nauseam aliquam movere poterit, nisi quantum rerum ipsa majestas solabitur, Annaliumque compendium.

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ

ΤΟΥ ΝΕΟΥ

ΠΑΡΑ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΜΑΘΗΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

EX BASILII JUNIORIS VITA

AUCTORE GREGORIO EJUS DISCIPULO.

[P. 393, 394] α'. Βασίλειος ὁ βασιλεὺς, ᾧ τὸ ἐπίκλην Μακεδὼν, υἱοὺς ἔσχε τέσσαρας, Κωνσταντῖνον, Λέοντα, Στέφανον καὶ Ἀλέξανδρον. Ὧν ὁ μὲν Κωνσταντῖνος κομιδῇ νέος, ὑπεξῆλθε τοῦ βίου· Στέφανος δὲ, ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως προχειρίζεται, ἀνὴρ πάσῃ ἀρετῇ διαπρέψας· εἰ καὶ οὗτος ἐν συντόμῳ τὸ χρεὼν ἐλειτούργησε· καὶ συνεχῆ καθάρσια παρὰ παίδων ἰατρῶν δεξάμενος, διὰ τὴν ἐνοχλοῦσαν αὐτῷ ἐκ... πυρκαϊὰν, ὑφ' ὧν κακῶς ψυχρανθεὶς τὸν στόμαχον, καὶ εἰς νόσον δυσδιήγητον περιπεσὼν, ἐτελεύτησε. Καὶ μὴν καὶ ὁ τούτου πατὴρ Βασίλειος, ὁ καὶ τὸν πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκότα Μιχαὴλ ἀνελὼν, καὶ οὕτω τὰ σκῆπτρα κατασχών. Ὃν δὴ καὶ ψυχορραγῶν ἔβλεπεν ἐγκαλοῦντα τούτῳ καὶ λέγοντα· Τί A

601 Basilius imperator, cognomento Macedo, liberos quatuor sustulit, Constantinum, Leonem, Stephanum et Alexandrum. Ex his Constantinus vivis exemptus est, adhuc valde juvenis: Stephanus vero, archiepiscopus Constantinopolitanus præficitur, vir omni virtutis laude conspicuus: tametsi is brevi fato functus est: continuisque a medicis purgantibus remediis acceptus, ad febris ex.... moderandos ardores, verso in frigidam qualitatem stomacho, ac, quam nemo verbis facile explicaverit, contracta ægritudine, exstinctus est. Quin ejus quoque pater Basilius, qui decessorem suum Michaelem imperatorem sustulit, atque in hunc modum rerum in se summam transtulit: quem ipsum

dum animam ageret, vidit sibi exprobrantem atque dicentem : *Quidnam tibi, Basili, feci, aut quid læsi, quod sic crudeliter me intereмisti?* Inque eum modum scelus confitendo, vivendi finem fecit, relictis in imperio, Leone et Alexandro filiis.

2. Horum imperii anno decimo, ob necessaria quædam munera, missi in Asiam quidam Magistriani sunt : qui in monte quodam ejus regionis arduo ac difficili iter habentes, in sanctum ibi tunc versantem incidere, vili habitu indutam, agrestique specie quasi monticolam hominem et in sylvis nutritum. Rati autem eum exploratorem esse, ut erant in equos insilientes ipsum tenuerunt, ac revertentes Byzantium secum adduxerunt. Cumque de illo retulissent ad imperatores, traditus est ad quæstiones de eo habendas Agareno cuidam Samonæ, dignitate patricio, qui ipsius causam cogniturus esset, et quisnam, et unde, quodve ejus proprium nomen esset, examinaturus.

3. Is ergo eo domum assumpto, ac pro tribunali cum omni satellitio suo pompaque sedens (erat enim novis rebus studens, superbiaque elatus ac fastu tumens, qua divitiarum copia ac immensitate constipatus erat) confestim sanctum sibi coram sisti jubet. Quo astante intrepida mente sensuque, ut nec genuflectere in animum induxerit, uti judicibus moris est, valde iratus Samonas, infrendensque infit : *Nobis responde : Tu quis es, et unde, et quod tuum nomen?* Cui sanctus nihil respondit (1) : sed stabat sedata mente, placidisque in eum intentis oculis.

4. Ait ad eum sanctus : *Tu vero quis est, et unde?* Ad quem Samonas, *Ego sum Samonas patricius et accubitor* (sacri cubiculi præfectus) *eorum, qui nunc Romanorum sceptra moderantur.* Cui vir beatus : *Ego quoque peregrinus sum, et unus eorum qui habitant terram.*

5. Ait Samonas : *Hominum scelestissime, quandiu dolum occultas in corde tuo?* Ad quem vir beatus : *Qui in occulto Sodomorum opera faciunt, velut tu, hi tales merito scelesti nuncupantur.* Erat enim Samonas natura spado, vultuque venustus.

6. Vivis itaque exempto, qui tum imperii sceptra tenebat, Leone, post annum ac dies aliquot illius quoque germanus Alexander humanis excessit, successore imperii relicto Constantino suo ex Leone fratre nepote, cum ejus matre Zoe. Cumque teneræ admodum ætatis puer esset, tutores illi ac custodes reliquit, tum scilicet Nicolaum archiepiscopum Constantinopolitanum, tum magistrum Joannem Garidam, sociosque, imperium puero servaturos, ne quis raperet, aut sibi usurparet. His itaque, uti dictum est, concredita aulæ administratione, absona quædam fiebant in rep. barbaræque gentes sumpta licentia, loca urbi circumvicina populabantur, cum non esset qui posset

σοι ἐποίησα, ὦ Βασίλειε, ἢ τί σοι ἠδίκησα, ὅτι οὕτως ἀνηλεῶς με κατέκτεινας; καὶ οὕτως ἐξαγορεύων, τέλει τοῦ βίου ἐχρήσατο, εἰς τὴν βασιλείαν καταλιπὼν Λέοντα καὶ Ἀλέξανδρον τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ.

β'. Τούτων δεκάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας, διά τινας δουλείας εἰς τὴν Ἀσίαν Μαγιστριανῶν τινων ἀποσταλέντων ὑπ' αὐτῶν, ἐν ὄρει τινὶ τῶν ἐκεῖσε διερχομένων δυσβάτων, ἔτυχε τὸν ἅγιον ἐν τούτῳ τότε ἀναστρεφόμενον, εὐηθες σχῆμα φοροῦντα, καὶ ἀπηγριωμένον ὄντα ὡς ὀρεσίτροφον. Καὶ ὀπλάτορα τούτοις δόξαντα εἶναι, ὡς εἶχον τῶν ἵππων καταπηδήσαντες, συνέσχον αὐτόν· καὶ τοῦτον μεθ' ἑαυτῶν ὑποστρέφοντες, εἰς τὴν βασιλεύουσαν ἤγαγον. [P. 395] Περὶ οὗ καὶ τοῖς βασιλεῦσιν ἀνενεχθὲν, εἰς ἐξέτασιν παρεδόθη Ἀγαρηνῶν τινι Σαμωνᾷ, τὸ ἀξίωμα πατρικίῳ, τοῦ διεγνῶναι τὰ κατ' αὐτὸν παρ' αὐτοῦ, τίς τέ ἐστι, καὶ πόθεν, καὶ τί τὸ τούτου κύριον ὄνομα.

γ'. Ὁ δὲ παραλαβὼν αὐτὸν εἰς τὸν ἴδιον οἶκον, καὶ προκαθίσας σὺν πάσῃ τῇ φαντασίᾳ αὐτοῦ (ἦν γὰρ νεωτερίζων καὶ γεγαυριωμένος καὶ ἐπὶ πλήθει πλούτου ἐπαιρόμενος) παραυτίκα κελεύει κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ παραστῆναι τὸν ἅγιον. Οὗ παραστάντος ἀπτοήτῳ φρονήματι, ὡς μηδὲ θελῆσαι γονυκλῖναι, ὡς ἔθος ἄρχουσι νέμειν, ὠργίσθη λίαν Σαμωνᾶς, καὶ φησὶν ἐμβριθῶς πρὸς αὐτόν· *Ἡμῖν ἀπόκριναι, Σὺ τίς καὶ πόθεν εἶ, καὶ τί σου ἄρα τὸ ὄνομα;* Ὁ δὲ ἅγιος οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῷ· ἀλλ' εἱστήκει ἠρεμῶν, καὶ πραέσιν ὀφθαλμοῖς ἀτενίζων αὐτῷ

δ'. Λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ ἅγιος· *Σὺ δὲ τίς εἶ, καὶ πόθεν;* Καὶ ὁ Σαμωνᾶς· *Ἐγώ εἰμι Σαμωνᾶς ὁ πατρίκιος καὶ παρακοιμώμενος τῶν νῦν κατεχόντων τὰ σκῆπτρα Ῥωμαίων.* Λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ μακάριος, *Κἀγὼ ξένος εἰμὶ, καὶ εἷς τῶν κατοικούντων τὴν γῆν.*

ε'. Ἔφη Σαμωνᾶς, *Ἀνόσιε τῶν ἀνθρώπων, ἕως τίνος κρύπτεις τὸν δόλον ἐν τῇ καρδίᾳ σου;* Ἔφη πρὸς αὐτὸν ὁ μακάριος, *Οἱ τὰ τῶν Σοδόμων ἔργα κρυπτῶς ποιοῦντες, ὡς σὺ, δικαίως οἱ τοιοῦτοι ἀνόσιοι προσαγορεύονται.* Ἦν γὰρ ὁ Σαμωνᾶς φύσει εὐνοῦχος, καὶ ὡραῖος τῇ ὄψει.

ς'. Παρελθόντος οὖν τοῦ τότε τὰ σκῆπτρα κατέχοντος Λέοντος, μετ' ἐνιαυτὸν καὶ μικρόν τι πρὸς, καὶ ὁ τούτου αὐτάδελφος μετέστη Ἀλέξανδρος, διάδοχον καταλείψας τῆς βασιλείας τὸν ἐκ τοῦ Λέοντος ἀνεψιὸν Κωνσταντῖνον, σὺν τῇ μητρὶ αὐτοῦ Ζωῇ. Νήπιον δὲ κομιδῇ ὄντα, ἐπιτρόπους καὶ φύλακας αὐτῷ ἐπαφῆκε, τόν τε ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως Νικόλαον, καὶ Ἰωάννην μάγιστρον τὸν Γαριδᾶν, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς, τὴν βασίλειον ἀρχὴν τῷ παιδὶ συντηροῦντας, μή τις ἁρπάσῃ αὐτήν. Τούτων οὖν τὰς ἀνακτορικὰς οἰκονομίας πεπιστευμένων, ὡς εἴρηται, ἀπρεπῆ τινα ἐπὶ τοῦ δημοσίου ἐπράττοντο· καὶ τὰ κύκλῳ βάρβαρα ἔθνη ἀδείᾳ χρησάμενα, τὰ πέριξ τῆς πόλεως ἐληΐζοντο, μὴ ὄντος τοῦ δυναμένου

NOTÆ.

(1) Ex hoc silentio multa illata supplicia, quæ narrantur in Vita.

αὐτοὺς ἀποκρούσασθαι. Ἔνθεν καὶ στασιαζούσης τῆς πόλεως κατὰ Νικολάου, ὡς οὐ δεόντως τῆς πόλεως ἐπιτροπεύοντος, οὗτος μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ βουλὴν ἔθετο, γράψαι Κωνσταντίνῳ τῷ Δοῦκα τῷ τότε τῆς Ἀνατολῆς στρατηγοῦντι, [P. 396] παραγενέσθαι, καὶ τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας ἐγχειρισθῆναι, συμβασιλεύοντος αὐτῷ τοῦ παιδὸς Κωνσταντίνου, τοῦ ἐν τῇ πορφύρᾳ γεγεννημένου. Καὶ τοῦτον μὲν, ἅτε παῖδα, ἐν τῷ παλατίῳ εἶναι· αὐτὸν δὲ ὡς ἀνδρειότατον καὶ ἐν τοῖς πολέμοις εὐδοκιμώτατον, πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους ἀντιπαρατάττεσθαι. Καὶ γὰρ ἦν ἀληθῶς ὁ ἀνὴρ εὐστοχώτατος πάνυ καὶ τροπαιοῦχος· καὶ θαῦμα ἦν καὶ αὐτοῖς τοῖς ὑπεναντίοις, ὡς καὶ ἐρωτωμένους πολλάκις· *Πῶς εἷς ἀνὴρ αὐτοὺς τρέπει*, ἄκοντας αἰσχυνομένους ἀνειπεῖν· *Ὅταν οὗτος εἰς πόλεμον ἐκπορεύηται, πῦρ ἐκ τῶν ὅπλων αὐτοῦ κατὰ στόμα ἡμῖν ἀπαντᾷ· ὡσαύτως καὶ ἐκ τοῦ ἄσθματος τοῦ ἵππου αὐτοῦ, καὶ καῖον ἡμᾶς ἐδαφίζει.* Καὶ αὐτὸς δὲ οὗτος περὶ τούτου ἐρωτηθεὶς, τὸ δοθὲν αὐτῷ χάρισμα οὐκ ἀπέκρυψεν, εἰρηκώς· *Καθεύδοντός μού ποτε ἐν τῇ νεότητί μου, ἰδοὺ γύναιον ἐνδοξότατον πορφυροφοροῦν, καὶ σὺν αὐτῇ ἵππος πύρινος καὶ ἅρματα ἐν τούτῳ πῦρ ἀφιέντα· ἃ καὶ ἐνδύσασθαί με καὶ ἄκοντα συνώθησεν, ἐμοῦ κατεπτηχότος· καὶ τοῦ ἵππου ἐπιβῆναι ὡσαύτως παρέπεισεν*, εἰρηκός, *Οἱ τὸν Θεὸν καὶ Υἱόν μου βλασφημοῦντες, ὡσεὶ κηρὸς τακήσονται ἀπὸ προσώπου σου*· ὃ καὶ εἰπὸν, ἀπέπτη. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τοῦ ἀνδρός.

ζʹ. Ὡς δὲ οἱ τῆς βασιλείας ἐπιτροπεύοντες ἔγραψαν αὐτῷ περὶ τῆς ἀρχῆς, ἀντεδήλωσεν αὐτοῖς, *μὴ ἱκανὸν αὐτὸν εἶναι εἰς τοῦτο.* Ἐκεῖνοι δὲ πάλιν ἐκ δευτέρου αὐτῷ ἀντέγραψαν, ὡς *Πᾶσα ἡ τῶν Ῥωμαίων πολιτεία σε βασιλέα ἐπιζητεῖ.* Ὁ δὲ αὖθις ἀναβαλλόμενος ἀντεδήλωσε, γράψας, *Οὐ δέον ἐστὶ προστεθῆναί με τῷ χριστῷ Κυρίου, εἴ γε καὶ ἀτελὴς τῇ ἡλικίᾳ ἐστὶ, καὶ ἁμαρτεῖν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Πτοοῦμαι δὲ μήπως καὶ ἐνέδρα τοῦτό ἐστι, καὶ βούλεσθέ με διαχειρίσασθαι.* Ὡς δὲ ταῦτα ἐκεῖνοι τὰ γράμματα ἐδέξαντο, φρικτοὺς ὅρκους αὐτῷ ἐξαπέστειλαν, ἐξομνύμενοι εἰς τὰ ἄχραντα καὶ ζωοποιὰ τίμια ξύλα, *μὴ οὕτως ὡς αὐτὸς οἴεται βουλεύεσθαι, ἀλλ' ἐν ἁπλότητι καρδίας καὶ ἀδόλῳ ψυχῇ προσκαλεῖσθαι αὐτὸν εἰς τὴν βασιλείαν.* Πρὸς πίστωσιν δὲ καὶ τὰ ἴδια φυλακτὰ ἐξαπέστειλαν· οἷς καὶ θαῤῥήσας, παραλαβὼν τοὺς ἰδίους, ἐπὶ τὴν βασιλεύουσαν ὥρμησεν. Ἧς ἐπιβὰς, ἡλίου ἤδη λάμψαντος, δόξῃ ἀπείρῳ παρὰ συνεπομένων κλεϊζόμενος, ἀπῄει πρὸς τὰ βασίλεια· οὐ καλοῦ σημείου προδειχθέντος τῇ εἰσόδῳ αὐτοῦ τὴν μέλλουσαν γενέσθαι σφαγὴν προμηνύοντος. Ὁ γάρ τοι λαμπρότατος ἥλιος, ὡς δίκην κογχύλην αἵματος ἐναπέσταξεν ἐπὶ τὴν γῆν. Θεασάμενος δὲ ὁ Νικόλαος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ εἰσιόντα αὐτὸν, [P. 397] μεταβουλευσάμενοι, ἀπέκλεισαν αὐτῷ τὰς εἰσόδους τῶν ἀνακτόρων. Ἐλθὼν δὲ αὐτὸς, ἐν τῷ θεάτρῳ τοῦ ἱπποδρόμου ἐσκήνωσε, πάντων τῶν συνελθόντων μεγιστάνων, ὡς βασιλέα εὐφημούντων αὐτόν. Ὅσοι δὲ σχέσιν πρὸς τὸν ἅγιον εἶχον, ἀκού-

propellere. Inde civitate adversus Nicolaum tumultuante, quasi is non rite satis urbis procurationem obiret, in eam certatim itum est ipsi sociisque sententiam, ut datis litteris, Constantino duci, Asiæ tum prætori Byzantium venire mandarent, ac imperii sceptra capessere, eaque moderari, una tamen socio Constantino puero in porphyra nato: qui, velut non satis matura ætate in aula versaretur, dum ipse, quippe vir fortissimus rebusque bello gestis clarissimus, adversus extraneos et reip. hostes, acies ductaret. Ac sane vir erat longe sagacissimus, atque hostium tropæis inclytus, quin ipsis quoque adversariis admirationi, ut sæpius interrogati, *quid causæ esset cur eos vir unus in fugam verteret?* inviti pudoreque responderint: *illo ad pugnam exeunte, ignem ex ejus armatura micantem in faciem ipsis incurrere, exque ejus equi similiter halitu quasi flamma accensa in terram allidere.* At nec ipse rei causam quæsitus Dei munus celavit, aitque: *Dum quandoque juvenis somno sopitus essem, en tibi inclyta gloria matrona, purpureo amictu, et cum ea equus igneus; in quo arma, ipsa ignem mittentia: ac vel invitum atque paventem hæc induere, ac similiter in equum ascendere, hortata ait, Qui Deum ac Filium meum blasphemant, tanquam cera a facie tua liquescent.* *Quo dicto abscessit.* Et hæc quidem quod attinet ad Constantinum.

7. Cum itaque imperii tutores de rerum summa capessenda ad eum scripsissent, rescripsit ille: *se in hoc munus haud idoneum esse.* Illi contra denuo scribunt: *Romanam omnem rempublicam eum sibi imperatorem deposcere.* Ad quos ille rursus cunctabundus: *Non decet*, inquit, *me christum Domini incessere, quanquam immatura adhuc ætate est, ac coram Deo peccare. Timeo autem ne et hæc insidiæ sint, ac mihi velitis necem inferre.* Acceptis illi istiusmodi litteris, tremendis ad eum juramentis, intemerata et vivifica pretiosa ligna obtestari: *nihil tale se machinari ac ille suspicatur; sed in simplicitate cordis nulloque animi dolo, ad capessendum imperium vocare.* Atque ad majorem verbis præstandam fidem, suas quoque illi cruces misere. Hisque Constantinus fretus, assumpto comitatu, Byzantium profectus est. Urbem ingressus, orto jam sole, qui una sequebantur, infinita laude faustisque ominibus prosequentibus, in regiam contendit. Haud vero faustum in ejus ingressu præfulsit signum, ac quo futura cædes præmonstrabatur. Sol enim clarissimo lucens sidere, velut sanguinis purpuram in terram stillavit. Videns autem Nicolaus sociique aulæ proceres ac tutores ingredientem, mutato consilio palatii fores ei occluserunt. Veniens itaque, cum in Circi theatro consedisset, qui convenerant magnates omnes, imperatorem eum salutabant. Quotquot vero necessitudine aliqua sancto conjuncti erant, quod ante tres menses illo jam præmonente, exitiosum futurum casum præ-

noverant, sese domi continentes, silentio agebant. Denique, quo ex tempore atrocem illam prænuntiasset cædem, gemendi, lamentandi, lugendi nullum finem fecit.

602 8. Duo porro quidam cujusdam magnatis filii ac protospatharii, ipsum convenientes, rogabant: *num sibi expediret abire, ac se Ducis satellitio adjungere?* Quibus ille: *Nolite, filii, nolite sic facere: neque desperata ejusmodi consilia capite: sin minus, unus vestrum in gladio cadet: alter, auribus naribusque putatis, ægre mortem evadet.* Ambobus, quod sanctum audire noluerant, evenit, quod is illis vaticinatus esset. Dux enim male consultus, malum sibi suisque opsonium comparavit. Cum enim patienter ferre deberet, atque ingressus omnes palatii obsessos tenere, ita ut nihil ad victum inferri posset, atque ita fame pressos cogere, ut supplices sibi portas aperirent, seque intra palatium ultro susciperent; noluit sic facere, sed decrevit cum suis intrare per portam, quæ Chalce nominatur, securibus conterendo cardines ejus: cum prius suos omnes horrendis exsecrationibus obstrinxisset: *ne gladium stringerent, ne jaculum vel hastam intorquerent adversus aliquem, sed absque sanguine ingrederentur. Sin illi*, inquiens, *nihil contra se agentes nos occiderint, coram tremendo magni Dei tribunali adversus eos disceptabimus, quod nos juramentis deceptos hostium nunc loco habeant atque obsistant.* His dictis, una cum comitibus, uti dictum est, ad Chalcem portam perrexit, atque ingredi cœpit. Qui autem in palatio erant magna cum festinatione sagittarios colligentes, tela e muro jactare cœperunt. Igitur qui circum ducem sagittis sauciabantur, ad eum inclamabant, postulantes: *ut sineret arma expediri in adversarios.* Ipso autem, talia dicentes, prohibente, sagittariorum dexterrimorum unus quispiam, cognito quisnam dux esset, tenso fortiter arcu, vulneravit eum in latere sub dextera manu. Ipso vero exclamans: *Væ mihi misero, in malam rem huc venimus*, humi continuo decidit. Cæteris terrore perculsis et retro abire incipientibus, ii qui intro erant audaciores effecti, gladios stringentes, apertis portis impetum fecerunt in eos: et primo quidem protostratorem ducis occiderunt, deinde alios plures, ac postea ipsummet. Neque pepercerunt reliquis, sed fuga ac metu impeditos, et in arctum compressos, instar segetis demessuerunt. Evasissent nihilominus cædem aliqui, nisi immites illi et inclementes continuo ad omnes portas mandata direxissent, diligenter occlusas haberi jubentes; atque ita inquisitione facta in fugitivos, ab eorum nemine manus abstinuissent. Complures enim magistros patriciosque, qui cum duce in Circo sedere deprehensi essent, partim gladio peremerunt, partim extra muros in furcam egerunt: aliorum oculos effoderunt, succisis nervis alios debilitarunt, alios in exsilium ejecerunt; alios, qui nulla quemquam injuria violaverant verberibus affece-

σαντες παρ' αὐτοῦ τὸ μέλλον γενέσθαι ὀλέθριον σύμπτωμα ἤδη πρὸ τριῶν μηνῶν, κατακλείσαντες ἑαυτοὺς εἰς τοὺς οἰκείους οἴκους, ἠρέμουν. Ἀπ' ἐκείνου γοῦν τοῦ καιροῦ, ἐν ᾧ τοῦτο προεῖπεν, οὐκ ἔληξε στένων καὶ ὀλοφυρόμενος καὶ πενθῶν.

η'. Δύο δέ τινες μεγιστάνου τινὸς ὄντες υἱοὶ καὶ πρωτοσπαθάριοι, ἐλθόντες πρὸς αὐτὸν, ἠρώτων, εἰ *συμφέρει αὐτοῖς ἀπελθεῖν καὶ συμμιγῆναι τῇ κουστωδίᾳ τοῦ Δοῦκα*. Ὁ δέ φησι πρὸς αὐτούς· *Μὴ, τέκνα, μὴ οὕτω ποιήσητε, καὶ ἀνήκεστα πείσεσθε. Εἰ γοῦν, ὁ μὲν εἷς ὑμῶν ἐν μαχαίρᾳ πεσεῖται, ὁ δὲ ἕτερος, τὰ ὦτα καὶ τὴν ῥῖνα τμηθεὶς, μόλις τὸν θάνατον διδράσκειεν.* Οἳ καὶ παρακούσαντες τοῦ ἁγίου, ἃ προεῖπεν, ἔπαθον. Ὁ γὰρ Δοῦκας κακῶς φρονήσας, κακὸν ὀψώνιον ἑαυτῷ καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ ἐπρίατο. Ὀφείλων γὰρ μακροθυμῆσαι καὶ ἀσφαλίσασθαι τὰς εἰσόδους τῶν βασιλείων, τοῦ μὴ τὰ πρὸς διατροφὴν εἰσκομίζεσθαι· οὕτω τῷ λιμῷ στενοχωρουμένους μεθ' ἱκεσίας αὐτῷ τὰς πύλας ἀναπετάσαι, καὶ προθύμως αὐτὸν εἰς τὰ βασίλεια δέξασθαι, οὐχ οὕτω πεποίηκε. Βουλὴν δὲ στήσας μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ, εἰσελθεῖν ἀπὸ τῆς πύλης, ἥνπερ Χαλκῆν ὀνομάζουσι, συνθλάσαντες πέλυξι τοὺς μοχλοὺς, ὅρκοις φρικωδεστάτοις πρότερον τοὺς σὺν αὐτῷ κατασφαλισάμενος· *μὴ σπάσασθαι ξίφος τὸ οἱονοῦν κατά τινος, μὴ βέλος, μὴ δόρυ· ἀλλ' οὕτως αὐτοὺς ἀναιμωτὶ εἰσελθεῖν*, φήσας. *Ἐὰν ἐκεῖνοι ἡμᾶς μὴ ἀντάγοντας κατασφάξωσιν, ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ βήματος τοῦ μεγάλου Θεοῦ μετ' αὐτῶν δικασόμεθα, ὅτι, ὅρκοις ἡμᾶς ἀπατήσαντες, νῦν ἡμῖν ἀνταίρουσι.* Ταῦτα εἰπὼν, ἀφίκετο ἅμα σὺν αὐτοῖς, ὡς εἴρηται, εἰς τὴν Χαλκῆν πύλην, καὶ ἀπήρξατο εἰσιέναι· οἱ δὲ ἐν τοῖς βασιλείοις τάχει πολλῷ συναθροίσαντες τοὺς τοξότας, ἀπὸ τῶν τειχῶν τοξεύμασιν ἔβαλλον. Ὡς δὲ οἱ περὶ τὸν Δοῦκα τοῖς βέλεσιν ἐπλήττοντο, ἐβόων αὐτῷ, *Ἔασον ἡμᾶς ὅπως αὐτοῖς ἀντιμαχησώμεθα.* Τοῦ δὲ τοῦτο κωλύοντος, ἐν ὅσῳ ταῦτα ἔφασκον, εἷς τις τῶν εὐστοχωτάτων τοξοτῶν, μαθὼν ὁποῖός ἐστιν ὁ Δοῦκας, τείνας ἀνδρείως τὸ τόξον, ἔπληξεν αὐτὸν ὑποκάτω τῆς δεξιᾶς χειρὸς εἰς τὴν πλευράν. Ὁ δὲ τὸ, *Οὐαί μοι*, ἐπιφωνήσας, *τῷ ἀθλίῳ, κακῶς ἐληλύθαμεν ὧδε*, κάτεισιν εὐθὺς ἐπὶ τὸ ἔδαφος. Πάντων δὲ δειλίᾳ συσχεθέντων, καὶ πρὸς τὰ ὀπίσω ἀρξαμένων ἀναποδίζειν, θάρσους οἱ ἔνδον λαβόντες, καὶ τὰ ξίφη [P. 398] σπασάμενοι, πολλῇ προθυμίᾳ πρὸς αὐτοὺς ἐξεπήδησαν, τὰς πύλας ἀνοίξαντες. Καὶ κτείνουσι μὲν ἐν πρώτοις τὸν αὐτοῦ πρωτοστράτορα· εἶθ' οὕτως ἑτέρους πλείονας, καὶ μετὰ τούτους κἀκεῖνον, μηδὲ τῶν λοιπῶν φεισάμενοι· ἀλλὰ καὶ τούτους ἀποδιδράσκοντας καὶ συμποδιζομένους, δίκην στάχυος ἐξεθέριζον. Διεσώθησαν δ' ἄν τινες, εἰ μὴ οἱ ἀνηλεεῖς ἐκεῖνοι καὶ ἄσπλαγχνοι τὸ τάχος ἀποστείλαντες, καὶ πάσας τὰς πύλας τῆς πόλεως ἀσφαλισάμενοι καὶ σφραγίσαντες ἀκριβῶς· εἶθ' οὕτως ἀκριβῆ ἔρευναν τῶν διαδράντων ποιήσαντες, οὐδενὸς τούτων ἐφείσαντο. Πολλῶν μὲν οὖν μαγίστρων καὶ πατρικίων φανέντων συγκαθημένων τῷ Δοῦκα ἐν τῷ Ἱπποδρόμῳ, οὓς μὲν προσέταξαν ξίφει ἀναιρεῖσθαι· οὓς δὲ ἔξω τειχῶν φουρκίζεσθαι, ἄλλων τοὺς ὀφθαλ-

μοὺς ἐξορύττεσθαι, ἑτέρους νευροκοπεῖσθαι, ἄλλους ἐξορίζεσθαι, καὶ ἑτέρους τοὺς μηδὲν ἠδικηκότας μαστίζεσθαι, ἄλλων τὰς ὑποστάσεις δημεύεσθαι. Καὶ ἦν ἰδεῖν τότε τὴν μεγαλόπολιν πάσχουσαν, ἃ οὐδὲ ἐπὶ κρατήσει καὶ ἁλώσει βαρβάρων ὑπομείνασαν ἄν.

θ'. Οἱ οὖν ἀνελόντες τὸν Δοῦκα καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, τὰς αὐτῶν κάρας ἀποτεμόντες, τῷ Νικολάῳ, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, Ἀγρικολάῳ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ ἐκόμισαν. Οἱ καὶ ταύτας γνωρίσαντες, τιμὰς οὐ τὰς τυχούσας τοῖς κομίσασιν ἔνειμαν, καὶ οὐδὲ οὕτως οἱ κακοὶ κόρον ἔλαβον· ἀλλὰ κελεύουσι τῷ ὑπάρχῳ τῆς πόλεως, πάντων τῶν ἀναιρεθέντων τὰ λείψανα, ῥιφῆναι ἐν τῷ πελάγει· καὶ οὔτε ὡς ὁμοπίστους ᾤκτειραν, οὔτε ὡς ὁμοφύλους, ἵνα μὴ λέγω καὶ προσγενεῖς, ἵνα κἂν τὰ σώματα αὐτῶν ἐάσωσι τῇ ὁσίᾳ παραδοθῆναι. Ἀλλ' ἐφ' ἁμάξαις θέντες, οἱ ἀνήμεροι θῆρες, ἡμιτμήτους, γεγυμνωμένους, μεσολελωβημένους, οὕτω δημόσια σύροντες, ἐν τῷ πόντῳ οἷα κυνῶν ἔβαλλον.

ι'. Φασὶ δέ τινες, ὅτι πλείους τῶν τρισχιλίων οἱ δόντες ἦσαν ἑαυτοὺς τῷ θανάτῳ, ἐν τῷ μὴ σπάσασθαι ῥομφαίαν ἢ ἄλλο τι ξίφος, διὰ τὸν ὅρκον. Περὶ δὲ τῶν κρεμασθέντων ἐν ταῖς φούρκαις, ἱκανοὶ καὶ ἀξιόπιστοι ἐμαρτύρησαν· *ὡς εἶδον πολλάκις καθ' ἕνα ἕκαστον τούτων νύκτωρ ἀστέρα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατερχόμενον, καὶ μέχρι πρωΐας διάττοντα*· δεικνύοντος τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἀδίκως τὸν τοσοῦτον φόνον εἰς τοὺς ἀναιτίους πεποιήκαν. Τοῦ γὰρ Δοῦκα ἀναιρεθέντος, δέον τῶν ἄλλων φείδεσθαι, οὐ χεῖρα αἰρόντων, οὐκ ἐριζόντων, οὐ κραυγαζόντων· οἱ δὲ ἀνηλεῶς αἷμα ἀθῷον ἐξέχεαν. Φεῦ τῆς τῶν δρασάντων ἀθλιότητος, καὶ οὐαὶ αὐτοῖς κατὰ τὴν φρικτὴν τῆς κρίσεως ἡμέραν, ὅτι τὸ αἷμα [P. 399] τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν ἐκ χειρῶν αὐτῶν ἐκζητήσει ὁ Κύριος.

ια'. Τὴν δέ γε κεφαλὴν τοῦ Δοῦκα ἰδόντες οἱ βδελυροὶ, ὡς φθάσαντες εἴπομεν, καὶ καταμωκησάμενοι ταύτης, ἐκέλευσαν κοντῷ ἐμπαρεῖσαν διὰ πάσης τῆς πόλεως θεατρίζεσθαι· *ἵνα*, φησὶν, *αἰσχυνθῶσιν, οἱ ἐπ' αὐτὸν τὰς ἐλπίδας θέμενοι*, καὶ τέλος, καὶ ταύτην τῷ βυθῷ τοῦ πόντου δοθῆναι σὺν τῷ λοιπῷ σώματι. Καὶ τοῦτο μὲν τοσούτῳ τρόπῳ ἀπώλετο· τὸ δέ γε πνεῦμα αὐτοῦ τὸ ἀείμνηστον οἱ κόλποι τοῦ Ἀβραὰμ ἐδέξαντο. Οὐ γὰρ τυραννικῶς, ὡς εἴπομεν, τοῖς βασιλείοις ἐπέβη· ἀλλ' ὅρκοις φρικωδεστάτοις θαῤῥήσας. Δυνάμενος δὲ καὶ ὅπλοις μαχέσασθαι, ἢ πῦρ βαλεῖν ἐν τοῖς βασιλείοις, καὶ οὕτω τοὺς ἔσωθεν ἀμύνασθαι, τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησεν. Ἐπὶ Θεὸν δὲ ἀναθεὶς ἑαυτὸν, διὰ τοῦδε τοῦ πειρασμοῦ, βασιλείας οὐρανῶν ἐπέτυχε. Καὶ οὐ τοσοῦτον τῶν ἄλλων τὸ ἔγκλημα τῶν τὰ βασίλεια φυλαττόντων, ὅσον ἐπὶ τῷ ποιμένι τῶν λογικῶν προβάτων, τῷ Ἡττιλάῳ μᾶλλον ἢ Νικολάῳ. Ὢ πῶς ἀνέπτυξε τὰ Εὐαγγέλια ταῖς μιαραῖς αὐτοῦ χερσί! Πῶς οὐκ ἤκουε τοῦ λέγοντος δι' αὐτῶν, *Ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς. τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων* Ἀλλ' ἀντιπράττων

runt, aliorum facultates publicarunt. Ac videre erat magnam civitatem ea tunc mala experiri, quæ nec a Barbaris capta direptaque perpessa esset.

9. Igitur qui ducem ejusque filium interemerant, eorum præscindentes capita, ad Nicolaum, seu verius Agricolaum, ejusque complices detulerunt: qui ea agnoscentes, non vulgaribus honoribus atque præmiis, eos, qui detulerant, affecerunt. Cumque ne sic quidem nefarii homines iras exsatiassent, cæsorum cadavera omnia in mare jacienda urbis præfecto injungunt, nulla vel communis fidei ratione, nulla generis miseratione, ac ne familiæ quidem ac affinium pietate, ut vel funera efferri sinerent ac sepeliri: sed plaustris imposita, dissecta, nuda, mutila, immanes illæ feræ, publica raptantes, velut canum cadavera in mare projiciebant.

10. Porro aiunt plures tribus millibus fuisse, qui seipsos in mortem tradidere, sacramento adacti, ne gladium stringerent, aut telum intorquerent. De his vero qui in furcis pependerunt, multi ac fide digni testati sunt: *vidisse non raro super unumquemque eorum stellam noctu e cœlo venientem, atque ad auroræ usque tempus micantem*; Deo scilicet palam monstrante, injusta eos cæde ac insontes sublatos esse. Etenim duce interempto, reliquis parcendum erat, qui nec manum levarent, nec contenderent, neque clamorem efferrent [1]. At illi enimvero immani sævitia sanguinem innoxium fuderunt. Proh illorum miseriam, qui talia perpetrarunt! Væ illis in tremendo judicii die, eo quod Dominus sanguinem fratrum suorum requiret ex manibus eorum [2].

11. Viso, ut mox dicebamus, Ducis capite, exsecrabiles illi ei illuserunt, jusseruntque per totam urbem conto infixum ad spectaculum propudiosaque pompa circumferri; *ut*, aiebant, *confunderentur, qui spes suas in eum collocaverant*, ac denique in mare cum reliquo trunco devolvi. Ac quidem corpus tali interitu periit; ejus vero sempiterna dignum memoria spiritum Abrahæ sinus suscepit. Non enim tyrannice, ut præfati sumus, regiam invasit, sed horrendorum sacramentorum religione fretus. Cumque liceret etiam armis decernere, aut palatio ignem injicere, atque ea ratione eos ulcisci, qui se illo arce tuebantur, haudquaquam fecit: sed causam suam seque Deo committens, per eam tribulationem regnum cœlorum consecutus est. Cæterum non tam iis imputandum est quidquid istud est facinoris, qui custodiebant palatium, quam ovium rationalium pastori, Hettilao potius dixerim, quam Nicolao; plebis scilicet cladi labique, non ejus victoriæ, quasi ex nominis ipsa ratione. O quomodo impuris manibus suis evolvit

[1] Matth. XII, 19. [2] Ezech. III, 18

Evangelia? Quomodo non audivit, qui per ea loquitur: *Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus* [1]? Sed huic contrarius omnino exstitit, eas mactans, atque jugulans, homo gladii hæres.

A ἠλείχθη, κατασφάξας αὐτὰς, ὁ τῆς μαχαίρας κληρονόμος.

[1] Joan. x, 11.

AD SYMEONIS MAGISTRI ET LOGOTHETÆ

ANNALES

FRANCISCI COMBEFISII PRÆFATIO.

Scripsit et ab orbe condito, exstantque altero, ac majori Regio codice. Opus est ex diversis congesture historicis et annalium scriptoribus; ipsum tamen haud satis plenum. Hic nobis verus annalista, alterque continuator erit, ipso pene Theophanis digestus schemate, quantum codex alter, ipse Regius minor repræsentavit: hoc unum a majore discrepans, quod superiora illa a Logotheta remotiora, ac, in quibus levius opera perfunctus videatur, omisit: quo et nobis consilio præivit: ac quod una hæc, in præsentem rem nostram faciant, eademque alio auctore ac stylo sub una libri serie repetita, lucis plurimum sibi mutuo afferant; ut et Leoni Grammatico, qui inter reliquos magis ipse egenus ac cribratissimus est. Superiora Majoris illius Regii codicis alia molitio dederit, et qua jam editi auctores chronographi, Eusebius, Syncellus, Theophanes, Cedrenus (cum quo illi magis convenit) collatis singulis, in rem litterariam ac lucem temporum e Regia una Lupara, haud leviter illustrari possint. Adscriptum majori illi codici, alia manu pauloque recentiori, Hic est Metaphrastes; *cujus tanti Annales et Chronica Hippolyto Thebano, ut et omnibus anteponat. Debemus, ex quo exscripsi, codicem, Raphaeli Trichet du Fresne, ex cujus libris, ipso defuncto, in gazam Regiam illatus; aliaque Græca (ac in eis Maximi plenissimus codex atque optimus) me illi potissimum auctore, extrema sua in Italiam profectione, ditanda Græcis Gallia nostra, eaque Christianum orbem, Parisios allata.*

ΣΥΜΕΩΝ ΜΑΓΙΣΤΡΟΥ ΚΑΙ ΛΟΓΟΘΕΤΟΥ

ΧΡΟΝΟΓΡΑΦΙΑ.

SYMEONIS MAGISTRI AC LOGOTHETÆ

ANNALES

A LEONE ARMENIO AD NICEPHORUM PHOCAM

Romanorum imperator Leo Armenius Iconomachus, imperavit annos VII, menses 5. B

603 1. Mundi annus 6307, divinæ incarnationis 807. Romanorum imperator Leo Armenius, qui et Chamæleon dictus est, fidei desertor et Iconomachus, annos 7, menses 5. Homo statura pusillus (quo etiam nomine Chamæleon appellatus est) corpulentus atque torosus, decorus, barba plena, constipata cæsarie, voce leonis in morem tonante; audax pariter et timidus: ex duplici unus prosapia, Assyriorum

Ῥωμαίων βασιλεὺς Λέων ὁ Ἀρμένιος καὶ Εἰκονομάχος, ἔτη ζ' μῆνας ε'.

[P. 400, 401] Κόσμου ἔτος ,ςτζ', τῆς θείας σαρκώσεως ἔτος ωζ', Ῥωμαίων βασιλεὺς Λέων Ἀρμένιος ὁ καὶ Χαμαιλέων, ὁ Παραβάτης καὶ Εἰκονομάχος, ἔτη ζ' μῆνας ε'. Ἦν δὲ τὴν ἡλικίαν κοντὸς (διὸ καὶ Χαμαιλέων προσηγόρευται), ἐπίμεστος, εὐπρεπής, γένειον ἔχων καθιστάμενον, δασὺς τὴν κόμην, φωνὴν ἔχων βροντώδη δίκην λέοντος, θρασύς τε καὶ δειλός. [P. 402] Διγενὴς δὲ ἦν ἐξ Ἀσσυρίων καὶ

Ἀρμενίων· καὶ Ἀσσύριοι μὲν ἐξ Ἀσσύρων ἐκλήθησαν, Ἀρμένιοι δὲ ἀπὸ Ἀρμενίου τινὸς οὕτω καλουμένου, τοῦ ἀπὸ Ἀρμενίας πόλεως Θετταλίας γενομένου, ὃς Ἰάσονι συνεστράτευσεν.

β'. Οὗτος ὁ Λέων στεφθεὶς ὑπὸ Νικηφόρου πατριάρχου ἐβεβαίωσεν αὐτὸν ἐγγράφως, ὡς ὀρθόδοξός ἐστι τῇ πίστει. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἔλαθεν τῷ καλῷ ποιμένι ὁ λύκος τῷ κωδίῳ ἐγκεκρυμμένος· ὡς γὰρ τὸ διάδημα τῇ μιαρᾷ ἐκείνου κεφαλῇ περιτέθεικεν, ἐδόκει ὡς ἀκανθῶν καὶ τριβόλων προστρίψεσιν ὀδύνης ἐπαισθάνεσθαι. Καὶ τῆς συνήθους τάξεως τελεσθείσης, ἐπὶ τὸ παλάτιον ὁ ἀλιτήριος εὐφημούμενος ἀπῄει. Ὡς δὲ πρὸ τῶν τῆς Χαλκῆς πυλῶν ἐν τῷ κατ' ἐπιφάνειαν κυκλικῷ καὶ πορφύρῳ μαρμάρῳ ἐγένετο, εὐχαριστήριον ἀπεδίδου τῷ ἐκεῖσε Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν εἰκονίσματι, εἴτε ἀληθῆ, εἴτε προσχήματι. Ἔνθα ἐκδιδύσκεται τὴν ἐσθῆτα, ἣν ἐπεβέβλητο ῥοδοειδέσι χρόαις ἐκλάμπουσαν, καὶ κολόβιον ὃ προσονομάζουσι κατὰ τὸ ἔκπαλαι τῶν στρατηλατῶν τηρηθὲν ἔθος· καὶ Μιχαὴλ τῷ ἐξ Ἀμοραίων ἱπποκόμῳ αὐτοῦ ὄντι ἐπιδίδωσι. Τοῦ δὲ ταύτην ἀναβαλλομένου, εἰς οἰωνὸν μετὰ τὸ Λέοντα τῆς βασιλικῆς ἐπιβάσεως τοῖς εἰδόσι λελόγιστο. Εἶτα εἰς τὰ λεγόμενα Σκῦλα ἐλθόντες, τὴν ἐσθῆτα Λέοντος ἐπιβάσει βαρείᾳ καθύβρισεν. Ἐν συνέσει δὲ τούτου Λέων γενόμενος, νεωτερισμόν τινα παραυτὰ ἔσεσθαι αὐτῷ οἰωνίσατο.

γ'. Ἧκεν οὖν εἰς λογισμὸν αὐτῷ περὶ τοῦ ἐν τῷ Φιλομηλίῳ μονάζοντος, ὃς ἐπὶ τοῦ Βαρδανίου εἶπεν αὐτῷ τὰ συμβησόμενα. Στέλλει οὖν αὐτῷ τὰ πρὸς χρείαν κατ' εὐχὴν ἀναθήματα. Ἐκείνου τοίνυν ἐν τῷ μεταξὺ τελευτήσαντος, συνέβη ἀντ' αὐτοῦ ἕτερον μοναχὸν Σαββάτιον λεγόμενον, ὃς καὶ τὰ τοῦ πρώην μοναχοῦ ῥήματα ἤκουσεν ἐπεισδύνας τῇ αὐτοῦ σκηνῇ, καὶ τῇ τῶν ἁγίων εἰκόνων προσκυνήσει ἀντικαθίστατο. Θεασάμενος δὲ τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως σταλέντα ἀποπέμπειν προσεποιεῖτο διὰ τὸ τὸν βασιλέα προσκυνεῖν τὰς ἁγίας εἰκόνας, ἀνθ' ὧν καὶ καταστρέψαι Κύριον τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ἐπιστέλλων προήγγειλεν. Τούτοις φρεναπατηθεὶς ὁ βασιλεὺς μετακαλεῖται Θεόδοτον τὸν Κασσιτηρᾶν, ὅστις καὶ πρὶν ἢ τῆς βασιλείας δράξασθαι τὸν Λέοντα, γυναικός τινος πνεῦμα Πύθωνος ἐχούσης ἀκούσας ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς περιπατούσης καὶ κραζούσης ὡς ὁ τῶν Ἀνατολικῶν στρατηγὸς μέλλει τὴν τοῦ Μιχαὴλ βασιλείαν δέχεσθαι, τὸν Λέοντα προσλαβόμενος ἄπεισιν [P. 403] ἐν τῷ τοῦ Ἁγίου Παύλου ναῷ ἐν τῷ Ὀρφανοτροφείῳ, καὶ συνθήκας πρὸς ἀλλήλους φυλακῆς ποιησάμενοι, θαῤῥεῖν πρὸς αὐτόν· ὅτι *Μοι περὶ σοῦ ἐκ θείας ὁράσεως προέγνωσται ὡς τῆς βασιλείας τάχιον ἐπιτεύξῃ*. Τοῦτον οὖν τὸν Θεόδοτον μετακαλεσάμενος δείκνυσιν αὐτῷ τὰ ἀπεσταλμένα· ὃς τοῦ τοιούτου σκοποῦ δραξάμενος τῷ κακῷ κακὸν πλεονάζει, καὶ περί τινος μοναχοῦ τὴν οἴκησιν κεκτημένου ἐν τοῖς Μαυριανοῦ πείθει παρ' αὐτοῦ ἐνεργεῖσθαι παράδοξα, ἕτερον αὐτὸν ἐπιφημίζων μέγαν Ἀντώνιον. Ταῦτα τῷ βασιλεῖ ὑποθέμενος ἄπεισι πρὸς τὸν μοναστήν, καὶ πεπλαστουργημένως τάδε φησίν, ὡς *Τῇ ἐπιούσῃ νυκτὶ τὸν βασιλέα εὐτελεῖ καταστήματι προσοίσω σοι, ὃν ἐπαρᾶσθαι καὶ τάχιον παρελθεῖν*

Armeniorumque genus. Ac Assyrii quidem ab Assyris traxerunt nomen, Armenii vero ab Armenio quodam sic dicto, Armenia Thessaliæ oppido oriundo, qui Jasoni fuit expeditionis comes.

604 2. Hic Leo augustali corona donatus a Nicephoro patriarcha ab eoque inauguratus, rectæ fidei se cultorem esse scripto professus est. Nec tamen lupus ovina pelle contectus bonum pastorem latuit. Dum enim scelestum caput diademate cingit, videbatur sibi quasi spinarum ac tribulorum infixis aculeis doloris sensu affici iisque peruri. Consueto inaugurationis ritu expleto, populo faustis ominibus deducente, miser ad palatium iter habebat. Ut autem ad Chalces portam venit, quo loco templum orbiculari figura porphyretico marmore incrustatum splendescit, Christi Dei nostri illic effigiei, seu veras seu specie tenus ac ludicro animo, gratias egit. Ibi quam prætextam indutus erat, roseis coloribus fulgentem, ac quod more antiquo prætorum colobium vocant, exuens, suo tum equisoni Michaeli Amoræo tradit. Illo mox induente, in præsagium abiit rem scientibus adipiscendi post Leonem imperii. Inde in locum dictum Scyla cum venissent, acriori incessu Leonis prætextam proculcavit. Leo re intellecta rebellionem aliquam in se mox excitatum iri conjecit.

3. Venit igitur illi in mentem ejus monachi, qui religiosa palæstra in Philomelio exercens, quæ illi eventura essent, Bardane principe vaticinatus erat. Mittit itaque voti causa, quæ illi usui forent, munera donaque. Illo enimvero interim vivis exempto, ejus loco monachus alius, Sabbatius nomine, qui et antecessoris monachi verba audierat, **605** in ejus cellam locumque successerat, sanctarumque imaginum cultui obsistebat. Is ubi imperatoris ad se missa conspexit, abs se ablegare ac simulato repellere, quod ipse nimirum sacris imaginibus cultum adhiberet; quamobrem etiam Deo vindice ejus evertendum imperium data epistola malus vates ariolatus est. Eoque factum ut Leo errore deceptus ac dementatus Theodotum Cassiteram accerseret. Is nimirum jam ante adeptum Leoni imperium, audita muliere spiritu Pythonico afflata in foro ambulante ac vociferante fore ut Orientalium prætor Michaelis in se imperium susciperet, eodem secum Leone assumpto ad sancti Pauli delubrum, quod in Orphanotrophio est, concesserat, *dataque et accepta arcani tegendi fide divina sibi visione monstratum* asseverat, *fore ut ille brevi imperio potiretur*. Hunc ergo Leo Theodotum accersens, quas a monacho litteras acceperat, ostendit. Ille consilii ejuscemodi arrepto proposito, malumque malo cumulans, alterius quoque commeminit monachi, in Mauriani ædibus stationem habentis. Ab eo inaudita patrari affirmat, et quæ omnem fidem excedant, alterum magnum Antonium præconio venditans atque celebrans. Rem sic habere Leoni persuadet; tumque ad monachum veniens malo hæc animo infit: *Insequenti nocte imperator vili ha-*

bitu me ductore præsto futurus est : tu, si me audies, A *maledictis incesses, brevique moriturum denuntiabis, ni Leonis Isauri doctrinam fidemque sequatur. Hoc si præstiterit, annos duos supra* **606** *septuaginta potiturum imperio, filiosque filiorum visurum sedentes super solio; tertii decimi demum apostoli honore elatum iri. Sin autem secus se gesserit, innumeris malis fore obnoxium brevique imperium cum vita amissurum.* Jam ergo noctis obscuro imperator Cassitera comite ad monachum profectus statim ab eo durius increpatur, tanquam ille fictum ejus animum fraudemque præsciverit. *Non sic decebat,* inquit, *qui sis imperator, privati habitu personam simulare.* His imperator stupore perculsus in sententiam abolendarum sacrarum imaginum facilem se adduci permisit; statimque quod animo impietatis virus condebat, evomens furiisque agitatus hæresis exordium duxit.

τοῦ βίου ἐξειπεῖν συμβουλεύομαι, εἰ μὴ Λέοντος τοῦ Ἰσαύρου στοιχειοῖτο τῷ δόγματι. Καὶ ὡς εἰ τοῦτο παραφυλάξοι, ὀβ' βασιλεύσειν, καὶ παῖδας παίδων ἐπὶ θρόνου τῆς βασιλείας ἰδεῖν, καὶ τρισκαιδέκατος τῶν ἀποστόλων φανῆναι· εἰ δὲ μὴ, τἀναντία, μυρία δεινὰ καὶ ἀπώλειαν σύντομον. Τῆς οὖν νυκτὸς ἐπιστάσης ἄπεισι ὁ βασιλεὺς μετὰ Κασσιτηρᾶ πρὸς τὸν μοναχὸν, καὶ εὐθὺς παραυτὰ ἀποῤῥαπίζεται ὡς προεγνωκότος τὸ αὐτοῦ πρόσχημα, οὕτω λέγων, μὴ δεῖν ἐν ἰδιωτικῇ καταστάσει βασιλέα σε ὄντα οὑτωσὶ ὑποκρίνεσθαι. Δι' ὅνπερ καταπλαγεὶς ὁ βασιλεὺς εὐπειθὴς τούτῳ καθίσταται πρὸς τὴν τῶν ἁγίων εἰκόνων καθαίρεσιν· καὶ πᾶν τὸν ἰὸν ἐν αὐτῷ κατὰ τῆς εὐσεβείας ἰὸν ἐξεμέσας καὶ μανεὶς ἤρξατο τῆς αἱρέσεως.

4. Symmystas vero sibi quærens adjungere, Joan- B nem dictum Grammaticum (quin alium magis Jannem aut Simonem) offendit, Hylzilam et ipsum nuncupatum; cujus Hebraica nominis interpretatio *diaboli præcursor* dicatur *ac adjutor.* Erat vero ille Pancratii sciastæ (dicamus nos pileorum artificis) filius, quem a puero dæmon incesserat, ac cujus late rumor divinationum ex pelvi nomine turpitudinumque ac libidinum percrebuerat. Invenit et Constantinum presbyterum sutoris filium, qui et leges in Phoracii docuerat, ac crimen, in quod vocabatur, a se amoliens sibique Antonii nomen adsciscens monachum induerat, homo fabulis atque ludicris studens, vitamque turpem agens. Is monasterii quod Metropolitarum vocant factus præpositus, etiam quos imperio regebat monachos hæc C ipsa docebat; ac postea, Deo sic permittente, Sylæi episcopus factus est. Invenit et alios, qui ipsi idem sentirent. Inter hæc **607** conspectus cometa est, figura duorum splendentium orbium tanquam lunæ, simul coeuntium tumque in diversas figuras abeuntium, ut et in viri figuram trunco capite deinceps formarentur; cujusmodi etiam Michaele Curopalata imperatore conspectum sidus. Ejus nonnulli præsagia exponentes dixerunt caput esse quod capite careat: nempe præsignare Thomam, qui postea arrepta tyrannide cum sociis ac conjuratis urbem aggressurus erat. Sed et tremendi terræmotus luesque et siccitates ac inflammationes fuerunt per viri Deo exosi dies.

δ'. Συμμύστας ἐπιζητήσας εὑρίσκει Ἰωάννην τὸν λεγόμενον Γραμματικὸν, ἄλλον Ἰαννῆν μᾶλλον ἢ Σίμωνα, ὃς καὶ Ὑλζιλᾶς ὠνομάζετο, ὅπερ Ἑβραϊστὶ ἑρμηνεύεται πρόδρομος καὶ συνεργὸς τοῦ διαβόλου· ἦν δὲ υἱὸς Παγκρατίου σκιαστοῦ, καὶ ἐκ παιδόθεν δαίμονα εἶχε, διαβεβόητο δὲ ἐπί τε λεκανομαντείαις καὶ αἰσχρουργίαις. Εὗρε καὶ Κωνσταντῖνον πρεσβύτερον τζαγγαρίου, ὃς καὶ νομικὸς εἰς τὰ Φορακίου γέγονε, διὰ δὲ ἐγκλήματα φυγόντα καὶ γενάμενον μοναχὸν μετονομασθέντα Ἀντώνιον, μυθολόγον καὶ γελοιαστὴν καὶ αἰσχρῶς βιοῦντα· ὃς καὶ ἡγούμενος εἰς τὴν μονὴν τὰ [P. 404] Μητροπολιτῶν γενόμενος καὶ τοὺς ὑπ' αὐτὸν ταῦτα ἐξεπαίδευσεν, ὕστερον δὲ κατὰ παραχώρησιν Θεοῦ καὶ ἐπίσκοπος Συλαίου γέγονεν. Εὗρε δὲ καὶ ἑτέρους τινὰς ὁμόφρονας αὐτῷ. Ἐν τῷ ἀναμεταξὺ ἀστὴρ κομήτης ἐφάνη ἐν σχήματι δύο λαμπρῶν δίσκων σεληναίων, ἑνουμένων καὶ πάλιν διαιρουμένων εἰς διάφορα σχήματα, ὡς καὶ εἰς ἀκεφάλου διάπλασιν ἀνδρὸς τυποῦσθαι, οἷος καὶ ἐπὶ Μιχαὴλ βασιλέως τοῦ Κουροπαλάτου ἐφάνη· ὅνπερ τινὲς ἑρμηνεύσαντες ἔφασαν τὴν ἀκέφαλον εἶναι κεφαλὴν, προδηλοῦντα τὸν μέλλοντα ἀνταρσίαις ἐπιθήσεσθαι μετὰ ταῦτα Θωμᾶν καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ στασιαστάς. Καὶ μέντοι καὶ σεισμοὶ φοβεροὶ καὶ λοιμοὶ καὶ αὐχμοὶ καὶ φλογώσεις γεγόνασιν ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ θεοστυγοῦς.

5. Eodem anno virum inclytum Nicephorum D patriarcham cum collegis episcopis coram senatu accersit, ac ait: *Plane non vos latet surrexisse quosdam qui dicant haud prorsus colendas esse imagines.* Ad quem primus ait S. Nicephorus: *Sane honori habendæ sunt, o imperator, sacræ sanctorum imagines, ut quæ a principio divino nutu exstiterint. Quod namque acceptum quondam in manibus sacrum linteum sibique vultui adhibendo sua Christus effigie, nulla viri opera, obsignavit, merito honori habeatur ac dignum veneratione sit. Deinde, quas apostoli suis ipsi manibus imagines pinxerunt (ipsius nimirum Christi ejusque Genitricis) et quæ etiamnum Romæ*

ε'. Τῷ αὐτῷ ἔτει προσκαλεῖ Νικηφόρον ἀοίδιμον πατριάρχην καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ἐπισκόπους ἐνώπιον τῆς συγκλήτου, καὶ φησιν· *Ἴστε σαφῶς ὡς ἀνέστησάν τινες λέγοντες μὴ δεῖν προσκυνεῖσθαι τὰς εἰκόνας.* Πρὸς ὃν πρῶτος ὁ ἐν ἁγίοις Νικηφόρος φησί· *Τιμητέαι, ὦ βασιλεῦ, αἱ ἱεραὶ τῶν ἁγίων εἰκόνες εἰσὶν ὡς ἐξ ἀρχῆς θείῳ νεύματι φανεῖσαι. Καὶ γὰρ ἡ ἁγία ὀθόνη ἥν ποτε λαβὼν ὁ Χριστὸς ἐπέθετο ἐπὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἀχειροποιήτως ἐγένετο, τιμητέα καὶ σεβάσμιός ἐστιν. Ἔπειτα αἱ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἰδιόχειροι εἰκόνες τοῦ τε αὐτοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς τοῦτον τεκούσης, ἥ τε ἐν Ῥώμῃ μέχρι τοῦ νῦν*

τηρουμένη τῆς μεταμορφώσεως, καὶ ἀνεφάνη [1] ὁ Χριστὸς μετὰ Μωσέως καὶ Ἠλία ἐν Θαβώρ· ἥτις προτροπῇ Πέτρου τοῦ κορυφαίου γέγονεν. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν τῇ Λύδδᾳ πόλει τῆς Ἑῴας τὸ γενόμενον. Σεβάσμιος γὰρ ναὸς ἀρχαῖός ἐστιν εἰς ὄνομα τῆς Θεοτόκου ὑπὸ πιστῶν ἀνεγηγερμένος, ἐν ᾧ ἱστόρηται τὸ εἶδος τῆς Θεοτόκου· ὃν ἀντιποιούμενοι ὡς οἰκεῖον οἱ Ἰουδαῖοι, ἡ Θεομήτωρ ἀκούσασα ἐν Ἱερουσαλὴμ οὕτως εἶπεν· Κεκλείσθω ὁ ναὸς, καὶ εἰσίτω μηδεὶς, καὶ τῇ μʹ ἡμέρᾳ ἀνοιγέσθω· καὶ εἰ μὲν οὐδὲν ὀφθῇ σημεῖον ἐν αὐτῷ, ἔστω τῶν Ἰουδαίων ὁ ναός. Μετὰ γοῦν τὴν προθεσμίαν ἀνοίξαντες ὁρῶσι τὸ εἶδος τῆς Θεοτόκου τὸν Χριστὸν ὡς βρέφος ταῖς χερσὶ περιεχούσης, θαυμαστὸν ἅμα καὶ αἰδεσιμώτατον καὶ θεοπρεπέστατον εἶδος καὶ κάλλος, ἐν πλαξὶ διαυγέσι, καὶ ἐμφανὲς θεωρούμενον καὶ ὅλον δι' ὅλου εἰς βάθος κεχωρηκός· ὅπερ ἰδόντες [P. 405] Ἰουδαῖοι ἔφυγον. Μετὰ ταῦτα πολλοὶ Ἰουδαῖοι καὶ Ἕλληνες ἀποξέσαι τοῦτο πειραθέντες ἠστόχησαν· μένει δὲ ὡσαύτως ἄχρι τοῦ νῦν ἡ ἀχειροποίητος ἐπὶ τῆς πλακὸς μορφὴ εἰς δόξαν Θεοῦ. Πρὸς τούτοις καὶ ἡ τῆς αἱμοῤῥόου εἰκὼν, διὰ τῆς βοτάνης πᾶν πάθος ἰωμένη ἐν Πανεάδι καὶ πάσῃ τῇ γῇ.

servatur picta imago transfigurationis, per quam Christus cum Mose et Elia in Thabor eluxit, ac quam Petrus princeps apostolorum fieri præcepit. Sed et quod Lyddæ Orientis civitate miraculum exstitit. Vetus enim venerabile templum sanctæ Dei Genitricis nomine a fidelibus excitatum est, in quo ejusdem Dei Genitricis picta imago visitur. Templum hoc cum Judæi ut proprium sibi vindicare studerent, audiit, quæ Hierosolymis versaretur, sancta Deipara, inque hæc verba respondit: Clauso templo nemo ingrediatur; ac demum quadragesimo post die aperiatur. Ac quidem si nullum in æde apparuerit signum, Judæorum juris esto. Præstituto itaque die templo reserato, sanctæ Dei Genitricis effigiem vident, Christum, pueri specie, manibus et sinu complectentis. Mirandam sane omnique dignam veneratione divinissimoque decore effigiem ac pulchritudinem pellucidis appictam tabulis, ipsam aperte conspicuam, totamque ex toto alte pervadentem. Ea conspecta Judæi fuga se præripuerunt. Postea quoque multos Judæos Græcosque conatos abradere, frustrato eorum conatu illæsa, abs se abdicavit; manetque hactenus eodem se modo habens ad Dei gloriam in tabella nullis hominum manibus efficta forma. Præterea quoque mulieris sanguine fluentis imago, herbæ adminiculo omnem Paneade ac toto orbe ægritudinem sanans.

ϛ. Μετὰ τοῦτον ὁ ἱερὸς Εὐθύμιος μητροπολίτης Σάρδεων παῤῥησιασάμενος ἀπεστόμισε τὸν ἀλιτήριον. Θεόδωρος δὲ ὁ τῶν Στουδίου ἡγούμενος ἔφη· *Μὴ παρασάλευε, βασιλεῦ, κατάστασιν ἐκκλησιαστικήν· σοὶ μὲν γὰρ ἡ τῆς πολιτείας κατάστασις καὶ ἡ τοῦ στρατοπέδου ἐπιστεύθη τούτων φροντίζειν, τὴν δὲ Ἐκκλησίαν ἄφες.* Ὁ δὲ τύραννος ὑπερζέσας τῷ θυμῷ πάντας μεθ' ὕβρεων ἀπήλασεν, καὶ τὸν μὲν πατριάρχην Νικηφόρον ἐξώρισε καὶ τὸν Θεόδωρον· ὅτε καὶ λέγεται ὅτι τοῦ πατριάρχου Νικηφόρου ἐν ἐξορίᾳ παραπεμπομένου, πόῤῥωθεν ἰδεῖν Θεοφάνην τὸν τῆς Σιγριανῆς λεγόμενον καὶ τῆς μονῆς τοῦ μεγάλου Ἀγροῦ προϊστάμενον προορατικοῖς ὀφθαλμοῖς, θυμιάματά τε καῦσαι καὶ μετ' εὐχῆς ἀποπέμψαι, τὰς χεῖρας αἴροντα καὶ τῷ Θεῷ τοῦτον παραδιδόντα καὶ τὸν ἀσπασμὸν ἐπιτείνοντα· καί τινος ἐρομένου αἰτίαν εἰπεῖν ὅτι « Ἰδοὺ διέρχεται ἐν ἐξορίᾳ ὁ μέγας ὁμολογητὴς Νικηφόρος ὁ πατριάρχης, ὑπὲρ τῶν ἁγίων εἰκόνων ἀγωνιζόμενος. » Τὸν δὲ ἱερὸν Εὐθύμιον, ἅτε δὴ τὸν ἔλεγχον τῆς αἱρέσεως ἀποτομώτερον ἐκφωνήσαντα, τὰς σιαγόνας τοῖς ῥαπίσμασι καταθλᾷ καὶ ταῖς μάστιξι τὸν νῶτον καταξαίνει τοσοῦτον ὡς ἐν αὐταῖς τοῦτον ἐκπνεῦσαι. Τούτων γενομένων Θεόδοτον τὸν Κασσιτηρᾶν πατριάρχην χειροτονεῖ, ἄλογον ἄνδρα καὶ ἰχθύων ἀφωνότερον, καὶ διωγμὸν ἄσπονδον κατὰ τῆς Ἐκκλησίας ἀναῤῥιπίζει φανερῶς, τοῖς συμμύσταις αὐτοῦ καταπιστεύων, τρία ὑποθέντας αὐτῷ ποιῆσαι, τῆς ὀρθοδόξου ἡμῶν πίστεως τὴν ἄρνησιν, τῶν θείων εἰκόνων τὴν καθαίρεσιν καὶ τῶν εὐσεβούντων τὴν δίωξιν. Καὶ πρῶτον μὲν καθαιρεῖ πᾶσαν ἱερὰν τῶν ἐκκλησιῶν ἀναστή-

6. Secundo a patriarcha ordine vir sacer Euthymius Sardorum metropolita, libera et ipse confessione atque sermone, scelesto os occlusit. Theodorus vero Studii præpositus: *Noli, imperator,* inquit, *Ecclesiæ statum convellere. Nam tibi quidem ac tuis curis rei publicæ status exercitusque procuratio credita est: verum Ecclesiam ipsam sibi relinque.* His nimio furore concitus tyrannus a se omnes indigne habitos expulit; ac quidem Nicephorum patriarcham et Theodorum exsilio **609** relegavit; quando etiam ferunt Nicephorum patriarcham in exsilium proficiscentem, Theophanem Sigrianum nuncupatum, magni Agri (sic dicti monasterii) præpositum, prospiciendi vim habentibus oculis procul adspexisse, suffitusque accendisse, atque precibus votisque, sublatis in cœlum manibus, eum prosecutum esse, Deo nimirum commendando amplexusque atque salutes dirigendo. Ac quodam quærente causam dixisse Theophanem idcirco hæc factitare, quod magnus confessor Nicephorus patriarcha, pro sanctis imaginibus agonem desudans, viam transiens in exsilium proficisceretur. Sanctum autem Euthymium, quod austerius liberiorique voce hæresim coarguisset, colaphis pugnisque effractis malis, diris adeo verberibus dorso cædit ut in eis animum exhalarit. His ita peractis Theodotum Cassiteram patriarcham præficit, mutum hominem et pisce elinguiorem; palamque adversus Ecclesiam implacabilem excitat persecutionem, eorum quos symmystas sibi adhibuerat consiliis cedens. Hæc illorum tria documenta: orthodoxam

VARIÆ LECTIONES.

[1] καὶ ἀνεφάνη] καθ' ἣν ἀν.? au καθὼς? cf. p. 505 d.

Christianorum fidem negaret; divinas imagines everteret; pios ac orthodoxos persecutione vexaret. Ac primum quidem ubique in ecclesiis erectas demolitur imagines: tum qui domi Christi sanctorumve ullam imaginem habere deprehensi essent, diris suppliciis ac morte damnavit: complures **denique viros illustres ac claros (sed et monachorum** innumeram turbam) nece sustulit.

ιζʹ. Τῇ κδʹ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς τιμᾶται Ῥωμανὸς τῇ τοῦ Καίσαρος ἀξίᾳ, καὶ τῇ ιζʹ τοῦ Δεκεμβρίου [P. 481] μηνὸς στέφεται παρὰ Κωνσταντίνου βασιλέως καὶ Νικολάου πατριάρχου ἐν ἔτει τῷ ,ςυνηʹ, ἰνδικτιῶνος ηʹ· καὶ τῶν ἁγίων Θεοφανίων στέφεται Θεοδώρα ἡ γυνὴ αὐτοῦ. Καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς τῆς εʹ [6] ἰνδικτιῶνος, Χριστοφόρος ὁ υἱὸς Ῥωμανοῦ διαγορεύεται βασιλεύς· στέφεται δὲ τῇ Πεντηκοστῇ παρὰ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου, καὶ προέρχονται οὗτοι οἱ δύο μόνοι ἐν τῇ προελεύσει.

ιηʹ. Τῷ δὲ Ἰουλίῳ μηνὶ τῆς αὐτῆς ἰνδικτιῶνος γίνεται ἕνωσις τῶν ἀποσχιστῶν.

ιθʹ. Τῷ δὲ Ὀκτωβρίῳ μηνὶ τῆς θʹ ἐπινεμήσεως ὑποπτευθεὶς Στέφανος ὁ μάγιστρος ὡς τῆς βασιλείας ἐφιέμενος ἀποκείρεται ἐν τῇ τοῦ Ἀντιγόνου νήσῳ ἅμα Θεοφάνει Τειχειώτῃ καὶ Παύλῳ Ὀρφανοτρόφῳ τοῖς ἀνθρώποις αὐτοῦ. Πάλιν μηνύεται ἐπιβουλὴ μελετᾶσθαι παρὰ Ἀρσενίου καὶ Παύλου τῶν μαγγλαβιτῶν· οἳ καὶ τυφθέντες καὶ δημευθέντες ἐξωρίσθησαν.

κʹ. Ῥεντάκης ὁ Ἑλλαδικὸς πατρολοίας γενόμενος, ἐπεὶ πάντα τὰ τοῦ πατρὸς ἐλῄσατο καὶ τῇ πόλει προσέφυγεν, ἐκεῖθεν ψευδεῖς γραφὰς συσκευάσας πρὸς Βουλγαρίαν ἀποφυγεῖν ἔμελλεν. Κρατηθεὶς οὖν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύσσεται.

καʹ. Καὶ πάλιν οἱ Βούλγαροι μέχρι Κατασυρτῶν ἐξελαύνουσι μετὰ τὴν τοῦ Δουκὸς Ἀδραλέστου τελευτήν. Προβάλλεται Πόθος δομέστικος τῶν σχολῶν ὁ τοῦ Ἀργυροῦ, καὶ μέχρι Θερμοπόλεως μετὰ τῶν ταγμάτων ἐλθὼν ἀπέστειλε Μιχαὴλ τὸν τοῦ Μωρολὲ [7] υἱὸν τοὺς Βουλγάρους κατασκοπήσοντα. Ὁ δὲ ἀπροόπτως τῷ λόχῳ αὐτῶν ἐμπεσὼν πολλοὺς μὲν τῶν Βουλγάρων ἀνεῖλεν, καὶ αὐτὸς δὲ πληγεὶς ἐν τῇ πόλει εἰσελθὼν ἐτελεύτησεν.

κβʹ. Πάλιν δὲ μηνύεται ἐπιβουλὴ κατὰ Ῥωμανοῦ ὑπὸ Ἀναστασίου γενησομένη σακελλαρίου καὶ Θεοδωρήτου κοιτωνίτου καὶ Δημητρίου πρωτονοταρίου τοῦ εἰδικοῦ καὶ ἄλλων τινῶν, ὡς δῆθεν ὑπὲρ Κωνσταντίνου βασιλέως ἀγωνιζόμενοι. Ἐλεγχθέντες ἐτύφθησαν, καὶ τὴν μέσην διελθόντες ἐξωρίσθησαν.

κγʹ. Τῆς τοιαύτης δὲ προφάσεως λαβόμενος Ῥωμανὸς τὸν βασιλέα Κωνσταντῖνον ὑποβιβάζει καὶ δεύτερον ἑαυτοῦ καθίστησι. Πάλιν οὖν ἐκστρατεύουσι Βούλγαροι μέχρι τῶν Μαγγλαβά. Ὅπερ μαθὼν ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς Ἰωάννην ῥαίκτορα ἀποστέλλει ἅμα Λέοντι καὶ Πόθῳ τοῖς Ἀργυροῖς, ἔχοντας μεθ' ἑαυτῶν πλῆθος ἱκανὸν ἔκ τε τῶν ταγμάτων καὶ

A toris pædagogo ejusque fratre Symeone a Theophylacto patricio ac stabuli comite, illisque comedentibus, ingressus Joannes Curcuas excubiarum drungarius cum apparitorum copiosa manu correptos illos, quasi qui adversus Romanum machinarentur, ad Opsicium relegavit.

17. Mensis Septembris die quarto supra vigesimum Romanus Cæsaris dignitate ornatur; mensisque Decembris die decimo septimo, indictione octava, anno 6458, a Constantino et Nicolao patriarcha augustali corona donatur; sacrorum item Theophaniorum die, Theodora ejus uxor Augusta coronatur. Eodemque die ejusdem mensis, indictione octava, Christophorus Romani imperatoris B filius imperator declaratus, ipse quoque die sancto Pentecostes ab imperatore Constantino Augustus appellatur; amboque solemni per urbem pompa soli processerunt.

18. Mense Julio ejusdem indictionis eorum commissa unitio est qui scissi partibus erant.

19. Mense Octobri, indictione nona, in suspicionem vocatus Stephanus magister quasi imperium ambiret, in Antigoni insula, una cum 732 suis hominibus Theophane Tichiote et Paulo Orphanotropho, monachorum ritu capillis multatus est. Denuntiata rursus conjuratio auctoribus Arsenio et Paulo manglabitis; qui et verberibus affecti bonisque publicatis in exsilium missi sunt.

C 20. Rentaces Helladicus parricida effectus, quod patris bona omnia diripuerat, in urbem profugus, falsis ibi compositis tabulis, in Bulgariam fugam parabat. Captus itaque oculis orbatus est.

21. Rursus vero Bulgaris ad Catasyrtas usque excurrentibus, quod Adrelastes dux vivis excesserat, Pothus Argyri filius scholarum domesticus præficitur; ductoque ad Thermopolim usque exercitu, Michael Marolis filius ad Bulgarorum castra exploranda missus, ex improviso in illorum lapsus cuneum, multis eorum cæsis, vulneratus ipse et in urbem delatus fatis concessit.

D 22. Rursus conjurationis in Romanum delati Anastasius sacellarius et Theodoretus cubicularius, necnon Demetrius ærarii privati protonotarius, aliique nonnulli, velut qui Constantino imperatori suppetias irent ejusque causa decertarent. Convicti vero, verberibus affecti urbeque media traducti, exsilio relegati sunt.

23. Hac Romanus arrepta occasione, ac periculum prætexens, Constantinum imperatorem dejectum secundo 733 a se loco facit. Rursus itaque Bulgarorum ad Manglaba usque excursio. Romanus re comperta Joannem rectorem cum Leone et Potho Argyris, justis copiis instructos ex agminibus et fœderatis, impetum excepturos mittit. Una

VARIÆ LECTIONES.

[6] ιʹ margo P. [7] Μωρολέοντος ?

aderat et Alexius Musele patricius navaliumque drungarius cum classiariis suis. Castris itaque in planis humilioribusque Pegarum locis dispositis, Bulgaris e superioribus armata phalange emergentibus lateque aerem incondito tremendoque clamore implentibus ac validissimo impetu irruentibus, statim rector fugam capessit; cujus tuendi partes sustinens Photinus Platipodis filius necatus. Alii partim gladio interempti, partim mari submersi perierunt: reliqui captivi abducti sunt. Argyri ad Castellulum fuga evaserunt. Bulgari, nullo impetum retardante aut eis obstante, Pegarum palatia ac omne Stenum subjecta flamma incenderunt.

24. Februario mense, indictione decima, mensis die vigesima, exstincta Theodora Romani imperatoris uxor, in ejusdem Romani ædibus, quas in monasterium verterat, condita est. Sophiaque Christophori imperatoris uxor augustali insignitur corona. Quo etiam tempore Iber curopalates in urbem venit, solemnique pompa atque processu honore susceptus est; cui et Sancta Sophia magnifico cultu ornata ostensa. In quam ingressus, reique miraculo in stuporem actus, domum reversus est.

734 25. Rursus vero Bulgari, mense Junio, ad Sanctæ usque Theodoræ palatia venientes, illisque concrematis, reliqua populabantur; ac rursus conserta pugna Romani in fugam vertuntur. Sacteces autem (quem vocant) multis præclare fortique virtute gestis, ac multa hostium data strage, cum unus ipse multitudini impar esset, letali accepto vulnere fugam init, atque in Blachernarum templo positus statim diem obit.

26. Excitato in Chaldia tumultu ab Adriano Chaldo et Tatzate Armenio, Bardæ Boilæ in Chaldia prætoris consilio (a quibus etiam captum Paiper præsidium munitum), Joannes Curcuas scholarum domesticus, pugna in eos conserta ipsorum potitus, clariores quidem oculis orbat, eorum publicata substantia, pauperes vero et obscuros quo velint citra noxam abire jubet. Tatzates vero, in aliud fuga receptus munitum præsidium, petita securitatis fide urbem ingressus est; magisterque provectus in Manganis sub custodia morabatur. Dum vero fugam molitur, captus oculis orbatur. Bardas Boila imperatoris clementia monachi ritu cæsarie multatur.

27. Symeone vero cum omnibus copiis Adrianopolim obsidente ac fortiter urbem oppugnante, quod fames valida obsessos premeret nec 735 ulla frumentandi facultas eis relicta esset, ipsi se prætoremque suum Bulgaris prodiderunt. Erat is Moroleonis seu (verius dicas) Thymoleonis filius, vir cum aliis optimus tum rebus bello præclare gestis clarissimus plurimisque adversus Bulgaros

A τῶν τῆς ἑταιρείας· [P. 482] οἷς συνῆν καὶ Ἀλέξιος πατρίκιος καὶ δρουγγάριος τῶν πλωΐμων ὁ Μουσελὲ μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. Διατάξαντες οὖν οὗτοι τὸν λαὸν αὐτῶν ἐν τοῖς πεδινοῖς καὶ χθαμαλωτέροις τόποις τῶν Πηγῶν, τῶν Βουλγάρων ἄνωθεν ἀναφανέντων ἐνόπλων καὶ βοῇ χρησαμένων ἀσήμῳ καὶ φοβερᾷ, καὶ σφοδροτάτως ἐπελασάντων κατ' αὐτῶν εὐθὺς φεύγει ὁ ῥαίκτωρ, σφάττεται δὲ ὑπὲρ τούτου ἀγωνιζόμενος Φωτεινὸς ὁ τοῦ Πλατύποδος, καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μὲν ἐσφάγησαν, οἱ δὲ ἐν τῇ θαλάσσῃ ἀπώλοντο· ἄλλοι αἰχμάλωτοι γεγόνασιν. Οἱ Ἀργυροὶ δὲ ἐν τῷ καστελλίῳ φυγόντες διεσώθησαν. Οἱ δὲ Βούλγαροι μηδένα τὸν κωλύοντα ἔχοντες τά τε παλάτια τῶν Πηγῶν ἐπυρπόλησαν καὶ τὸ Στενὸν ἅπαν κατέκαυσαν.

B κδ'. Τῷ δὲ Φεβρουαρίῳ μηνὶ, τῆς ι' ἰνδικτιῶνος, τῇ κ' τοῦ μηνὸς, Θεοδώρα ἡ σύμβιος Ῥωμανοῦ τελευτᾷ, καὶ κατατίθεται εἰς τὸν οἶκον τοῦ βασιλέως Ῥωμανοῦ τὸν ὑπ' αὐτοῦ εἰς μοναστήριον γενόμενον· καὶ στέφεται Σοφία ἡ τοῦ βασιλέως Χριστοφόρου γυνή. Τότε καὶ Ἴβηρ κουροπαλάτης ἐν τῇ πόλει παρεγένετο, καὶ πρόοδος αὐτῷ λαμπρὰ γέγονε, καὶ μετὰ τιμῆς ὑπεδέχθη, καὶ ἡ Ἁγία Σοφία τούτῳ κεκοσμημένη ὑπεδείχθη· εἰς ὃν ναὸν εἰσελθὼν καὶ θαυμάσας πάλιν εἰς τὰ ἴδια ὑπέστρεψεν.

κε'. Καὶ πάλιν οἱ Βούλγαροι ἐν τῷ Ἰουνίῳ μηνὶ μέχρι τῶν τῆς Ἁγίας Θεοδώρας παλατίων ἦλθον, καὶ ταῦτα πυρὶ δόντες τὰ ἑξῆς ἐληΐζοντο. Καὶ πάλιν πολέμου γενομένου τρέπονται Ῥωμαῖοι. Ὁ
C δὲ λεγόμενος Σακτήκης πολλὰ ἀνδραγαθήσας πολλούς τε ἀνελὼν, καὶ πρὸς τὸ πλῆθος ἀντιστῆναι μὴ δυνάμενος, καιρίαν πληγεὶς φεύγει, καὶ ἐν τῷ ναῷ τῶν Βλαχερνῶν τεθεὶς εὐθὺς ἀποθνήσκει.

κς'. Ἀνταρσίας δὲ γενομένης ἐν Χαλδίᾳ ὑπὸ Ἀδριανοῦ Χαλδέος καὶ Τατζάτου Ἀρμενίου τῇ ὑποθήκῃ Βάρδα τοῦ Βοΐλα στρατηγοῦντος ἐν Χαλδίᾳ, καὶ τὸ Παΐπερ ὀχύρωμα ἐκρατήθη. Ὁ τῶν σχολῶν δομέστικος Ἰωάννης ὁ Κουρκούας καταπολεμήσας καὶ κατασχὼν τοὺς μὲν περιφανεστέρους ἀποτυφλοῖ καὶ τὰς οὐσίας δημεύει, τοὺς δὲ πενιχροὺς καὶ ἀσήμους ἀθώους κελεύσας ὅποι βούλοιντο ἀπιέναι. Ὁ δὲ Τατζάτης ἐν ἑτέρῳ ὀχυρώματι διαφυγὼν καὶ λόγον αἰτήσας ἐν τῇ πόλει εἰσεληλύθει, καὶ μάγιστρος
D γενόμενος ἐν τοῖς Μαγγάνοις τηρούμενος διητᾶτο· δρᾶσαι δὲ βουλευσάμενος ἁλίσκεται καὶ τῶν ὀμμάτων στερίσκεται. Βάρδαν δὲ τὸν [P. 483] Βοΐλαν ἀπέκειραν, τοῦ βασιλέως αὐτὸν κατοικτείραντος.

κζ'. Συμεὼν δὲ σὺν παντὶ τῷ λαῷ αὐτοῦ τὴν Ἀδριανούπολιν παρακαθίσαντος καὶ ἰσχυρῶς πολιορκοῦντος, ἐπεὶ καὶ λιμὸς αὐτοὺς ἐπίεζε κραταιὸς καὶ οὐδαμόθεν εἶχον ἐπισιτίσασθαι, προδεδώκασιν ἑαυτούς τε καὶ τὸν στρατηγὸν τοῖς Βουλγάροις. Οὗτος δὲ ἦν ὁ τοῦ Μωρολέοντος υἱὸς ἢ μᾶλλον Θυμολέοντος, εἰπεῖν οἰκειοτέρως, ἀνὴρ τὰ ἄλλα κράτιστος καὶ τὰ πολεμικὰ περιβόητος, ὃς κλεί-

VARIÆ LECTIONES.

[a] ὅπερ ὁ ?

στας ἀνδραγαθίας κατὰ Βουλγάρων ἐπεδείξατο · ὃν καὶ χειρωσάμενος ὁ Συμεὼν, μυρίαις τε αἰκίαις τοῦτον τιμωρησάμενος, τελευταῖον ἀπέκτεινεν. Καὶ Βουλγάροις τὴν τῆς πόλεως φυλακὴν παραδοὺς ὑπεχώρησεν · οἱ τὴν κατ' αὐτῶν τῶν Ῥωμαίων ἔφοδον ἀκηκοότες, τὴν πόλιν καταλιπόντες ἀπῆλθον, καὶ πάλιν ὑπὸ Ῥωμαίους ἐγένετο.

κη'. Τοῦ δὲ Τριπολίτου Λέοντος μετὰ δυνάμεως πολλῆς τῇ νήσῳ Λήμνῳ καταλαβόντος, Ἰωάννης ὁ πατρίκιος καὶ δρουγγάριος τῶν πλωΐμων ὁ Ῥαδινὸς αἰφνίδιον ἐπιπεσὼν αὐτοῖς πάντας ἀπώλεσε, μόνου αὐτοῦ τοῦ Τριπολίτου διαφυγόντος.

κθ'. Τῷ δὲ Σεπτεμβρίῳ μηνὶ, τῆς β' ἰνδικτιῶνος, πάλιν Συμεὼν ὁ Βούλγαρος πανστρατὶ κατὰ Κωνσταντινουπόλεως ἐκστρατεύει, καὶ ληΐζεται μὲν Θρᾴκην καὶ Μακεδονίαν, ἐμπυρίζει δὲ πάντα καὶ καταστρέφει καὶ δενδροτομεῖ, μέχρι τῶν Βλαχερνῶν παραγενόμενος, καὶ δὴ ἐπιζητῶν ἀποσταλῆναι αὐτῷ τὸν πατριάρχην Νικόλαον καί τινας τῶν μεγιστάνων, ὥστε περὶ εἰρήνης αὐτοῖς συντυχεῖν. Ἔλαβον οὖν ὁμήρους ἀμφότεροι, καὶ ἐξῆλθον, ὅ τε πατριάρχης καὶ Μιχαὴλ πατρίκιος ὁ Στυπιώτης καὶ Ἰωάννης μυστικὸς ὁ παραδυναστεύων · ἤδη γὰρ Ἰωάννης ὁ ῥαίκτωρ διαβληθεὶς τῷ βασιλεῖ ἀπεκάρη. Οἱ μὲν οὖν τῷ Συμεὼν περὶ εἰρήνης διελέγοντο, αὐτὸς δὲ τὸν βασιλέα Ῥωμανὸν θεάσασθαι ἤθελεν. Ὅπερ ἀκούσας ὁ βασιλεὺς σφόδρα ἠγαλλιάσατο · ἐπόθει γὰρ τὴν εἰρήνην καὶ τὸ στῆναι τὴν τῶν αἱμάτων χύσιν. Ἀποστείλας οὖν ἐν τῷ τοῦ * Κοσμιδίου αἰγιαλῷ ὀχυρωτάτην κατεσκεύασεν ἐν τῇ θαλάσσῃ ἀπόβασιν, ὥστε τὴν βασιλικὴν τριήρην διεκπλέουσαν ἐν αὐτῷ προσορμίζεσθαι · καὶ περιφράξας αὐτὴν πάντοθεν προσέταξε διατείχισμα μέσον γενέσθαι, ἔνθα ἀλλήλοις ἔμελλον ὁμιλεῖν. Ἐπὶ τούτοις ἀποστείλας Συμεὼν τὸν ἐν τῇ Πηγῇ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ναὸν, ὃν Ἰουστινιανὸς ὁ βασιλεὺς ἐδομήσατο, ἐνέπρησεν, καὶ τὰ περὶ αὐτὸν πάντα, δῆλος ὢν ἐντεῦθεν μὴ τὴν εἰρήνην ἐθέλων, [P. 484] ἀλλ' ἐπ' ἐλπίσι μετεώροις τὸν βασιλέα ἐξαπατῶν. Καὶ παραγενόμενος ὁ βασιλεὺς ἅμα τῷ πατριάρχῃ ἐν Βλαχέρναις εἰς τὴν ἁγίαν εἰσῆλθε σορὸν, καὶ τὰς χεῖρας ἐκτείνας εἰς εὐχὴν, εἶτα καὶ πρηνὴς πεσὼν, δάκρυσι τὸ ἅγιον κατέβρεχεν ἔδαφος, τὴν πανάχραντον Θεοτόκον ἀντιβολῶν τὴν ἀκαμπῆ καὶ ἀμείλικτον τοῦ ὑπερηφάνου Συμεὼν καρδίαν μαλάξαι καὶ πεῖσαι τὰ πρὸς εἰρήνην συνθέσθαι. Τὸ ἅγιον οὖν μαφόριον τῆς παναγίας Θεοτόκου ἐκ τῆς κιβωτοῦ ἀνελόμενος ἐξῄει τοῦ ναοῦ, καὶ καταλαμβάνει τὸν ὡρισμένον τόπον. Ἐνάτη δὲ ἦν τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς, πέμπτη δὲ τῆς ἑβδομάδος ἡμέρα · καὶ τῇ τετάρτῃ ὥρᾳ παραγίνεται Συμεὼν, πλῆθος ἄπειρον ἐπαγόμενος, εἰς πολλὰς διῃρημένον τὰς παρατάξεις, τῶν μὲν χρυσασπίδων καὶ χρυσοδοράτων, τῶν δὲ ἀργυρασπίδων καὶ ἀργυροδοράτων, τῶν δὲ πάσῃ ὅπλων χροιᾷ κεκοσμημένων, πάντων καταπεφραγμένων σιδήρῳ · οἱ μέσον αὐτῶν διειληφότες τὸν Συμεὼν ὡς βασιλέα εὐφήμουν τῇ τῶν Ῥωμαίων φωνῇ. Πάντες δὲ

A tropæis cum primis conspicuus. Ejus itaque Symeon potitus, post innumera irrogata supplicia ac dehonestamenta, ad extremum peremit. Tum relicta Bulgaris custodiendæ urbis provincia recessit. Relicti vero præsidiarii, audita Romanorum in eos aggressione, relicta urbe domum abierunt; rursusque illa Romanæ ditioni cessit.

28. Cum autem Leo Tripolita cum ingenti fortique exercitu in Lemnum insulam venisset, Joannes Radinus patricius et classis drungarius subita impressione in hostes irruens omnes internecione, solo Tripolita fuga elapso, delevit.

29. Mense autem Septembri, indictione secunda, rursus Symeon Bulgarus cum omnibus copiis adversus Byzantium aciem educit; Thraciamque et B Macedoniam populatus omnia incendit atque evertit, arboresque ad Blachernas usque veniens succidit. Tum Nicolaum patriarcham ac aliquos procerum, quibuscum de pace sit collocuturus, ad se mitti petit. Dati itaque utrinque obsides, exiitque Nicolaus patriarcha et Michael Stypiotes patricius, necnon Joannes mysticus et publicæ administrationis imperatori socius. Jam quippe Joannes rector, conjurationis 736 delatus, monachi ritu detonsus fuerat. Atque hi quidem cum Symeone de pace tractabant: verum Symeon ipsum Romanum imperatorem videre expetiit. Eo nuntio accepto, imperator valde gavisus est: pacis enim desiderio actus, immanes cædes atque cruores sisti aliquando C summe expetebat. Mittens igitur ad Cosmidii littus munitissimum exscensum construxit, ad quem prætoria triremis emenso itinere remis impelleretur, ac ubi inter se sermonem essent collaturi. Inter hæc Symeon missa suorum manu sanctissimæ Dei Genitricis templum Pegis a Justiniano imperatore exstructum ac vicina quæque succendit; quibus nolle se pacem, sed vana spe imperatorem deludere, ostendit. Veniens autem imperator ad Blachernas cum patriarcha, atque ad sanctum loculum ingressus, extensis in preces manibus inque faciem cernuus ac provolutus, ubertim lacrymis solum irrigans, intemeratissimam Dei Genitricem durum immitemque superbi Symeonis animum emollire rogabat eumque ad pacem componendam D inflectere. Sancto igitur sanctissimæ Dei Genitricis maphorio (palliolo nimirum ac veste) e scriniolo sublato, templo egressus ad locum constitutum venit. Nona erat mensis Septembris, quinta feria, cum Symeon ingenti suorum stipatus satellitio, in multas distincto acies atque ordines, accedit. Militum alii aureis clypeis ac pilis, alii argenteis 737 auroque et argento vermiculatis instructi; omnesque ferro circumcincti, sui medium susceptum Symeonem, faustis vocibus tanquam imperatorem ac regem Romana lingua dilaudabant. Senatus omnis muris assidens, quæ gerebantur longe prospectabant. Erat igitur tunc vi-

VARIÆ LECTIONES.

* τοῦ] τῶν P.

dere regium vere animum ac magnificum, mentisque interritæ admirari constantiam fortisque pectoris robur ac nihil collabentem audaciam, quod tanto hostium appulsu non est consternatus, non expavit, non pedem retulit, sed quasi in amicorum se cœtum inferret, sic quiete processit, velut tantum non subditorum salutis pretium, animam hostibus offerret. Prior ergo ad eum quem dixi exscensum cum venisset, Symeonem præstolabatur. Hinc ergo inde datis obsidibus, omnique diligentia Bulgaris lustrata machina, num quis in ea dolus aut insidiæ laterent, Symeon equo desiliens ad imperatorem intravit. Mutuo igitur alter alterum complexi, ac post datas jam acceptasque salutes, sermones de pace miscebant, quando ferunt imperatorem in hæc verba Symeonem allocutum esse : *Audivi te hominem Dei cultorem ac verum Christianum esse : at facta video haud satis illi de te famæ verbisque consentanea. Ejus enim qui Dei cultor sit ac Christianus, istud proprium ut pacem ac charitatem colat, siquidem Deus est atque dicitur charitas* [1], *impii autem et infidelis, ut cædibus injusteque fuso cruore gaudeat. Si igitur verus Christianus es, uti certo existimamus, tandem aliquando iniquis* **738** *finem cædibus impone; ac qui sis Christianus atque dicaris, nobiscum Christianis pacis percusso fœdere innoxium sanguinem fundere desine, nec velis Christianorum dexteras ejusdem fidei Christianorum cruoribus fœdari. Nam tu quoque homo es, qui mortem et resurrectionem et judicium atque retributionem exspectes. Hodie cum sis, cras in pulverem dissolveris. Febris una superbientis animi jactantiam omnem exstinguet. Quam igitur Deo rationem pro injustis cædibus, cum ab humanis migraveris, redditurus es? Quo vultu in tremendam justumque judicem oculos intendes? Si te divitiarum cupido exagitat, iis ad satietatem implebo. Tantum dexteram contine, pacem amplectere, cole concordiam, ut et ipse vitam pacatam agas et a cædibus liberam atque tranquillam curisque solutam, ac demum Christianorum ærumnæ necesque finem habeant. Nefas enim est ut ii adversus ejusdem fidei cultores arma tollant.*

30. Tanta hæc locutus imperator conticuit. Symeon vero propensam adeo humilitatem plenaque modestiæ verba reveritus componendæ pacis assensum præbuit. Alter igitur alteri vale dicentes, mutuisque exsatiati complexibus, hinc inde discessere, postquam imperator Symeonem muneribus magnifice accepisset. Quod vero tunc accidit, narraturus sum, quippe prodigium remque novam et inauditam, eorum sensu ac judicio qui hæc conjectari norunt. Mutuo enim colloquentibus regibus duas desuper aquilas devolasse ferunt

οἱ τῆς συγκλήτου βουλῆς τοῖς τείχεσιν ἐφεστηκότες κατεθεῶντο τὰ δρώμενα. Ἦν οὖν ἰδεῖν τότε ψυχὴν βασιλικὴν τῷ ὄντι καὶ μεγαλόφρονα, καὶ θαυμάσαι τὸ τοῦ φρονήματος ἀκατάπληκτον καὶ τὸ τῆς ἀνδρίας παράστημα, ὅτι τοσαύτην πολεμίων βλέπων ἐπιφορὰν οὐ κατεπλάγη καὶ συνεστάλη καὶ ὑπεχώρησεν, ἀλλ' ὥσπερ εἰς πλῆθος φίλων χωρῶν οὕτως ἀτρέμας ὁπῄει, μόνον οὐχὶ τὴν ψυχὴν τοῖς πολεμίοις τῶν ὑπηκόων διδοὺς ἀντίλυτρον. Πρῶτος οὖν ἐν τῇ ῥηθείσῃ ἀποβάθρᾳ καταλαβὼν τὸν Συμεὼν ἐξεδέχετο. Ἐπεὶ δὲ ὅμηροι ἐξ ἀμφοτέρων ἐλήφθησαν τῶν μερῶν καὶ τὴν ἀποβάθραν οἱ Βούλγαροι διηρευνήσαντο ἀκριβῶς, μή πού τις δόλος ἢ ἐνέδρα τυγχάνει, κατῆλθε Συμεὼν τοῦ ἵππου καὶ πρὸς τὸν βασιλέα εἰσῆλθεν. Ἀσπασάμενοι οὖν ἀλλήλους εἰρήνης λόγους ἐκίνησαν. Εἰπεῖν δὲ λέγεται τὸν βασιλέα πρὸς Συμεών. *Ἀκήκοά σε θεοσεβῆ ἄνθρωπον καὶ Χριστιανὸν ὑπάρχειν ἀληθινόν, βλέπω δὲ τὰ ἔργα μηδαμῶς τοῖς λόγοις συμβαίνοντα. Ἴδιον μὲν γὰρ θεοσεβοῦς ἀνθρώπου καὶ Χριστιανοῦ τὸ τὴν εἰρήνην καὶ τὴν ἀγάπην ἀσπάζεσθαι, εἴπερ ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστί, καὶ λέγεται, ἀσεβοῦς δὲ καὶ ἀπίστου τοῦ χαίρειν σφαγαῖς καὶ αἵμασιν ἀδίκως ἐκχεομένοις· εἰ μὲν οὖν ἀληθὴς Χριστιανὸς ὑπάρχεις, καθὼς πεπληροφορήμεθα, στῆσόν ποτε τὰς ἀδίκους σφαγὰς καὶ τὰς τῶν ἀνοσίων αἱμάτων ἐκχύσεις, καὶ σπεῖσαι μεθ' ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν τὴν εἰρήνην, Χριστιανὸς* [P. 485] *ὢν καὶ αὐτὸς καὶ ὀνομαζόμενος, καὶ μὴ θέλε μολύνεσθαι Χριστιανῶν δεξιὰς αἵμασιν ὁμοπίστων Χριστιανῶν. Ἄνθρωπος εἶ καὶ αὐτὸς θάνατον προσδοκῶν καὶ ἀνάστασιν καὶ κρίσιν καὶ ἀνταπόδοσιν, καὶ σήμερον μὲν ὑπάρχων, αὔριον δὲ εἰς κόνιν διαλυόμενος. Εἷς πυρετὸς ἅπαν κατασβέσει τὸ φρύαγμα. Τίνα οὖν λόγον δώσεις τῷ Θεῷ ἐκεῖθεν ἀπελθὼν ὑπὲρ τῶν ἀδίκων σφαγῶν; ποίῳ προσώπῳ τῷ φοβερῷ καὶ δικαίῳ ἐνατενίσῃς κριτῇ; Εἰ πλούτου ἐρᾷς, ἐγώ σε κατακόρως τούτου ἐμπλήσω. Μόνον ἐπίσχες τὴν δεξιάν, ἄσπασαι τὴν εἰρήνην, ἀγάπησον τὴν ὁμόνοιαν, ἵνα καὶ αὐτὸς βίον ζήσῃς εἰρηνικὸν καὶ ἀναίμακτον καὶ ἀπράγμονα, καὶ οἱ Χριστιανοὶ παύσωνταί ποτε τῶν συμφορῶν καὶ στήσωνται τὸ Χριστιανοὺς ἀναιρεῖν· οὐ γὰρ θέμις αὐτοῖς αἴρειν ὅπλα καθ' ὁμοπίστων.*

λ'. Τοσαῦτα ὁ βασιλεὺς εἰπὼν ἐσίγησεν. Ὁ δὲ Συμεὼν αἰδεσθεὶς τὴν τοσαύτην ταπείνωσιν καὶ τοὺς λόγους, κατένευσε τὴν εἰρήνην ποιήσασθαι. Ἀσπασάμενοι οὖν ἀλλήλους καὶ διαχωρισθέντες, δώροις μεγαλοπρεπέσι τοῦ βασιλέως δεξιωσαμένου τὸν Συμεών. Ὃ δὲ τότε συμβέβηκεν, διηγήσομαι, τεράστιόν τε ὂν καὶ τοῖς ταῦτα συγκρίνειν εἰδόσι παράδοξον. Δύο φασὶν ἀετοὺς τῶν βασιλέων ὁμιλούντων ἄνωθεν αὐτῶν ὑπερπτῆναι [10], κλάγξαι τε καὶ πρὸς ἀλλήλους συμμῖξαι καὶ παραυτίκα διαζευχθῆναι ἀλλήλων, καὶ τὸν μὲν ἐπὶ τὴν πόλιν ἐλθεῖν, τὸν δὲ ἐπὶ τὴν Θρᾴκην

[1] I Joan. IV, 8.

VARIÆ LECTIONES.

[10] ὑπερπτῆναι P, at mox διαπτῆναι.

διαπτῆναι. Τοῦτο ἀκριβῶς οἱ τὰ τοιαῦτα σκοποῦντες οὐ καλὸν ἔκριναν οἰωνόν· ἀσυμβάτους γὰρ ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ ἀμφοτέρους διαλυθήσεσθαι ἔφησαν. Συμεὼν δὲ τὸ αὐτοῦ στρατόπεδον καταλαβὼν τοῖς ἑαυτοῦ μεγιστᾶσι τὴν τοῦ βασιλέως ἀπήγγειλε σύνεσιν καὶ ταπείνωσιν, ἐξεθείαζέ τε αὐτοῦ τό τε εἶδος καὶ τὴν ῥώμην καὶ τὸ ἀκατάπληκτον τοῦ φρονήματος.

A clangoremque edentes coivisse, ac 739 mox facto divortio alteram quidem urbem petiisse, alteram in Thraciam pennarum remigio sese subduxisse. Nec hæc fausti ominis judicata iis quibus istiusmodi curiosius rimandis addicta opera; nempe discordes fore infectaque recessuros pace principes divinavere. Symeon in castra reversus imperatoris sapientiam et modestiam in procerum suorum concilio sermone prosecutus, formamque et robur et imperculsum animum liberaliter laudavit.

λα'. Μηνὶ Δεκεμβρίῳ κε' ἔστεψεν Ῥωμανὸς τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ ἐν τῇ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, Στέφανον καὶ Κωνσταντῖνον. Τὸν δὲ Θεοφύλακτον τὸν υἱὸν αὐτοῦ, εὐνοῦχον ὄντα, ἐποίησεν κληρικὸν ὁ Νικόλαος καὶ σύγκελλον προχειρισάμενος, χειροτονεῖ δὲ ὑποδιάκονον.

31. Mensis Decembris quinto supra vigesimum Romanus imperator filios suos Stephanum et Constantinum in Magna ecclesia augustali corona donavit; Theophylactum autem ejus item filium, qui spado esset, Nicolaus fecit clericum, syncellumque præficiens hypodiaconum ordi-
B navit.

λβ'. Τῇ δὲ ιε' τοῦ Μαΐου μηνὸς, ἰνδικτιῶνος γ' [11], τελευτᾷ ὁ πατριάρχης Νικόλαος, κρατήσας ἐν τῇ δευτέρᾳ αὐτοῦ ἀναβάσει τοῦ πατριαρχείου [12] ἔτη ιγ', καὶ θάπτεται ἐν τῇ [P. 486] μονῇ αὐτοῦ τῶν Γαλακρηνῶν. Τῷ δὲ Αὐγούστῳ μηνὶ Στέφανος ὁ Ἀμασείας εὐνοῦχος ὢν γίνεται πατριάρχης. Ἰωάννης δὲ ὁ μυστικὸς καὶ παραδυναστεύων, ἐπεὶ κατὰ τοῦ βασιλέως φρονεῖν ἠλέγχθη, φυγῇ χρησάμενος ἐν τῇ τῆς Μονοκαστάνου ἀποκείρεται μονῇ. Κωνσταντῖνος δὲ ὁ τοῦ Βοΐλα ἐν τῷ Ὀλύμπῳ ἀποκείρεται. Προβάλλεται δὲ ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς Θεοφάνην πρωτοβεστιάριον παραδυναστεύοντα. Γίνεται δὲ τότε σεισμὸς φοβερὸς ἐν τῷ τῶν Θρᾳκησίων θέματι, καὶ χάσμα γῆς μέγα καὶ καταπληκτικὸν, ὡς πολλὰ χωρία καὶ ἐκκλησίας αὐτάνδρους καταπτωθῆναι [13].

32. Mensis Maii die quinto decimo, indictione tertia, moritur Nicolaus patriarcha, patriarchatu potitus annos quatuordecim, ex quo secundo sedem conscendit; sepeliturque in monasterio suo Galacrenorum. Mense autem Augusto Stephanus Amaseæ metropolita, ipse eunuchus, patriarcha creatur. Porro Joannes mysticus et subadjuva, quod res novas moliri ac imperatori insidiari convictus fugam inierat, in Monocastani monasterio monachi ritu tondetur. Constantinus item Boelas in Olympo capillorum cultu mulctatur. Præficit vero Romanus imperator subadjuvam Theophanem protovestiarium, quo tempore formidabilis terræ 740 motus in Thracesiorum
C themate accidit, ingensque terræ hiatus ac terrificus, ut multa prædia et loca ac ecclesiæ virique in eis absorbente vasta voragine pariter perierint.

λγ'. Μηνὶ Μαΐῳ κζ', ἰνδικτιῶνος ιε', Ἰωάννης ὁ ἀστρονόμος εἶπεν Ῥωμανῷ τῷ βασιλεῖ ὅτι *Ἡ ἱσταμένη στήλη ἐπάνω τῆς καμάρας τοῦ Ξηρολόφου καὶ ἐπὶ δυσμὰς βλέπουσα τοῦ Συμεών ἐστι· καὶ εἰ ταύτης τὴν κεφαλὴν ἐκκόψεις, τῇ αὐτῇ ὥρᾳ ὁ Συμεὼν τελευτᾷ.* Ἀποστείλας οὖν ὁ βασιλεὺς τῇ νυκτὶ τὴν κεφαλὴν τῆς στήλης ἐξέκοψε· καὶ τῇ αὐτῇ ὥρᾳ ὁ Συμεὼν εἰς Βουλγαρίαν ἐτελεύτησε, Πέτρον τὸν υἱὸν αὐτοῦ προβαλόμενος ἄρχοντα, ὃν ἐκ τῆς δευτέρας αὐτοῦ γυναικὸς εἶχεν· Μιχαὴλ δὲ τὸν ἐκ τῆς προτέρας αὐτῷ γενόμενον γυναικὸς ἀπέκειρε μοναχόν. Ἰωάννης δὲ καὶ Βενιαμὶν οἱ τοῦ Πέτρου ἀδελφοὶ ἐπιστολὴν ἐκομίσαντο Βουλγαρικήν.

33. Mensis Maii die septimo supra vigesimum, indictione quinta decima, ait Joannes astronomus imperatori: *Quæ super Xerolophi fornicem erecta statua est, versa facie ad occidentem, Symeonis figura est. Ejus caput si exciderís, ipsa hora Symeon diem obibit.* Misso itaque noctu imperator ministro statuæ caput abstulit, eademque hora Symeon in Bulgaria occidit, Petro filio, quem ex secundo toro susceperat, principe designato ac successore, Michaele vero ex priore uxore nato in monachum attonso. Joannes porro et Benja-
D min epistolam Bulgaricе scriptam attulerunt.

λδ'. Τὰ κύκλῳ οὖν ἔθνη τὴν τοῦ Συμεὼν μαθόντες τελευτὴν, οἵ τε Χροβάτοι καὶ οἱ λοιποὶ, κατὰ Βουλγάρων κινεῖν ἐβούλοντο· λιμοῦ δὲ μεγίστου μετὰ καὶ ἀκρίδων τὴν Βουλγαρίαν ἐκπιέζοντος, ἐδεδίεσαν καὶ μᾶλλον τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐπέλευσιν. Ὅθεν καὶ κατὰ Ῥωμανίαν ἐκστρατεύουσι καὶ τῇ Μακεδονίᾳ καταλυμαίνονται. Οἱ δὲ Βούλγαροι τὴν πρὸς αὐτοὺς ἐξέλευσιν τοῦ βασιλέως ἀκούσαντες περὶ εἰρήνης φροντίζουσι, καὶ ἀποστέλλουσι μοναχόν τινα Καλοκῦριν ὀνομαζόμενον, Ἀρμενιακὸν τῷ γένει· ὃς παρὰ τοῦ βασιλέως ἀσμενέστατα δεχθεὶς τὴν εἰρή-

34. Audita itaque Symeonis morte circumvicinæ nationes, Chrobati pariter ac reliqui, adversum Bulgaros bellum movere cogitabant. Cumque fames maxima ac locustarum vis Bulgariam dire premeret et affligeret, Romanorum in se impetum ac grassationem magis formidabant. Idcirco illi quoque Macedoniam populari. Audita autem imperatoris in eos expeditione de pace solliciti, monachum quemdam patria Armenium, Calosyrim nomine, mittunt. Susceptus ab imperatore placidissime legatus, pace confirmata,

VARIÆ LECTIONES

[11] γ'] ιγ' margo P. [12] πατριάρχου P. [13] καταποθῆναι p. 582 c.

nuptiarum fœdera cum imperatore **741** inire A deposcit. Pacti itaque Mariam Christophori imperatoris filiam nuptum daturos, Petrum per litteras accersunt. Mittitur ergo Nicetas magister Romani imperatoris socer, qui venienti Petro occurrens in urbem usque deducat. Venerant ad Blachernas, cum imperator salutatum egressus, qui hospites adessent officiosissime amplexus est; habitoque secretiori tractatu pacis fœdera ac nuptiales contractus subscripsere, Theophane protovestiario horum illis sequestro et instructore. Mensis vero Octobris die octavo Petrus et Maria corollas nuptiales in sanctissimæ Dei Genitricis Pegarum æde subeunt, benedictionem impartiente patriarcha Stephano. Cunctisque nuptiarum ritu legitimis festis gaudiis peractis, non minima Bulgarorum contentio fuit ut Christophorus faustis ipse vocibus ac ominibus prior acciperetur, deinde Constantinus; quod ipsum ut fieret imperator consensit. Nec post multos dies, accepta Petrus Maria conjuge, in Bulgariam discessit.

35. Veniunt a Melitene legati, eisque comes eorum dux Apolasath: congruis vero honoribus a Romano suscepti, pacis fœdere constituto, ad sua reversi sunt. Quo ex tempore Romanis succenturiati adversus suæ gentis homines Saracenos bella gerebant, triumphique pompa una cum Romanis captivos ducentes Agarenos in urbem intrabant: res sane **742** mira et inaudita, impierumque Agarenorum infelicitatis certa probatio. Apolasath autem, viro prudente ac sagaci, vivis exemplo mox pacis fœdera dissolvere. Expeditione ergo in eos suscepta Joannes Curcuas scholarum domesticus cum legionibus ac agminibus, Meliasque cum Armeniis, in eas angustias Melitenem ac circumvicina loca conjecerunt, ut in curatoriam (nos provinciam dicimus) eam imperator redegerit, multaque auri et argenti millia annuo tributo inde accipienda imperarit.

36. In crimen porro vocatus Nicetas magister, Christophori imperatoris socer, eo nomine quod auctor genero esset ut adversus patrem assumpta tyrannide imperio eum pelleret. Quare hunc urbe ejectum monachum effecere.

37. Die decima octava Junii mensis, indictione sexta, moritur Stephanus patriarcha, cum sedem tenuisset annos duos, menses undecim. Quarta decima vero mensis Decembris Tryphonem, virum religiosum ac notæ sanctitatis, ex Opsicio adducunt atque ad certum tempus patriarcham constituunt. Unde illo ad tempus fungi munere non sustinente, sed ad finem usque vitæ sedem retinere volente, dolo in sententiam inducunt, hoc modo. Nolente enim assensum præbere, aiunt nescire eum litteras nec posse scribere, eaque ratione obniti ac resistere. Probaturus

A νην ἐδεϐαίωσε, καὶ συνάλλαγμα [14] μετὰ τοῦ βασιλέως ποιῆσαι αἰτεῖται. Σύμφωνά τε ποιήσαντες εἰς τὸ δοῦναι αὐτῷ Πέτρῳ τὴν θυγατέρα Χριστοφόρου τοῦ βασιλέως Μαρίαν, γράφουσι τῷ Πέτρῳ ἐλθεῖν. Ἀποστέλλεται οὖν Νικήτας μάγιστρος ὁ συμπένθερος Ῥωμανοῦ τοῦ βασιλέως ὑπαντῆσαι αὐτῷ καὶ ἀγαγεῖν μέχρι τῆς πόλεως. Καὶ ἐλθόντες ἐν Βλαχέρναις, ὁ βασιλεὺς ἀπελθὼν κατησπάσατο αὐτόν· καὶ τὰ εἰκότα συνομιλήσαντες ὑπέγραψαν τά τε σύμφωνα τῆς εἰρήνης καὶ τὰ γαμικὰ συναλλάγματα, μεσολαβοῦντος ἐν τούτοις τοῦ πρωτοβεστιαρίου Θεοφάνους· [P. 487]. Τῇ δὲ η' τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς στέφεται Πέτρος καὶ Μαρία ἐν τῷ ναῷ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῶν Πηγῶν παρὰ Στεφάνου πατριάρχου. Πάντων δὲ τῶν εἰθισμένων φαιδρῶς τελεσθέντων, οἱ B Βούλγαροι ἔνστασιν οὐ μικρὰν ἐποιήσαντο τοῦ πρότερον εὐφημεῖσθαι Χριστοφόρον, εἶτα Κωνσταντῖνον· ὃ καὶ ἐπένευσεν ὁ βασιλεύς. Καὶ μετ' ὀλίγας ἡμέρας λαμβάνει τὴν ἰδίαν γυναῖκα Μαρίαν ὁ Πέτρος, καὶ ἐπὶ Βουλγαρίαν πορεύεται.

λε'. Ἔρχονται πρέσβεις ἀπὸ Μελιτηνῆς, καὶ μετ' αὐτῶν καὶ ὁ στρατηγὸς αὐτῶν Ἀπολάσαθ. Καὶ ὑποδεχθέντες [15] παρὰ Ῥωμανοῦ μετὰ τῆς προσηκούσης τιμῆς, σύμφωνά τε εἰρήνης ποιήσαντες, ὑπέστρεψαν εἰς τὰ ἴδια, καὶ ἔκτοτε συνεστρατεύοντο Ῥωμαίοις κατὰ τῶν ὁμοφύλων Σαρακηνῶν, καὶ ἐν τοῖς ἐπινικίοις συνήρχοντο τοῖς Ῥωμαίοις ἐν τῇ πόλει, αἰχμαλώτους ἄγοντες Ἀγαρηνούς· ὅπερ ἦν θαυμαστὸν καὶ παράδοξον καὶ δεῖγμα τῆς τῶν ἀθέων Ἀγαρηνῶν C δυστυχίας. Τελευτήσαντος δὲ Ἀπολάσαθ ἀνδρὸς φρονίμου καὶ συνετοῦ διέλυσαν τὴν εἰρήνην οἱ τὴν Μελιτηνὴν κατοικοῦντες. Ἐκστρατεύσαντες οὖν κατ' αὐτῶν ὅ τε Δοὺξ τῶν σχολῶν Ἰωάννης ὁ Κουρκούας μετὰ τῶν θεμάτων καὶ ταγμάτων καὶ Μελίας μετὰ τῶν Ἀρμενίων· οἳ καὶ εἰς τοσαύτην στένωσιν τὴν Μελιτηνὴν κατέστησαν καὶ τὰ περὶ αὐτήν, ὡς καὶ κουρατωρείαν ποιῆσαι ταύτην τὸν βασιλέα, καὶ πολλὰς χιλιάδας χρυσίου καὶ ἀργυρίου ἐκεῖθεν λαμβάνειν ἐτησίως.

λς'. Κατηγορήθη δὲ Νικήτας μάγιστρος ὁ πενθερὸς Χριστοφόρου βασιλέως ὡς ὑποτιθέμενος αὐτῷ κατὰ τοῦ ἰδίου γενέσθαι πατρὸς καὶ τῆς βασιλείας αὐτὸν ἐξεῶσαι. Τοῦτον ἐξώρισαν τῆς πόλεως καὶ μο- D ναχὸν ἐποίησαν.

λζ'. Τῇ ιη' τοῦ Ἰουνίου μηνός, τῆς ϛ' ἰνδικτιῶνος, τελευτᾷ Στέφανος πατριάρχης, κρατήσας ἔτη β' μῆνας ια'. Τῇ δὲ ιδ' τοῦ Δεκεμβρίου μηνὸς ἄγουσι Τρύφωνα ἀπὸ τοῦ Ὀψικίου, ἐπ' εὐλαβείᾳ καὶ ἁγιότητι μαρτυρούμενον, καὶ χειροτονοῦσι πατριάρχην ἐπὶ ῥητῷ χρόνῳ. Ὅθεν αὐτοῦ μὴ ἀνεχομένου ἐπὶ ῥητῷ χρόνῳ γενέσθαι, ἀλλὰ μέχρι τέλους τῆς ζωῆς αὐτοῦ, δόλῳ τοῦτον πείθουσι τῷ τρόπῳ τούτῳ. Λέγουσι γὰρ μὴ βουλομένῳ συγκατατεθέσθαι· *Οὗτος οὐκ οἶδε γράμματα, οὐδὲ γράψαι δύναται, καὶ ἐπὶ τούτῳ ἀνθίσταται*. Ὁ δὲ βεϐαιῶσαι βουλόμενος αὐτοὺς ὅτι καὶ γράφει καὶ ἀναγινώσκει, [P. 488] αἰτεῖ

VARIÆ LECTIONES.

[14] καὶ γαμικὸν συνάλλαγμα? [15] ἀποδεχθέντες P.

χάρτην καὶ μέλαν. Παρέχουσιν οὖν αὐτῷ τόμου καινὸν, καὶ κάτω που πρὸς τὰ τέλη ποιοῦσιν γράψαι· *Τρύφων ἐλέει Θεοῦ μοναχὸς καὶ πατριάρχης ἀρεσθεὶς καὶ στοιχῶν τοῖς προγεγραμμένοις ἰδίᾳ χειρὶ ὑπέγραψα*. Τοῦτο λαβόντες χειροτονοῦσιν αὐτὸν πατριάρχην. Γράφουσιν οὖν ἄνωθεν τῆς ὑπογραφῆς τοῦ πατριάρχου Τρύφωνος ὅπερ αὐτοὶ ἐβούλοντο· μεθ' ὃ καὶ μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τοῦ ῥητοῦ χρόνου καταβιβάζουσιν αὐτὸν, τοῦ πατριάρχου μὴ θέλοντος, ὅμως τῇ ἰδίᾳ ὑπογραφῇ πεισθέντα καὶ τὴν πλάνην μὴ φέροντα. Τοῦτο δὲ γέγονεν διὰ τὸ εἰς μέτρον φθάζειν ἡλικίας ἤδη Θεοφύλακτον τὸν τοῦ βασιλέως Ῥωμανοῦ υἱόν.

itaque sibi scribendi atque legendi peritiam non deesse, chartam sibi et **743** atramentum afferri jubet. Novo igitur allato tomo, ad oram infra scribere faciunt: *Tryphon Dei misericordia monachus et patriarcha, quæ præscripta sunt grata habens, eisque assensum præbens, manu propria subscripsi*. Libello accepto patriarcham inaugurant. Tum quidquid videbatur, in charta vacua ante Tryphonis subscriptionem exarant. Postea, ac ubi præstitutum illi tempus effluxerat, invitum patriarcham sede deturbant, propriæ tamen cedentem subscriptioni, et cum ille factam sibi fraudem moleste ferret. Inde vero tota instructa fraus, quod Theophylactus Romani imperatoris filius ætatis jam modum, et ut sacerdotio maturus videretur, attingeret.

[P. 488] λη'. Τῇ δὲ κε' τοῦ αὐτοῦ μηνὸς χειμὼν ἀφόρητος γέγονεν, ὡς κρυσταλλωθῆναι τὴν γῆν ἐπὶ ἡμέρας ρκ'. Ὅθεν καὶ γέγονε μέγας λιμὸς, καὶ θάνατος ἐκ τούτου πολὺς, ὡς μὴ δύνασθαι τοὺς ζῶντας ἐκκομίζειν τοὺς τεθνεῶτας. Ὅθεν βασιλεὺς Ῥωμανὸς, τὴν ἀφόρητον ἐκείνην βίαν τοῦ ψύχους κατανοήσας, καὶ τὴν τοῦ λιμοῦ παραμυθησόμενος ἔνδειαν, ἀνέφραξέ τε θυρίσι καὶ σανιδώμασι τὰς τῶν ἐμβόλων στοὰς, ὡς μὴ τὴν χιόνα καὶ τὸ ψῦχος ἐκεῖθεν ἐπεισιέναι τοῖς πένησι, καὶ ἄρκλας ἐν πᾶσι τοῖς ἐμβόλοις κατεσκεύασεν. Ἀργύριά τε κατὰ μῆνα τοῖς ἐν ταύταις κατακειμένοις πένησι δίδοσθαι διετάξατο, καὶ τὰ μηνιαῖα τριμήσια τοῖς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις πένησι διανέμεσθαι, ὡς εἶναι τὰ διδόμενα καθ' ἕκαστον μῆνα ἀργυρίου ἐγκεχαραγμένου χιλιάδας ιβ'. Τρεῖς δὲ αὐτῷ πένητες καθ' ἑκάστην συνήσθιον, λαμβάνοντες ἀνὰ νομίσματος ἑνός. Τῇ δὲ τετράδι καὶ τῇ παρασκευῇ μοναχοὶ ὁμοίως, λαμβάνοντες ἀνὰ νομίσματος ἑνός. Ἦν δὲ καί τις τῶν παίδων ἀναγινώσκων ἐν τῇ τραπέζῃ αὐτοῦ. Φιλομόναχος δὲ εἰ καί τις ἄλλος ὤν, πᾶσι τοῖς ἀρετῆς ἀντεχομένοις μοναχοῖς τὰς ἑαυτοῦ πράξεις μετὰ δακρύων ἔλεγεν, τάς τε ἐκκλησίας παντοίως ἐκόσμει, καὶ τοῖς ἐν πᾶσιν ὄρεσι μοναχοῖς ῥόγας ἐξαπέστειλε, τά τε μοναστήρια περιέθαλπε, καὶ τοῖς ἐν αὐτοῖς διὰ Θεὸν ἀποκαρεῖσιν ἢ καὶ ἐγκλείστοις οὖσι ῥόγας τυπώσας οὐ διέλιπε διδόναι. Ταῦτα ὡς ἐκ πολλῶν ὀλίγα τῶν ἀπείρων αὐτοῦ κατορθωμάτων καὶ ἐλεημοσυνῶν διεξήλθομεν.

38. Ejusdem mensis die vigesima quinta adeo aspera hiems fuit, ut terra dies centum viginti gelu non solverit. Ex quo fames ingens magnaque mortalitas fuit, sic nimirum ut nec efferendis mortuis vivi sufficerent. Romanus itaque intolerandam hanc frigoris vim considerans, famisque levaturus inopiam, porticuum spatia tabulatis distinxit et fenestras apposuit, ne inde nix frigusque pauperibus incommodarent. Arculas quoque seu projecturas in cunctis porticibus exstruxit, pauperibusque in eis jacentibus quot mensibus argenteos numerandos constituit, similiter quoque pauperibus in ecclesiis constitutis trimetia erogari jussit, adeo ut signati argenti duodecim millia quot mensibus tribuerentur. Tres quotidie pauperes in ejus mensa comedebant, ac singuli nummum **744** accipiebant. Simili etiam ratione feriis quarta et sexta monachos adhibebat, qui ipsi singulos nummos acciperent. Erat et puerorum unus, qui in ejus mensa lectoris munus obiret. Cumque erga monachos, si quis alius, affectu duceretur, cunctis ejus instituti viris, qui virtutis propensius cultores essent, in lacrymas effusus actus suos referebat. Ecclesiis omnis generis ornatum adhibebat; monachis ubique in montibus exercentibus munera ac stipendia mittebat. Monasteria fovebat, ac iis qui in illis propter Deum comam posuerant, sive etiam inclusi agebant, constituta stipendia præbere non cessabat. Pauca hæc ex multis ac innumerabilibus ejus virtutum eleemosynarumque nobis perscripta opera.

λθ'. Ἐπέθεντο Πέτρῳ τῷ Βουλγάρῳ Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ μετὰ καὶ ἑτέρων μεγιστάνων τοῦ Συμεών. Καὶ φωραθέντες, ὁ μὲν Ἰωάννης τύπτεται καὶ ἐγκλείεται ἐν τῇ φυλακῇ, οἱ δὲ λοιποὶ τιμωρίαις οὐ ταῖς τυχούσαις ὑποβάλλονται. Τοῦτο μαθὼν ὁ βασιλεὺς ἀποστέλλει καὶ ἀναλαμβάνει τὸν Ἰωάννην.

39. Petro Bulgaro insidiatus ejus frater Joannes cum aliis Symeonis proceribus: deprehensi, Joannes quidem verberibus affectus ac carceri mancipatus, reliqui vero non vulgaribus examinati suppliciis sunt. Imperator ubi cognovit, qui ad se Joannem adducant mittit.

μ'. Τῇ β' ἡμέρᾳ τοῦ Μαρτίου μηνὸς, Κοσμίτης ἔπεσεν ἐν τῷ φόρῳ ἐκ τῶν ἐν τοῖς στοιχηδὸν ἱσταμένοις ἐκεῖσε κίοσι, καὶ ἀπέκτεινεν ἄνδρας ἕξ. Γέγονε δὲ καὶ ἐμπρησμὸς εἰς τὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τοῦ φόρου ἔμβολον, καὶ ἐκάησαν τὰ κηρόπωλα καὶ τὰ γουνάρια μέχρι τῶν Ψιχῶν.

40. Mensis Martii die altera Cosmites in foro cecidit ex iis qui columnis per ordinem ibi erectis impositi sunt et sex viros oppressit. Contigit vero etiam incendium ad sanctissimæ Dei Genitricis Fori porticum, incenditque cerariorum pelliciariorumque officinas, usque ad Psichas.

μα'. Τῷ δὲ Αὐγούστῳ μηνὶ, τῆς δ' ἰνδικτιῶνος,

41. Mense Augusto, indictione quarta, mortuus

est Christophorus imperator atque in domo patris sepultus. Trypho quoque patriarcha, 745 qui præstitutum jam tempus munere functus esset, abdicatus in suo monasterio vivendi finem facit. Porro Ecclesia annum unum et menses quinque ob immaturam Theophylacti Romani filii ætatem pastore vidua agit.

42. Impostor quidam Basilius Macedo, Constantinum Ducam sese jactitans, plures secum abducebat. Hic captus cum esset, altera manuum multatur. Tumque occasionem nactus rursus ad Opsicium venit; æneaque manu ejus loco quæ putata erat sibi aptata, ac prægrandi fabricato ense, pertransibat multos seducens, ac si ipse Constantinus Ducas esset. Captaque arce cui Lata Petra nomen, multaque congesta annonarum copia, magnam adversus rem Romanam excitat rebellionem, eos qui in eum incidissent deprædans, populansque provinciam. Cæterum cum denuo captus esset in urbem adductum ad Amastriani forum combusserunt.

43. Februario mense, sexta indictione, die festo occursus, quem dixi Theophylactum Romani filium patriarcha ordinatur, cum vicarii Roma venissent, allato tomo synodico, de illius præscribente ordinatione; a quibus etiam in patriarchali sede collocatus est. Porro Romanus imperator filio suo Stephano uxorem locavit, Annam filiam Gamalæ; quæ et post nuptiales corollas augustali corona donata est.

746 44. Mense Aprili, indictione septima, prima Turcorum adversus Romanam ditionem exstitit irruptio; grassatique ad ipsam usque urbem Thraciam omnem populati sunt, ac captivos duxerunt. Mittitur ergo Theophanes patricius protovestiarius, resque cum illis composuit.

45. Quarta decima Januarii mensis locavit Romanus uxorem juniori filio suo Constantino gentis Armeniacæ, patricii Adriani filiam; qua et defuncta secunda Februarii alteram ei copulavit, ex Mamonis illius genere, Theophano nomine.

46. Eodem anno Russi, quos Dromitas vocant (ac si vagos dicas ac cursu expeditos), ex Francis genus ducentes, conferta decem millium navium classe infestis signis Byzantium venerunt. In eos itaque Theophanes protovestiarius cum navalibus copiis missus, instructa classe, illorum sustinebat impetum. Quod vero ad Ponti Euxini Pharum jam venerant (dicitur autem Pharus moles quædam seu turris, ex qua accensa flamma viatores noctu in itinere diriguntur. Euxinus vero Pontus per antiphrasim dicitur, quasi bene hospitalis: male enim hospitalis audiebat ob grassantium in eo latronum erga hospites juges injurias; quibus ab Hercule sublatis, securitatem nacti viatores Euxinum eum nuncupaverunt) in loco quem Hieron vocant, ac si dicas templum (cui inde appellatio accessit,

A τελευτᾷ Χριστοφόρος ὁ βασιλεὺς, καὶ ἐτάφη ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Κατήγαγον δὲ καὶ τὸν πατριάρχην Τρύφωνα τὸν ῥηθὸν χρόνον τελέσαντα, καὶ ἐν τῇ ἰδίᾳ μονῇ τελευτᾷ. Χηρεύει δὲ ἡ Ἐκκλησία χρόνον α' μῆνας ε', διὰ τὸ ἀτελὲς Θεοφυλάκτου τοῦ υἱοῦ Ῥωμανοῦ.

μβ'. Βασίλειος δέ τις Μακεδὼν πλάνος Κωνσταντῖνον Δοῦκα ἑαυτὸν εἶναι ἐπιφημίσας, πολλοὺς μεθ' ἑαυτοῦ συναπήγετο. Οὗτος συσχεθεὶς τῆς μιᾶς χειρὸς ἀλλοτριοῦται. Εἶτα καιροῦ λαβόμενος καταλαμβάνει πάλιν τὸ Ὀψίκιον, καὶ χεῖρα χαλκῆν ἀντὶ τῆς κοπείσης προσαρμοσάμενος καὶ σπάθην ὑπερμεγέθη κατασκευασάμενος διήρχετο πλανῶν πολλοὺς ὡς αὐτὸς εἴη Κωνσταντῖνος ὁ Δοῦκας· καὶ φρούριον κατασχὼν B ὃ Πλατεῖα πέτρα κατονομάζεται, καὶ τροφὴν πολλὴν ἀποθέμενος, μεγάλην κατὰ Ῥωμανίας ἀνταρσίαν κινεῖ, προνομεύων καὶ ληλατῶν τοὺς παρατυγχάνοντας. Τοῦτον κρατήσαντες ἀνήγαγον ἐν τῇ πόλει, καὶ ἐν τοῖς Ἀμαστριανοῦ ἔκαυσαν.

μγ'. Τῷ δὲ Φεβρουαρίῳ μηνὶ, τῆς ς' ἰνδικτιῶνος, τῇ ἑορτῇ τῆς Ὑπαπαντῆς, χειροτονεῖται πατριάρχης ὁ ῥηθεὶς τοῦ βασιλέως υἱὸς Θεοφύλακτος, τοποτηρητῶν ἐκ Ῥώμης ἀνελθόντων καὶ τόμον συνοδικὸν ἐπιφερομένων περὶ τῆς αὐτοῦ χειροτονίας διαγορεύοντα· οἳ καὶ τῷ πατριαρχικῷ θρόνῳ τοῦτον ἐνίδρυσαν. Ῥωμανὸς δὲ ὁ βασιλεὺς τῷ υἱῷ Στεφάνῳ γυναῖκα ἠγάγετο τὴν τοῦ Γαμαλᾶ θυγατέρα Ἄνναν, ἥτις ἅμα τῷ νυμφικῷ στεφάνῳ καὶ τὸν τῆς βασιλείας ἐπέθετο.

C μδ'. Μηνὶ Ἀπριλλίῳ, ἰνδικτιῶνος ζ', γέγονε πρώτη ἐκστρατεία τῶν Τούρκων κατὰ Ῥωμανίας· καὶ κατατρέχουσι μέχρι τῆς πόλεως, καὶ ληλατοῦσι πᾶσαν Θρᾳκῴαν ψυχήν. Ἀποστέλλεται οὖν ὁ πατρίκιος [P. 490] Θεοφάνης καὶ πρωτοβεστιάριος, καὶ ποιεῖ καταλλαγὴν μετ' αὐτῶν.

με'. Τῇ δὲ ιδ' τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς ἠγάγετο Ῥωμανὸς γυναῖκα τῷ τελευταίῳ υἱῷ αὐτοῦ Κωνσταντίνῳ, ἐκ τοῦ γένους τῶν Ἀρμενιακῶν, τοὔνομα Ἑλένην, τοῦ πατρικίου Ἀδριανοῦ θυγατέρα· ἧς καὶ τελευτησάσης Φεβρουαρίῳ μηνὶ δευτέρᾳ ἑτέραν τούτῳ συνέζευξεν γυναῖκα, ἐκ τοῦ γένους τοῦ Μάμα ἐκείνου, Θεοφανὼ λεγομένην.

μς'. Τῷ ἐνιαυτῷ ἐκείνῳ κατέπλευσαν οἱ Ῥὼς οἱ καὶ Δρομῖται λεγόμενοι, οἱ ἐκ γένους τῶν Φράγγων D ὄντες, κατὰ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, μετὰ πλοίων χιλιάδες δέκα. Πέμπεται οὖν πρὸς αὐτοὺς ὁ πρωτοβεστιάριος Θεοφάνης μετὰ πλοίων. Καὶ τὸν στόλον εὐτρεπίσας αὐτοὺς ἐξεδέχετο. Ἐπεὶ δὲ πλησίον τοῦ ἐν τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ φάρου ἐγένοντο (φάρος δὲ καλεῖται ἀφίδρυμά τι ᾧ πυρσὸς ἐπιτίθεται πρὸς ὁδηγίαν τοῖς ἐν νυκτὶ παροδίταις, Εὔξεινος δὲ Πόντος κατὰ ἀντίφρασιν καλεῖται· κακόξεινος γὰρ ἐλέγετο διὰ τὰς συνεχεῖς τῶν ἐκεῖσε λῃστῶν πρὸς τοὺς ἐπιξενουμένους καταδρομάς, οὓς φασιν ἀνελὼν Ἡρακλῆς, ἀδείας τυχόντες οἱ παροδῖται τοῦτον Εὔξεινον ἐπωνόμασαν) ἐν τῷ Ἱερῷ λεγομένῳ, ὃ τὴν ἐπωνυμίαν εἴληφε διὰ τῶν τῆς Ἀργοῦς πλωτήρων ἐκεῖσε διερχομένων αὐτόθι ἀνιδρῦσαι [17] μὲν ἱερὸν, αὐτὸς ἀθρόον

[17] ἀνιδρυσαμένων ?

τούτοις ἐπέθετο, καὶ τὰ μὲν πλεῖστα πλοῖα κατέφλεξεν, A τὰ δὲ λοιπὰ εἰς φυγὴν ἐτράπησαν. Ὅθεν καὶ τελείας τροπῆς γενομένης τὰ μὲν τῶν πλοίων αὐτῶν αὔτανδρα κατέδυσαν, πλείστους δὲ ζῶντας συνέλαβον. Οἱ δὲ περιλειφθέντες εἰς τὸ τῆς Ἀνατολῆς μέρος, εἰς τὰς Ῥογὰς λεγομένας, κατέπλευσαν. Καὶ ἐπεὶ σύνταγμα πρὸς τὰ τῆς Βιθυνίας μέρη ἀπέστειλαν χρειῶν ἕνεκα, ἐντυγχάνει τούτοις Βάρδας ὁ Φωκᾶς· καὶ γὰρ ἀποσταλεὶς ἦν ἐπὶ τούτῳ μετὰ ἱππέων ἐκκρίτων, παρατρέχων αὐτούς, καὶ κατέσφαξεν ἅπαντας. Ἀλλὰ καὶ ὁ Κουρκούας μετὰ παντὸς τοῦ τῆς Ἀνατολῆς στρατεύματος κατελθὼν τοὺς ὑπολειφθέντας εὑρίσκων ἀπέκτεινεν. Πολλοὺς δὲ τόπους καὶ ναοὺς ἐνέπρησαν, καὶ τοὺς συλλαμβανομένους Ῥωμαίους τοὺς μὲν ἀνεσταύρουν, τοὺς δὲ τῇ γῇ προσεπήγνυον, B τοὺς δὲ τοῦ κλήρου, ὄπισθεν τὰς χεῖρας δεσμοῦντες, ἥλους σιδηροῦς κατὰ μέσης τῆς κεφαλῆς αὐτῶν ἐπήγνυσαν. Χειμῶνος δὲ ἤδη καταλαμβάνοντος, καὶ εἰς τὰ οἰκεῖα βουλόμενοι ἀπελθεῖν, τὸν στόλον λαθεῖν ἐσπούδαζον. Νυκτὸς οὖν ἐκπλεύσαντας ὁ πατρίκιος Θεοφάνης τούτους ὑπήντησε. [P. 491] Καὶ εὐθὺς δευτέρα ναυμαχία συνάπτεται καὶ πλεῖστα πλοῖα βυθίζονται. Ὀλίγων δὲ μετὰ πλοίων περισωθέντων καὶ ἐν τῇ τῆς Κοίλης περιπεσόντων ἀκτῇ, νυκτὸς ἐπελθούσης διέφυγον. Θεοφάνης δὲ μετὰ νίκης μεγάλης ὑποστρέψας ἐντίμως καὶ μεγαλοπρεπῶς παρὰ τοῦ βασιλέως ὑπεδέχθη καὶ παρακοιμώμενος ἐτιμήθη.

C μζ'. Τῷ δὲ Ἀπριλλίῳ μηνὶ, τῆς α' ἰνδικτιῶνος, πάλιν ἦλθον οἱ Τοῦρκοι μετὰ πλείστης δυνάμεως· ὁ δὲ παρακοιμώμενος ἐξελθὼν σπονδὰς εἰρηνικὰς μετ' αὐτῶν ἐποιήσατο, ὅθεν καὶ ἐπὶ χρόνους ε' ἡ εἰρήνη διεφυλάχθη.

μη'. Τῇ δὲ β' ἰνδικτιῶνι, Πασχάλιος πρωτοσπαθάριος καὶ στρατηγὸς Λαγουβαρδίας ἀποστέλλεται πρὸς ῥῆγα τῶν Φράγγων, ἀγαγεῖν τὴν αὐτοῦ θυγατέρα Ῥωμανῷ τῷ Κωνσταντίνου τοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ υἱῷ εἰς νύμφην. Ἣν καὶ μετὰ πλούτου πολλοῦ ὁ Πασχάλιος ἀνήγαγεν· καὶ γέγονεν ὁ γάμος Σεπτεμβρίῳ μηνὶ, ἰνδικτιῶνος γ'. Ἥτις καὶ ἔζησε μετὰ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἔτη ε', καὶ ἐτελεύτησεν ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς αὐτοκρατορίας Κωνσταντίνου τοῦ αὐτῆς πενθεροῦ. D

μθ'. Τῷ Δεκεμβρίῳ μηνὶ, τῆς δ' ἰνδικτιῶνος, ἀνέμου βιαίου καὶ σφοδροῦ πνεύσαντος οἱ λεγόμενοι ἐν τῷ ἱππικῷ ἐξ ἐναντίας τοῦ βασιλικοῦ θρόνου Δῆμοι κατέπεσον, καὶ συνέτριψαν τὰ ὑποκάτω αὐτῶν βάθρα καὶ στήθεα. Χρόνου δὲ διελθόντος τῷ αὐτῷ μηνὶ τὸν βασιλέα Ῥωμανὸν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ τοῦ [17] παλατίου κατήγαγον.

ν'. Τῆς δὲ πόλεως Ἐδέσης, ἐν ᾗ τὸ τοῦ Χριστοῦ ἅγιον ἐκμαγεῖον ἀπέκειτο, παρὰ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ πολιορκουμένης στρατεύματος, οἱ οἰκήτορες ταύτης πρὸς τὸν βασιλέα διαπρεσβεύουσι Ῥωμανὸν τοῦτο παρέχειν, εἰ τὴν πολιορκίαν λύσειεν. Ὅπερ καὶ γέ-

quod Argonautæ illac transeuntes eo loco templum condiderunt), 747 ipse repente in illos irruens navigia alia igne combussit, alia in fugam egit. Quocirca, fusis omnino fugatisque hostibus, partim eorum naves cum vectoribus pelago merserunt, partim plurimos ingentique turba vivos ceperunt. Qui residui fuerant, ad Orientalem plagam, ad locum quem Rhogas vocant, navigaverunt. Quodque manipulum necessarii pabuli et annonarum causa in Bithyniam miserant, Bardas Phocas in eam rem cum lectorum equitum manu missus, antevertens illorum iter illisque obviam factus, cunctos internecione delevit. Sed et Curcuas, cum Asiaticis cunctis copiis descendens, fusique exercitus reliquias offendens, illorum stragem dedit. Ii porro multa loca ac templa incenderant, quosque ex Romanis comprehenderant, alios in crucem agebant, alios terræ configebant; clericos sacrique ordinis viros, manibus post terga revinctis, medio cerebro infixis clavis dire perimebant. Jam vero appetente hieme cum domum redire pararent, Romanam classem latere studebant. Cum itaque noctu solvissent, facto eis obviam Theophane patricio altera statim navalis commissa pugna, multaque profundo mersa navigia : pauci cum navigiis ad Cœles asperum littus evecti incolumes per noctis opportunitatem evaserunt. Theophanes autem ingenti parta victoria reversus, honorifice ac magnifice ab imperatore susceptus, accubitoris dignitate provectus est.

748 47. Mense Aprili, indictione prima, rursus Turci ingentibus copiis irruptionem fecere. Ad quos egressus accubitor pacis cum eis fœdus percussit ; unde etiam ad annos quinque pax rata fuit.

48. Altera statim indictione, Paschalis protospatharius ac Longobardiæ prætor a Romano ad Francorum regem, qui ejus filiam adducat Romano Constantini ejus generi filio copulandam, mittitur. Quam et multis donatam opibus adduxit. Celebratæ nuptiæ mense Septembri, indictione tertia. Vixitque cum viro suo annos quinque, et mortua est, ejus socero Constantino iterum jam rerum summam adepto.

49. Mense Decembri, indictione quarta, validissimo ac vehementi perflante vento, quos in Circo demos vocant, ex adverso imperatoris solii ceciderunt, subjectosque gradus ac intercolumnia contriverunt. Transacto autem anno, eodem mense, Romanum imperatorem filii aula detruserunt.

50. Edesena autem civitate, in qua sacra Christi effigies linteo expressa, Romanorum copiis obsidione cincta armisque pressa, missa ad Romanum legatione illius cives illam se præbituros polliciti sunt, ea duntaxat conditione ut obsidio solveretur.

VARIÆ LECTIONES.

[17] τοῦ om. P.

Quod et ita contigit. Data enim bulla aurea cautum est ne illorum deinceps ager ac provincia a
749 Romanis diriperetur. Missa itaque sacra effigie, obviam factus accubitor Theophanes cum magnifico cereorum luminumque apparatu et decenti cultu ac hymnodia ad Sangarin fluvium eam excepit, mensisque ejusdem die decimo nono ipsam deducens in urbem intravit. Imperator, qui in Blachernis esset, ibi eam pie veneratus est. Postridie vero ad Auream portam egressi tum imperatoris ambo filii, Stephanus et Constantinus, tum ejus gener Constantinus cum Theophylacto patriarcha omnique senatu, populo quoque præeunte cum lampadibus ac facibus, ad usque Sanctæ Dei Sapientiæ delubrum pedibus eam deduxere; pieque ibi sacrum illud pignus venerati in palatium detulerunt.

51. Hisce diebus portentum quoddam ex Armenia in urbem venerat, pueri duo ex uno progressi utero, membris omnibus corporis integri; ab umbilico autem ad pubem alter alteri cohærentes erant, obversis inter se vultibus. Hi diu multumque in urbe morati, velut ingens quoddam ac singulare portentum, cunctorum admirationem ciebant. Quamobrem etiam velut res mali ominis, monstrum urbe expulsum; in eam tamen rursus subiit, cum solus Constantinus rerum summam adeptus esset. Horum autem gemellorum altero mortuo, partem cohærescentem periti quidam medici subtili arte putavere, cum alterum vivum conservatum iri sperarent. Qui tamen ipse cum tres dies supervixisset, exstinctus est.

750 52. Immensam imperator, uti a me superius dictum est, erga omnes monachos, eximie tamen erga Sergium inter monachos vitæ sanctimonia præcipuum, habebat fidem, eumque colebat ac supra modum venerabatur. Erat is frater magistri Thomæ, Photii patriarchæ nepos, quem animi ingenuitas quam corporis nobilitas illustriorem reddebat; discretionis rectitudo, vultus gratia, modestia animi morumque compositio mire commendabat. Sermo illi melle dulcior fluebat; firma mens ac robusta, animi sensus longe humanus atque modestus. Hunc imperator virum inclitum velut regulam ac amussim, ut sic loquar, omnis ubique componendæ vitæ suæ jugiter apud se habebat. Isque adeo imperatorem etiam atque etiam filiorum curam agere, nec indisciplinatos nullaque castigatione ad nequitiam declinare sinere, admonebat, ne et illi idem atque Heli contingeret [a], ac pro filiorum scelere ipse quoque pœnas daret; quod et evenit. Ante enim paucos hos dies, cum omnes intemeratam Filii Dei in linteo expressam effigiem lustrarent, dixerunt Romani filii se præter vultum nihil videre, ejus autem gener Constanti-

A γονε· καὶ χρυσόβουλλον ἐδόθη μηκέτι ὑπὸ Ῥωμαίων τὴν χώραν αὐτῶν ληΐζεσθαι. Τοῦ δὲ ἁγίου ἐκμαγείου ἀποσταλέντος, ἀπήντησεν αὐτῷ Θεοφάνης ὁ παρακοιμώμενος μετὰ λαμπρᾶς φωταγωγίας καὶ τῆς δεούσης τιμῆς καὶ ὑμνῳδίας κατὰ τὸν Σάγγαριν ποταμόν. Τῇ δὲ ιθ' τοῦ αὐτοῦ μηνὸς σὺν αὐτῷ ἐν τῇ πόλει εἰσῆλθε. Τοῦ δὲ βασιλέως ὄντος ἐν Βλαχέρναις κἀκεῖθεν αὐτὸ προσκυνήσαντος, τῇ ἐπαύριον ἐξῆλθον ἐν τῇ Χρυσῇ πόρτῃ οἵ τε βασιλέως δύο υἱοὶ, Στέφανος καὶ Κωνσταντῖνος, καὶ ὁ γαμβρὸς αὐτοῦ Κωνσταντῖνος σὺν τῷ πατριάρχῃ Θεοφυλάκτῳ καὶ τῇ συγκλήτῳ πάσῃ, καὶ τοῦ λαοῦ προπορευομένου μετὰ φωταγωγίας μέχρι τοῦ ναοῦ τῆς τοῦ Θεοῦ Ἁγίας Σοφίας πεζοὶ τοῦτο διεκόμισαν, καὶ προσκυνηθὲν ἐκεῖσε ἐν τῷ παλατίῳ τοῦτο ἀνήγαγον.

Σκεύη πονηρὰ [τῆς] δεισιδαίμονος πλάνης.
Ἐκεῖσε πολλὰ λοιπὸν ἐξ ἀτοπίας
Πράξαντες αἰσχρὰ δεινὰ δυσσεβοφρόνως,
Ἐκεῖθεν ἠλάθησαν ὡς ἀποστάται.
Πρὸς τὴν πόλιν δὲ τοῦ κράτους πεφευγότες
Οὐκ ἐξαφῆκαν τὰς ἀθεμίτους μωρίας.
Ὅθεν γραφέντες ὡς κακοῦργοι τὴν θέαν
Κατακρίνονται καὶ διώκονται πάλιν.

Προσθεὶς ὅτι *Κἂν μὴ ὦσι καλοὶ, μή σοι μελέτω.*

Τοῦτο δὲ εἶπεν εἰδὼς αὐτοὺς ὡς σοφωτάτους καὶ A ἄριστα ἠσκημένους τῶν ποιητικῶν σχημάτων τὴν ἀκρίβειαν, εἰπόντος τινός· *Οὐδὲ ἄξιοί εἰσιν οὗτοι, ἵνα καλοὶ ὦσιν οἱ ἴαμβοι.* Οἱ δὲ εἶπον· *Γράφε, γράφε, βασιλεῦ, τὸ δοκοῦν σοι, ὡς μέλλον τοῦτο ἀναγνωσθῆναι ἐνώπιον τοῦ δικαίου καὶ φοβεροῦ Κριτοῦ.* Ὁ δὲ ὕπαρχος τούτους ἀγαγὼν εἰς τὸ πραιτώριον, μετὰ δύο ἡμέρας ἁπλώσας ἐν σκάμνοις καὶ δήσας αὐτῶν χεῖρας καὶ πόδας, καταχεντήσας τε καὶ ἐγκολάψας [P. 525] τοὺς στίχους εἰς τὰς ὄψεις αὐτῶν ἐξώρισεν. Καὶ ἐν μὲν τῇ ἐξορίᾳ τελευτᾷ ὁ ἐν ἁγίοις Θεόδωρος, ὁ δὲ ἀοίδιμος Θεοφάνης ὁ ποιητὴς διήρκεσε μέχρι Μιχαὴλ καὶ Θεοδώρας, ἀγωνισάμενος πλεῖστα ἐν τῇ γενομένῃ ὀρθοδοξίᾳ· ὃς καὶ μητροπολίτης εἰς Νίκαιαν γέγονε, τῶν πραγμάτων ἤδη B πρὸς τὸ εὐσεβέστερον...

κϛ'. Ἐπὶ τῆς βασιλείας Θεοφίλου ἦν καὶ Ἰωσὴφ ὁ ὑμνογράφος, ὃς ἐξωρίσθη ὑπὸ Θεοδώρας τῆς βασιλίσσης. Παρέτεινε δὲ ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἕως τῆς βασιλείας Λέοντος τοῦ σοφοῦ.

κζ'. Ἐπ' αὐτοῦ ἔπεσεν ἡ χρυσῆ τοῦφα Ἰουστινιανοῦ τοῦ λεγομένου Αὐγουστέως. Ἀμηχανούντων δὲ πάντων, καὶ πῶς ἀνέλθοιεν διαλογιζομένων, εὑρέθη τις σκαλωτὴς τεχνίτης, καὶ ἀνελθὼν ἐν τοῖς κεραμίοις τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας βέλος ἀφῆκε μετὰ σχοινίου εἰς τὸν ἱππότην Ἰουστινιανοῦ τὸν ἐκ χαλκοῦ συνιστάμενον, καὶ τοῦ βέλους παγέντος ἐκεῖσε αὐτὸς διὰ τοῦ σχοινίου διαδραμὼν θάμβος μὲν τοῖς ὁρῶσι C παρέσχετο καὶ τὴν τοῦφαν προσήρμοσε καὶ τὴν τοῦ βασιλέως ἐπεσπάσατο εὔνοιαν καὶ τῇ τέχνῃ καὶ τῇ φύσει μέγα προσέθηκεν ὄνομα, φιλοτιμηθεὶς παρὰ τοῦ βασιλέως νομίσματα ἑκατόν.

κη'. Στέφει δὲ Θεόφιλος Μιχαὴλ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐν τῇ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, φιλοτιμησάμενος ὢν πάντας ἐν τοῖς στεψίμοις. Κατεσκεύασε δὲ καὶ ξενῶνα, τὸν νῦν μὲν τὰ Θεοφίλου λεγόμενον, οἶκον μὲν γεγονότα Ἰσιδώρου πατρικίου ἀνελθόντος ἀπὸ Ῥώμης μετὰ Ὀλυβρίου ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ Μεγάλου, μετὰ δὲ χρόνον ἐκδοθέντος κουράτορα [13], ὥστε κατοικεῖν ἐκεῖσε γυναῖκας τῶν εὐγενῶν μὴ εἰδυίας σωφρονεῖν. Ἐπὶ δὲ Λέοντος Ἰσαύρου ἐκ πορνείου ξενοδοχεῖον ἐχρημάτισεν ἐπὶ αὐτοῦ. Ὕστερον δὲ γέγονεν οἶκος D Κωνσταντίνου τοῦ τῆς Εἰρήνης μετὰ τὴν ὑπὸ τῆς μητρὸς γεγονυῖαν ἐκτύφλωσιν εἰς αὐτόν. Τελευτήσαντος δὲ αὐτοῦ ἡ γυνὴ αὐτοῦ τὸ μοναδικὸν σχῆμα περιβαλομένη μοναστήριον κατεσκεύασε καὶ ἐκάλεσε τὰ Μετανοίας. Τοῦ δὲ αὐτοῦ οἴκου μεγίστου τε ὄντος καὶ θαυμαστοῦ, ξύλου ἐν τῷ τρικλίνῳ ἀποκλασθέντος ἠπείλει πτῶσιν. Αἱ δὲ μονάζουσαι ἀπερχομένου τοῦ βασιλέως ἐν Βλαχέρναις ἐδεήθησαν περὶ τούτου. Ὁ δὲ ἐκνεύσας καὶ θεασάμενος τὸν οἶκον, ἀρεσθεὶς εἰς αὐτὸν μετοικίζει τὰς αὐτὰς μοναζούσας ἐν ἑτέρᾳ μονῇ, αὐτὸν δὲ τὸν οἶκον κόσμῳ παντοίῳ καλλωπίσας ξενῶνα πεποίηκεν, ἐπιδοὺς αὐτῷ χρήματα πάμ-

gantes. Hoc vero dixit, quia sciret viros sapientissimos esse, et qui versuum atque carminum **808** exactissimam rationem optime callerent; cum quidam dixisset: *Ne ii quidem digni sunt ut iambi sint elegantes.* At illi dixere : *Scribe, scribe, imperator, quod visum fuerit, cum hæc legenda sint in conspectu justi ac tremendi Judicis.* Præfectus itaque in prætorium adductos exacto biduo in scamno extendens, ligatisque manibus ac pedibus, atramento compungens, ipsorum vultibus versus exaravit atque insculpsit. Ac quidem S. Theodorus in exsilio diem obit : inclytus vero Theophanes cantor ad Michaelem usque et Theodoram perseveravit, plurima collata opera in eam quæ facta est imaginum restitutionem ; rebusque jam ad pietatem revocatis Nicææ metropolita fuit.

26. Sub imperatore Theophilo erat Joseph hymnographus, qui Theodora imperium tenente in exsilium missus est : protracta vero illi vita est, usquedum Leo sapiens rerum potitus est.

27. Eodem imperatore cecidit Justiniani tupha aurea, ejus quem Augusteum vocant. Porro omnibus animis anxiis, ac quonam modo tentari ascensus posset cogitantibus, inventus est artifex quidam scandularius, conscensisque Magnæ ecclesiæ tegulis, jaculum cum fune in equestrem æneam Justiniani statuam misit, eoque illic impacto ipse per funem excurrens, globum aptavit; quare videntes in stuporem egit, ac sibi imperatoris animum conciliavit, magnumque nomen et artis ingenio **809** adjecit, centum nummorum donativo ab imperatore liberaliter acceptus.

28. Porro coronat Theophilus Michaelem filium in Magna ecclesia, cunctos magnifice donans per ea inaugurationis solemnia. Construxit vero etiam domum hospitalem, quam nunc Theophili dicunt. Ac quidem ædes fuere Isidori patricii ejus cui cum Olybrio Roma Cpolim ascendit Constantino Magno imperatore, cessitque postea in curatoriam imperatoris, ut illic habitarent nobiles feminæ; quæ caste vivere nescirent. Leone vero Isauro imperatore ex lupanari facta est hospitalis domus. Secutis temporibus domus fuit Constantini Irenes filii, cum eum mater luminibus orbasset. Quo exstincto, ejus uxor, monastico assumpto habitu, monasterium construxit, ac Pœnitentiæ nomen indidit. Hæc porro domus cum maxima esset ac mirabilis, confracta in triclinio trabe ruinam minabatur. Moniales imperatorem ad Blachernas euntem ejus rei nomine interpellant. Prospectans ille, conspecta domo, eaque delectatus, easdem moniales ad aliud transfert monasterium, domum vero omnis generis ornatu magnifice excultam domum hospitalem fecit,

VARIÆ LECTIONES.

[13] ἐκδοθέντα κουρατώρια p. 645.

quamplurimis abunde pecuniis, reditibus ac suburbanis ei assignatis ex suo nomine ædes Theophili vocavit.

29. Ante vero mortem suam Deo exsecrabilis imperator, habito cum **810** suis partiariis secreto consilio de Theophobo Persa, cum is nimirum plurimum diligatur, atque in eum tum subditi Persæ tum non pauci procerum fidem habeant, ne me mortuo tyrannidem moliantur adversus filium puerum et adversus conjugem, Theophobum in palatium intulit, babebatque secum morantem, morbo autem ingravescente carceri inclusit in Bucoleonis cameris. Persisque illum requirentibus quid demum eo factum esset, misso noctu imperator Petrona Augustæ fratre cum logotheta Theophobi caput abstulit, sparso rumore in Persas, ipsum in palatio cum imperatore versari. Imperatori autem dysenteriæ morbo male abrupta anima, miserum ejus funus in Sanctorum Apostolorum elatum est. Corpus vero Theophobi clam per Bucoleonem eductum prope Narsetis ædes receperunt, in eo quod nunc Theophobi vocant, ibique deposuerunt.

IMPERIUM MICHAELIS CUM MATRE THEODORA.

1. Anno mundi 6339, divinæ autem incarnationis 839, imperavit Michael Theophili filius cum Theodora matre sua, annos quindecim, solus vero **811** annos decem, cum Basilio annum unum. Is, paterni imperii successionem adeptus, Deo exosa Ecclesiæ invecta direque in eam debacchata nova religione ac superstitione sincere admodum excussa, sacram pridem a Deo constitutam rectissimamque fidem prædicavit. Theodora vero sic fidelis erat et orthodoxa, ut et viro suo adhuc superstite sacras imagines coleret et adoraret. Hæc tum sua ipsa voluntate, tum Theoctisti caniclio præfecti et logothetæ suggestione ac admonitione, Joannem patriarcham cum suis asseclis ecclesia urbeque expellit, relegato ipso in Stenum ad Clidium sic nuncupatum. Ferunt autem ejus compatrem fuisse, et qui e sacro fonte ipsius filium levasset. Inducit vero S. Methodium, merentem monachum, redditaque ecclesia patriarcham constituit; omnes episcopos atque monachos a Theophilo in exsilium relegatos in unum cogens, orthodoxam confirmavit fidem, primaque jejuniorum Dominica Ecclesiam pace composuit. Quanquam enim imperator infans ac puer erat, qui tamen *ex ore infantium et lactentium perfecit laudem* [a], hunc quoque ipse divini dogmatis veritatem cantico celebrare ac manife-

A πολλα καὶ ἀργύριον καὶ προάστεια, ἐπονομάσας αὐτὸν τὰ Θεοφίλου.

[P. 526] κθ'. Πρὸ δὲ τῆς αὐτοῦ τελευτῆς ὁ θεομισὴς οὗτος βασιλεὺς βουλὴν μυστικὴν ποιησάμενος μετὰ τῶν ὁμοφρόνων αὐτοῦ περὶ Θεοφόβου τοῦ Πέρσου, ὡς ἔτι πολλὴν ἀγάπην καὶ πίστιν ἔχουσιν εἰς αὐτὸν οἵ τε ὑπ' αὐτὸν Πέρσαι καὶ τῶν ἐν τέλει οὐκ ὀλίγοι, καὶ μή πως ἐμοῦ τελευτήσαντος μελετήσωσι τυραννίδα κατά τε τοῦ ἐμοῦ παιδὸς νηπίου ὄντος καὶ τῆς γυναικὸς, ἀνήγαγε Θεόφοβον εἰς τὸ παλάτιον καὶ εἶχε μετ' αὐτοῦ. Βαρηθεὶς δὲ ἐκ τῆς νόσου καθεῖρξε Θεόφοβον ἐν ταῖς καμάραις τοῦ Βουκολέοντος. Τῶν δὲ Περσῶν ἐπιζητούντων αὐτὸν τί ἄρα γέγονεν, ἀποστείλας ἐν τῇ νυκτὶ ὁ βασιλεὺς Πετρωνᾶν τὸν τῆς Αὐ- B γούστης ἀδελφὸν σὺν τῷ λογοθέτῃ ἀπέκοψε τὴν κεφαλὴν τοῦ Θεοφόβου. Ἔπεισαν δὲ οὗτοι τοὺς Πέρσας ὡς μετὰ τοῦ βασιλέως ἐστὶν ἐν τῷ παλατίῳ. Τοῦ δὲ βασιλέως δυσεντερίας νόσῳ τὴν ψυχὴν κακῶς ἀποῤῥήξαντος ἀπεκομίσθη τὸ δύστηνον αὐτοῦ σῶμα εἰς τοὺς Ἁγίους Ἀποστόλους. Τὸ δὲ σῶμα τοῦ Θεοφόβου διὰ τοῦ Βουκολέοντος ἐξαγαγόντες λαθραίως διέσωσαν πλησίον τὰ Ναρσοῦ, ἐν τῇ νῦν λεγομένῃ τῆς Θεοφοβίας, καὶ τοῦτο ἐκεῖσε κατέθηκαν.

ΒΑΣΙΛΕΙΑ ΜΙΧΑΗΛ ΜΕΤΑ ΘΕΟΔΩΡΑΣ ΤΗΣ ΜΗΤΡΟΣ ΑΥΤΟΥ.

α'. Τῷ ,ςτλθ' ἔτει τοῦ κόσμου, ἀπὸ δὲ τῆς θείας σαρκώσεως ωλθ', ἐβασίλευσε Μιχαὴλ ὁ υἱὸς Θεοφίλου σὺν τῇ μητρὶ αὐτοῦ Θεοδώρᾳ, ἔτη δεκαπέντε, μόνος δὲ C ἔτη δέκα, καὶ σὺν Βασιλείῳ ἔτος ἕν[24]. Ὅστις[25] τὴν πατρῴαν βασιλείαν διαδεξάμενος, τὴν δὲ[26] θεοστυγῆ παρεισφρήσασαν τῇ Ἐκκλησίᾳ καὶ δεινῶς ἐπικωμάσασαν νέαν θρησκείαν εὖ μάλα γνησίως ἀποσεισάμενος, τὴν ἔκπαλαι θεοφιλῆ καὶ[27] θεοβράβευτον ἱεράν τε καὶ ὀρθοτάτην πίστιν ἀνεκήρυξεν. Ἡ δὲ[28] Θεοδώρα οὕτως ἦν πιστὴ καὶ ὀρθόδοξος ὡς καὶ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἔτι περιόντος λάθρα τὰς ἁγίας εἰκόνας τιμᾶν καὶ προσκυνεῖν. Ἥτις γνώμῃ μὲν ἑαυτῆς, ὑποθήκῃ δὲ καὶ παραινέσει Θεοκτίστου κανικλείου καὶ λογοθέτου, ἐξελαύνει τε τῆς ἐκκλησίας καὶ τῆς πόλεως τὸν πατριάρχην Ἰωάννην σὺν τοῖς περὶ αὐτὸν ὄντας, περιορίσασα τοῦτον ἐν τῷ Στενῷ εἰς τὸ Κλειδίον οὕτως καλούμενον. Λέγεται δὲ καὶ σύντεκνον αὐτῆς εἶναι. Εἰσάγει δὲ τὸν ἐν ἁγίοις Μεθόδιον-μοναχὸν ὄντα, καὶ πατριάρχην ἀποκαθιστᾷ. D Καὶ πάντας τοὺς ὑπὸ Θεοφίλου ἐξορίστους μοναχοὺς καὶ ἐπισκόπους [P. 527] ἑνώσασα τὴν ὀρθόδοξον ἐβεβαίωσε πίστιν καὶ τὴν Ἐκκλησίαν εἰρήνευσεν τῇ πρώτῃ Κυριακῇ τῶν ἁγίων νηστειῶν[29]. Εἰ γὰρ καὶ νήπιος ἐτύγχανεν ὁ βασιλεὺς, ἀλλ' *ὁ ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων καταρτησάμενος*[30] *αἶνον*, αὐτὸς καὶ τοῦτον[31] παρεσκεύασε τὴν ἀλήθειαν

[a] Psal. VIII, 3.

VARIÆ LECTIONES.

[24] Τῷ — ἕν] μετὰ δὲ Θεόφιλον ἐβασίλευσε Μιχαὴλ υἱὸς αὐτοῦ. Σὺν τῇ αὐτοῦ μητρὶ Θεοδώρᾳ κατέσχεν ἔτη ιδ', καὶ μόνος ηὐκρατόρησεν ἔτη ιβ', μῆνας γ' C. [25] ὅς γε C. [26] δὲ add. C. [27] θεοφιλῆ καὶ add. C. [28] ἡ δέ. [29] νηστειῶν om. C, qui post ἀνεκήρυξεν subjungit quæ p. 814 leguntur: Ἐν — ἐξ αὐτῶν. [30] καταρτήσας C. [31] καὶ τούς ?

τοῦ θείου δόγματος ἀνυμνῆσαι καὶ φανερῶσαι πρὸς A δόξαν τοῦ δι' ἄκραν εὐσπλαγχνίαν [32] σαρκωθέντος Θεοῦ Λόγου καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἐπὶ γῆς ὀφθέντος καὶ συναναστραφέντος κατὰ τὴν ἱερὰν χρησμολογίαν.

β'. Σύνοδον [33] γὰρ ἁγίων καὶ θεηγόρων Πατέρων [34] ἐν Κωνσταντινουπόλει συναθροίσας, ὑφ' ὧν ἡ τῶν κακῶν καὶ δυσωνύμων Εἰκονομάχων κάκιστος αἵρεσις [35] ἀκριβῶς ἐλεγχθεῖσα καὶ τὰ βδελυρὰ ταύτης λῃρήματα διαῤῥήδην ἀνατραπέντα, φαιδρῶς ὁ τῆς ὀρθοδοξίας λόγος ἀνέτειλεν [36] ὥσπερ ἔκ τινων μυχαιτάτων [37] καὶ δυσδιεξοδεύτων λαβυρίνθων καὶ σκοτεινῶν βαράθρων [καὶ] τῆς ἐξαγίστου καὶ πεφαυλισμένης [38] αἱρέσεως. Καὶ οὕτως ὁ μὲν ταύτης ἔξαρχός τε [39] καὶ διδάσκαλος σὺν [40] τοῖς ὁμόφροσιν αὐτοῦ διώκταις καὶ ὑβρισταῖς, ὡς [41] τῆς ἀληθείας ἀντίθετοι [42] B καὶ ψεύδους προστάται, ὡς λυσσώδεις λύκοι καὶ τῆς μυσαρᾶς καὶ δαιμονιώδους τῶν Μανιχαίων θρησκείας, ἀφ' ὧν καὶ τὴν ἀφορμὴν καὶ τὴν ἀρχὴν εἰλήφασιν [43], ἐκδιώκεται [44], ἀντεισάγεται δὲ κοινῇ ψήφῳ καὶ θείᾳ προβολῇ [45] τε καὶ χάριτι Μεθόδιος ὁ ἀοίδιμος καὶ τῆς ὀρθοτομίας καὶ [46] ὀρθοδοξίας πρόμαχος, ὅς γε πάσας [47], ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὰς διαβολὰς καὶ τὴν [48] ὀλέθριον κατὰ τῶν ἱερῶν εἰκόνων μεθοδείαν καὶ τὴν βέβηλον κενοφωνίαν [49] τῶν αἱρεσιαρχῶν καὶ φοιτητῶν [50] τῆς ἐκείνων κακονοίας [51] καὶ φρενοβλαβείας ἄριστα καὶ σαφέστατα διελέγξας [52] καὶ ἀνατρέψας [53], εἰ καί τις ἄλλος· καὶ διὰ τοῦτο πολλοὺς προϋπέστη [54] διωγμοὺς καὶ κινδύνους καὶ θλίψεις [55] πολλὰς καὶ κακὰς, ἐξ ἐπιμέτρου δὲ σφόδρα [56] ὑπὸ τοῦ θεηλάτου Θεοφίλου. C

γ'. Τίς γὰρ ἀριθμήσει [57] τοὺς ποικίλους καὶ ἀλλεπαλλήλους [58] διωγμοὺς καὶ πειρασμοὺς καὶ τὰς ἀφεγγεῖς κατακλείσεις καὶ τοὺς ζοφώδεις βόθρους καὶ τὰς τῶν ἀναγκαίων περιστάσεις, φίλων τε καὶ ὁμοφρόνων στερήσεις, καὶ τὰς ἄλλας συμφορὰς ἃς ἔτλη γενναίως καὶ προθύμως παρὰ τῶν ἀνοσίων, ἀεὶ [59] περιφέρων ἐναργῶς εἰς τύπον καὶ ὑπογραμμὸν ὑπομονῆς τοῖς φερεπόνοις, καὶ φθεγγομένη [60] [P. 528] καὶ σιωπῶσα παραίνεσις προδήλως γενόμενος; Καὶ οὕτως ὁ θεσπέσιος τὴν Ἐκκλησίαν εὐδοκίᾳ [61] Θεοῦ παραλαβὼν, καὶ συνεργούντων τῶν θεοφόρων Πατέρων, ὁ μὲν οἶκος τοῦ Θεοῦ, τὸ σύστημα τῶν ὀρθοδόξων ἐπορεύετο καὶ θείᾳ ῥώμῃ σαφῶς ἐκραταιοῦτο D καὶ διέπρεπεν ἔργῳ καὶ λόγῳ· ὁ δὲ τῶν αἱρετιζόντων σύλλογος καὶ ἡ [62] Ἰουδαϊκὴ τῷ ὄντι σπεῖρα καὶ

A stare, ac Dei Verbi ob summam misericordiam incarnati et cum hominibus conspecti atque versati, juxta quod perhibitum oraculo est, effecit.

2. Synodus enim sanctorum ac divinorum Patrum Cpoli cogitur, quorum diligentia atque opera, pessima nequissimorum nefastorumque Iconomachorum hæresi gnaviter confutata ejusque diserte exsecrandis eversis deliriis, rectæ fidei doctrina grato jubare effulsit velut ex reconditissimis quibusdam impermeabilibusque labyrinthis ac tenebricosis barathris scelestissimaque ac pravissima hæresi. Atque in eum modum, ipsius antistes ac magister cum suis asseclis, persecutoribus ac contumeliatoribus, ut qui veritatis adversarii falsique defensores essent, velut lupi rabidi exsecrandæque ac dæmoniacæ Manichæorum sectæ, ex quibus et illis sumpta occasio et ductum exordium, effugatur: ejus vero loco, communi suffragio divinaque promotione et gratia, inclytus vir Methodius, rectæque fidei ac doctrinæ propugnator, inducitur; qui nimirum omnes, ut verbo dicam, calumnias exitiosamque adversus sanctas imagines dolosæ mentis versutiam profanamque vocum inanitatem hæreseos principum, horumque inanitatis verborum emotæque mentis discipulorum, si quis alius optime dilucidissimeque **813** confutavit atque evertit; eamque ob rem multas ante passus est persecutiones et pericula, multasque et malas afflictiones, et abundante autem vehementer ab exagitato a Deo Theophilo.

3. Quis enim enumerare sufficiat varias et continuas persecutiones ac tentationes illucesque carceres ac caliginosos scrobes foveasque; necessariorum afflictos casus, amicorum parique sensu fidelium amota solatia, aliasque ærumnas ac mala, quæ forti animo atque alacri, scelestissimorum grassatione vique illata, sustinuit, lucide semper ad patientiæ formam et exemplum ærumnosis malisque attritis circumferens; loquens ac tacens manifesta exhortatio exsistens? Inque eum modum viro divino Ecclesiæ clavo admotus, adjuvantibus divinis divinoque sensu Patribus, domus Dei, orthodoxorum cœtus, ibat, divinoque robore clare confortabatur, atque opera et doctrina omni decore effulgebat: hæreticorum autem conventus et Ju-

VARIÆ LECTIONES.

[32] εὐσπλ. καὶ φιλανθρωπίαν σαρκ. θείου P. [33] σύνοδος P. [34] ὁσίων πατέρων καὶ θεηγόρων C. [35] δυσωνύμων κάκιστος αἵρεσις τῶν εἰκονομάχων C. [36] ἐξανέτειλεν C. [37] μυχάτων C. [38] πεφεναχισμένης ταύτης προλεχθεὶς ἔξαρχός C. [39] τε add. C. [40] σὺν] καὶ συνδικαίως καὶ θεοκρίτως πάνυ σὺν C. [41] ὡς] ὡς ἀνήκεστοι πάμπαν καὶ λυσσώδεις ἅμα καὶ C. [42] ἀντίθεοι λίαν, ὥσπερ δὴ καὶ οἱ τῆς μυσαρᾶς καὶ δαιμονιώδους θρησκείας τῶν μανιχαίων C. [43] ὧν καὶ τὴν μάχην καὶ τὴν μανίαν κατὰ τῆς ἐνσάρκου θείας οἰκονομίας, τὴν ἀφ. C. [44] ἐκδιώκεται om. C. [45] προσβολῇ P. [46] ὀρθοτόμου καὶ τῆς P. [47] πᾶσαν C. [48] τοῦ τε διαβόλου τὴν C. [49] καινοφωνίαν C. [50] φοιτ.] φλύαρον C. [51] κενοφωνίας P. [52] προδιελέγξας C. [53] καὶ ἀναδείξας C. [54] πολλοὺς μὲν ὑπέστη C. [55] καὶ θλ. πολλὰς καὶ] τε καὶ βασάνους C. [56] σφόδρα om. C. [57] τίς γὰρ ἀριθμήσει om. C. [58] ἐπαλλήλους C. [59] καὶ βόθρους ἀφεγγεῖς καὶ ζοφώδεις κατακλείσεις καὶ τῶν ἀναγκαίων στερήσεις φίλων τε καὶ ὁμοδόξων αἱρετικῶν γενναίως καὶ προθύμως, καὶ τὰ σύμβολα τῆς κακουργίας ἧς ὑπέμεινε παρὰ τῶν ἀνοσίων, ἀεὶ C. [60] καὶ φθεγγομένη om. [61] εὐδοκίᾳ τοῦ κρείττονος καὶ συνεργείᾳ τῶν θεοσόφων πατέρων παραλαβὼν ὁ C. [62] ἡ om. C.

daica re vera cohors cuneusque valde confundebatur ac infirmabatur, cum palam obturaretur ac quotidie everteretur. Confestim namque imperialibus jussis hortatuque et ope revocati sunt atque soluti liberique dimissi, qui exsilio relegati Patres erant et acerbo carcere detenti, **814** unaque monachorum turba copiosa : sed et religiosorum sæcularium non pauci, quorum miser ac scelestissimus substantias abstulerat, ac partim quidem dira morte conficiens, partim varii generis verberibus excrucians exsilio relegaverat, ut qui scelestissimi Theophili nec blanditiis nec minis quidquam omnino morem gererent.

4. Imperante itaque Michaele et Theodora ejus matre, Apodinar Saracenorum tribunus, diu ante expeditis copiis, ingenti navium triremiumque formidabilium quadringentarum stupendarumque apparatu, adversus Dei munitam præsidio Cpolim processit. Eum tamen divina ultio perdidit, elisis cunctis navibus una cum vectoribus ac classiario milite in Cibyrrhæotarum promontorio, cui nomen Chelidonia; septem nec plures in Syria naves cladem evasere.

5. Prima autem sanctorum Jejuniorum Dominica, post celebrata ὀρθοδοξίας quam vocant, id est, restitutionis imaginum, solemnia, mittitur in Cretam Theoctistus logotheta; profectusque cum ingentibus copiis ac classe numerosa, ingenti terrore Agarenos affecit, qui adhuc imparati essent, nec tantis adversum se copiis possent obsistere. Vehementius **815** autem et ipse perterritus est et consternatus, fugamque arripuit, eo scilicet rumore, quasi Augusta alium creasset imperatorem. Qui fuit Saracenorum dolus suorumque corruptio, eo pavore ejus dejectis animis, ut ad imperatricem redire et exercitum adversariorum gladio concidendum relinquere persuaserint. Cumque in Creta ignavus degenerisque animi exstiterit, deterior infeliciorque inde reversus eluxit. Cum enim egressus Amer, suscepta adversus Romanam ditionem expeditione, quidquid obvium esset, devastaret ac everteret, eumdem rursus Theoctistum tanquam fidelissimum ac sibi devinctum hominem cum ingentibus copiis Theodora et Michael adversus Amerem misere. Qui cum venisset, conserta pugna cum Amere ad locum quem Mauropotamum vocant, victus fugatusque reversus est, suorum multis necatis, nonnullis vero etiam ad Amerem ob viri morositatem ac tetricosos mores fuga elapsis; in quibus et Theophanes Pharganita, vir inter cæteros virili præstans fortitudine atque ro-

A συμμορία κατῃσχύνετο κομιδῇ καὶ ἠσθένει προφανῶς ἐπιστομιζομένη καὶ ἀνατρεπομένη καθ' ἑκάστην ἡμέραν. Καὶ δὴ λοιπὸν αὐτίκα διὰ βασιλικῆς ἐπιτροπῆς καὶ συνεργίας[63] ἀνεκλήθησάν τε καὶ ἀνέθησαν οἱ ἐν ἐξορίαις καὶ πικραῖς φυλακαῖς Πατέρες, ἅμα καὶ τὰ πλήθη[64] τῶν μοναζόντων. Καὶ μέντοι καὶ τῶν εὐσεβῶν κοσμικῶν οὐκ ὀλίγοι[65], ὧν ὁ τάλας καὶ ἀλιτήριος τυραννικῶς[66] τὰς ὑπάρξεις ἀφελόμενος[67], καὶ τοὺς μὲν δυσθανατώσας, τοὺς δὲ μάστιξι πολυειδέσι καὶ πολυτρόποις καὶ δειναῖς τιμωρίαις[68] παραδοὺς ἐξώρισεν, ὡς μὴ πειθομένους παντελῶς μήτε ταῖς θωπείαις μήτε ταῖς ἀπειλαῖς τοῦ ἀλιτηρίου Θεοφίλου[69].

δ'. Ἐν γοῦν τῇ αὐτοκρατορίᾳ Μιχαὴλ καὶ Θεοδώρας τῆς αὐτοῦ μητρὸς Ἀποδείναρ[70] ὁ Σαρακηνῶν B φύλαρχος ἐκ πολλῶν χρόνων ἑτοιμαζόμενος ἐν δυνάμει βαρείᾳ δρομώνων τετρακοσίων φοβερῶν καὶ καταπλήκτων ἤρχετο κατὰ τῆς θεοφρουρήτου[71] Κωνσταντινουπόλεως. Ἀλλὰ τοῦτον ἡ θεία δίκη προφθάσασα[72] διώλεσε, πάντων τῶν πλοίων αὐτοῦ[73] αὐτάνδρων συντριβέντων ἐν τῷ[74] ἀκρωτηρίῳ τῶν Κιβυῤῥαιωτῶν τῷ λεγομένῳ Χελιδονία, διασωθέντων εἰς Συρίαν ἑπτὰ καὶ μόνων[75] ἐξ αὐτῶν[76].

ε'. Τῇ δὲ[77] Κυριακῇ τῶν ἁγίων Νηστειῶν, μετὰ τὸ γενέσθαι τὴν ὀρθοδοξίαν, ἀπέστειλε Θεόκτιστον τὸν λογοθέτην ἐν Κρήτῃ. Ὡς ἀπελθὼν μετὰ πολλοῦ πλήθους καὶ στόλου μεγάλου, σφόδρα μὲν ἐπτόησε τοὺς Ἀγαρηνοὺς, ἀδυνατοῦντας ἔτι πρὸς τὴν στρατείαν ἐκείνου ἀνταγωνίζεσθαι, σφοδρότερον δὲ καὶ C αὐτὸς ἐπτοήθη καὶ τὴν φυγαδείαν ἠσπάσατο, τὴν Αὐγοῦσταν μαθὼν ὡς ἄλλον βασιλέα προεχειρίσατο, ὅπερ μέθοδος Σαρακηνῶν καὶ δωροληψία τῶν μετ' αὐτοῦ ἐκπλῆξαν αὐτὸν πέπεικε πρὸς τὴν βασιλίδα ἐπανελθεῖν καὶ καταλιπεῖν τὸν στρατὸν μαχαίρας ἔργον. Τοῖς τε ἐν Κρήτῃ φαῦλος φανεὶς χείρων ἐφάνη καὶ δυστυχέστερος ἐκεῖθεν ὑποστραφείς. Ὡς γὰρ ἐξελθὼν τότε κατὰ Ῥωμανίας ὁ Ἄμερ ἐληΐζετο πᾶν τὸ ἐν ποσὶ καὶ κατέστρεφεν, [P. 529] τὸν αὐτὸν πάλιν Θεόκτιστον ὡς πιστότατον καὶ οἰκειότατον μετὰ δυνάμεως πολλῆς κατὰ τοῦ Ἄμερ Θεοδώρα καὶ Μιχαὴλ ἀπεστάλκασιν· ὃς καὶ παραγεγονὼς καὶ πόλεμον συνάψας τῷ Ἄμερ εἰς τὸν λεγόμενον Μαυροπόταμον ἡττήθη τε καὶ ὑπέστρεψε, πολλῶν μὲν ἀναιρεθέντων, τινῶν δὲ καὶ προσφυγόντων τῷ Ἄμερ D διὰ τὴν τοῦ λογοθέτου βαρύτητα καὶ ἐπάχθειαν, ὧν εἷς ἦν καὶ Θεοφάνης ὁ ἐκ Φαργάνων, ἀνδρίᾳ τε καὶ ῥώμῃ διαφέρων πολλοὺς, ὃς ὕστερον χρόνοις τισὶ λόγον ἀπαθείας λαβὼν προσφεύγει τοῖς Χριστιανοῖς. Θεόκτιστος δὲ ἐκεῖθεν ὑποστραφεὶς πρὸς τὴν πόλιν εἴχετο τῆς αὐτῆς οἰκειότητος. Καὶ τῷ τῆς Αὐγούστης ἀδελφῷ Βάρδᾳ εἴς τινας λόγους ἐλθὼν τὴν ἧτταν

VARIÆ LECTIONES.

[63] βασιλικῆς κελεύσεως ἐπιτροπῇ τε καὶ συνεργίᾳ P. [64] τὸ πλῆθος C. [65] ὀλίγιστοι C. [66] τυραννικῶς add. C. [67] ἀφαιρούμενος C. [68] καὶ πολυτρόποις καὶ δειναῖς τιμωρίαις add. C. [69] post Θεοφίλου C : μήτε τὴν τῇ πολὴ καὶ κακοδοξίᾳ τοῦ φένακος καὶ ἀλάστορος. Sequitur in C anacephalæosis Chronici : γίνεται οὖν ἀπὸ μὲν τοῦ Ἀδὰμ μέχρι τοῦ κατακλυσμοῦ ἔτη δισχίλια διακόσια τεσσαράκοντα δύο, etc. cf. Montfaucon. biblioth. Coislin. p. 205 extr. [70] Ἐν τῇ οὖν αὐτοκρατορίᾳ αὐτοῦ Ἀποδήναρ C. [71] θεοφορήτου C. [72] προφθάσασα add. C. [73] αὐτοῦ add. C. [74] τῷ om. C. [75] διασωθεὶς ἐν Συρίᾳ ἑπτὰ καὶ μόνα P. [76] post αὐτῶν C, εἰ γὰρ καὶ p. 811 16. [77] Τῇ δὲ] ἕως ὧδε τὸ χρονικὸν Γεωργίου, καὶ ἀπὸ τῶν ὧδε τοῦ λογοθέτου. margo P.

τούτῳ προσῆπτε καὶ ἀνετίθετο, ὡς τῇ παραινέσει τούτου καὶ τῇ βουλῇ τὸ Ῥωμαϊκὸν ἐτράπη στρατόπεδον· καὶ τοῦτον τῆς πόλεως ἐξῶσεν βουλῇ Θεοδώρας Αὐγούστης.

A bore, qui nonnullis deinceps seculis temporibus, accepta securitatis fide, ad Christianos fuga reversus est. Ab ea redux expeditione Theoctistus et in urbem receptus eadem Augustæ necessitudine cohæsit. Is, nonnullis cum Barda Augustæ fratre collatis sermonibus, ei cladem adscribebat, quasi ejus hortatu ac voluntate Romanus exercitus fusus fugatusque esset; quem et Theodoræ Augustæ nutu et consilio urbe expulit.

ς'. Ὁ δὲ αὐτὸς Θεόκτιστος παραδυναστεύων τῇ Αὐγούστῃ οἰκήματα καὶ λουτρὰ καὶ παράδεισον ἐν τῇ νῦν καλουμένῃ Ἄψιδα πεποίηκεν πρὸς τὸ πλησίον αὐτὸν εἶναι τοῦ παλατίου. Πρὸς δὲ φυλακὴν καὶ σωτηρίαν ἰδίαν καὶ πόρταν σιδηρᾶν ἐν τῇ Δάφνῃ κατεσκεύασεν, καὶ παπίαν φυλάττειν ἐκεῖσε διωρίσατο. Ἤδη δὲ βασιλεὺς ἀνδρωθεὶς ἐσχόλαζε ταῖς κυνηγίαις καὶ ταῖς τῶν ἵππων ἁμίλλαις ἐν τῷ διαύλῳ τοῦ ἱππικοῦ καὶ ταῖς λοιπαῖς ἀκαθαρσίαις. Βουλὴν οὖν ποιήσασα Θεοδώρα Αὐγοῦστα μετὰ τοῦ λογοθέτου Θεοκτίστου δοῦναι γυναῖκα Μιχαὴλ τῷ υἱῷ αὐτῆς· ἔγνω γὰρ ὡς συνεφιλιώθη Εὐδοκίᾳ τῇ τοῦ Ἴγγερος, μισουμένῃ τῷ λογοθέτῃ καὶ τῇ δεσποίνῃ σφοδρῶς δι' ἀναίδειαν. Διὸ συζευγνύουσιν αὐτῷ Εὐδοκίαν τὴν τοῦ Δεκαπολίτου, μεθ' ἧς στεφανοῦται ἐν τῷ Ἁγίῳ Στεφάνῳ τῷ εἰς τὴν Δάφνην, γεγονότος τοῦ παστοῦ μὲν εἰς τὴν Μαγναύραν, τῆς δὲ συγκλήτου ἀνακλιθείσης ἐν τοῖς ιθ' ἀκκουβίτοις [78].

ζ'. Μετὰ δὲ μικρὸν ὁ τῶν βουκελλαρίων στρατηγὸς ἤγαγε ἵππον τῷ βασιλεῖ θυμοειδῆ καὶ γενναῖον. Ὁ δὲ τοῦτον τῷ ἱππικῷ βουλόμενος ὑποζεῦξαι ἠβούλετο καταμαθεῖν τούς τε ὀδόντας, ἐξ ὧν ἡ τῶν ἐτῶν ποσότης διαγινώσκεται, τό τε ἦθος ποῖόν ἐστι. Τοῦ δὲ ἵππου θρασυνομένου καὶ σκιρτῶντος ἦν ἀχθόμενος ὁ βασιλεὺς περὶ τούτου, ὡς μηδενὸς ὄντος μηδὲ εὐποροῦντος γενναιότητι καὶ ἐπιστήμῃ τὸν ἵππον ἐξημερώσοντος ἢ μόνον κατακρατήσοντος. [P. 530] Ὡς οὖν ἤχθετο, παρὼν ὁ Θεοφιλίτζης εἶπεν, ὅτι *Δέσποτα, ἔχω νεώτερον ἐμπειρότατον καὶ ἀνδρειότατον εἰς τοὺς ἵππους, οἷον ἐπιποθεῖ ἡ βασιλεία σου, τοὔνομα Βασίλειον*. Τοῦ δὲ βασιλέως παρευθὺ ἐλθεῖν κελεύσαντος ἀπεστάλη κοιτωνίτης ἐν τῇ σιδηρᾷ πύλῃ, καὶ τὸν Βασίλειον εὑρὼν μετὰ σπουδῆς ἤγαγε πρὸς τὸν βασιλέα. Καὶ κελευσθεὶς τὸν ἵππον κρατῆσαι, ὁ δὲ μιᾷ χειρὶ τὸν χαλινὸν κρατήσας, τῇ δὲ ἑτέρᾳ τοῦ ὠτὸς δραξάμενος τοῦ ἵππου, εἰς ἡμερότητα προβάτου μετέβαλεν. Ἐφ' ᾧ ἀρεσθεὶς καὶ θεραπευθεὶς ὁ βασιλεὺς παρέδωκεν αὐτὸν Ἀνδρέᾳ ὄντι ἑταιρειάρχῃ τοῦ εἶναι εἰς τὴν ἑταιρείαν καὶ δουλεύειν ἐν τοῖς ἵπποις.

η'. Ἀναγκαῖον δὲ ἡγησάμην διηγήσασθαι περὶ τοῦ αὐτοῦ Βασιλείου τήν τε ἀνατροφήν, καὶ ὅθεν ἐστὶ μέχρι τῆς τοιαύτης ὑποθέσεως. Ὁ αὐτὸς Βασίλειος γεννᾶται ἐν Μακεδονίᾳ ἐν τοῖς χωρίοις Ἀδριανουπόλεως, ἐπὶ τῆς βασιλείας Μιχαὴλ τοῦ Ῥαγκαβέ, πατρὸς Ἰγνατίου πατριάρχου, γαμβροῦ δὲ Νικηφόρου τοῦ βασιλέως εἰς Προκοπίαν τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα. Ἐπὶ τούτου ἐξῆλθε Κροῦμος ὁ ἄρχων Βουλγαρίας κατὰ Χριστιανῶν· καὶ τραπεὶς Μιχαὴλ, καὶ Λέων ὁ Ἀρμένιος τυραννήσας αὐτὸν καὶ βασιλεύσας,

6. Is porro Theoctistus, cum Augusta regni administer, ædes, **816** balnea et hortos ædificavit versus locum Apsidam dictum, ut esset prope palatium. Et ut saluti suæ consuleret, portam ferream in Daphne fabricatus est, constituitque ut papias ibi custodias ageret. Jam vero imperator viri ætatem adeptus grandiorque factus venationibus, aurigationibus, agendisque equis in medio Circi spatio ac reliquis spurcitiis animum otium-

B que addicebat. Consilium igitur Theodora Augusta cum Theoctisto logotheta iniit de uxore jungenda Michaeli filio suo. Noverat enim amicitiam junxisse cum Eudocia Ingerina, impudenti genio atque indole, logothetæ atque Augustæ vehementer exosa. Eam ob rem ei copulant Eudociam Decapolitæ filiam, quacum corollis nuptialibus donatur in S. Stephani, quæ est in Daphne. Stratus in Magnaura nuptialis thalamus; acceptus epulis senatus in novemdecim accubitis.

7. Haud multo post buccellariorum dux equum adduxit imperatori animosum ac strenuum. Cumque hunc Circensibus subjugare vellet, in animo habebat ut dentes viseret, quorum indicio equorum ætas dignoscitur ac indoles, qualis est. Equo au-

C tem ferociente et subsultante, ægre rem ferebat imperator, cum nemo esset ea ingenii dexteritate ac peritia qua equum posset ad mansuetudinem traducere aut saltem tenere. Dum igitur moleste ferret, præsensque Theophilitzes esset, ait: *Habeo, domine*, **817** *adolescentem artis equorum expertissimum strenuissimumque, qualem majestas tua desiderat, Basilium nomine*. Quem cum imperator confestim præsto esse jussisset, missus est cubicularius ad portam ferream, inventumque Basilium omni festinatione ad imperatorem adduxit. Is vero una manu prehenso freno, alteraque equi aure arrepta, ad pecudis ipsum mansuetudinem tra-

D duxit. Ea re recreatus imperator ac obsequio delinitus Andreæ hetæriarchæ Basilium tradidit, ut inter fœderatos mereret ac equis operam navaret.

8. Operæ pretium vero duxi de eodem Basilio narrare, quomodo sit educatus et unde profectus, usquedum talis oblata occasio est. Basilius in Macedonia nascitur, in agro Adrianopolitano, Michaele Rancabe, Ignatii patriarchæ patre, imperatore, Nicephori imperatoris genero, ejus sibi copulata filia Procopia. Eo imperii clavum tenente Crumus Bulgarorum princeps adversus Christianos egressus est; fusoque ac fugato Michaele, atque Leone Armenio in eum arrepta tyrannide in seque trans-

VARIÆ LECTIONES.

[78] ἀκκουβίτου P.

lato imperio, ipsum pone insecutus Crumus urbem obsidione cinxit, lanceaque percussus a Leone Armenio, reversusque in Bulgariam, misit ad S. Mamantis, qui æneas illic statuas auferrent. Profectus vero etiam Adrianopolim urbem cepit, transtulitque decem millia virorum, non numeratis feminis, eisque trans Danubium sedes assignavit. In diebus **818** autem Theophili imperatoris erat in Macedonia magister militiæ Cordules nomine. Habebat vero etiam filium Bardam nomine, virili admodum fortitudine ac strenuum, quem reliquit ut vice sui Macedonibus cum imperio trans Danubium positis præesset. Is arte quadam ac machina ingressus est ad Theophilum, quemadmodum illic superius scriptum est. Eo gratissime suscepto, cognitoque quid vellet animus, missa navigia sunt, quæ illos assumptos in urbem reducerent. Erat porro Bulgariæ princeps Baldimer, Crumi nepos, pater Symeonis, qui postea rerum potitus est.

9. Consilium itaque iniit populus, ut cum uxoribus atque liberis in Romanæ ditionis loca egrederentur. Egresso vero Michaele Bulgaro in Macedoniam, cœperunt trajicere cum suis facultatibus. Quo cognito comes ipse trajecit, ut eis bellum inferret. Spe itaque anxii Macedones caput sibi præfecerunt Tzantzem et Cordulem; pugnaque congressi multam hostium dederunt stragem: capti etiam nonnulli. Cum autem non possent Bulgariam trajicere, ad Ungros confluxerunt, narrata illis sua omni ac Macedonum fortuna. Sed et missa ab imperatore navigia, quæ in urbem eos susceptura essent, venere. Confestim igitur Unni innumerabili turba apparuerunt. At illi, iis visis, cum lacrymis clamare: *Deus sancti Adriani, auxiliare nobis;* bellique signa contulere. Ad quos Turci dixere: *Date nobis omnem vestram substantiam,* **819** *et proficiscimini quo vultis.* Id tamen ut præstarent in animum minime induxerunt, sed triduo instructa acie sub armis steterunt; quarta autem die in navigia ingredi cœpere. Quo viso Turci pugna congressi sunt ab hora septima ad vesperam; versosque eos in fugam persecuti sunt Macedones. In crastinum autem, cum vellent recedere, apparuerunt rursus Turci ut aciem conferrent. Surgens vero Macedonum junior Leo nomine, ex Gomostorum familia, qui postea agminis fœderatorum princeps fuit, aliique Macedonum viri inclyti, hostes fuderunt fugaruntque, ac reversi naves conscenderunt atque ad imperatorem sese receperunt: a quo magnifice suscepti in Macedoniam, patriam suam, reversi sunt. Erat Basilius annos circiter viginti quinque natus. Patriæque redditus adhæsit Macedoniæ prætori Tzantzæ nomine, ut ei serviens in ejus obsequio esset. Nec ab eo frugis aliquid consecutus ad auream usque portam in urbem profectus est. Ingressusque, fessus ex itinere (erat enim dies dominicus, et sol ad

A ἐλθὼν ὄπισθεν αὐτοῦ ὁ Κροῦμος περιεκύκλωσε τὴν πόλιν. Λογχευθεὶς δὲ παρὰ Λέοντος τοῦ Ἀρμενίου καὶ ὑποστρέφων ἐν Βουλγαρίᾳ ἔπεμψεν εἰς τὸν Ἅγιον Μάμαντα ἀφελεῖν τὰ ἐκεῖσε χαλκᾶ ζώδια. Ἀπελθὼν δὲ καὶ ἐν Ἀδριανουπόλει παρέλαβεν αὐτὴν, καὶ μετέστησε χιλιάδας ἀνδρῶν δέκα χωρὶς γυναικῶν, καὶ τούτους κατῴκισε πέραν τοῦ Δανουβίου. Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις Θεοφίλου τοῦ βασιλέως ἦν στρατηλάτης ἐν Μακεδονίᾳ Κορδύλης προσαγορευόμενος. Εἶχε δὲ καὶ υἱὸν Βάρδαν ὀνόματι, ἠνδρειωμένον πάνυ, ὃν κατέλιπεν ἀντ' αὐτοῦ ἄρχειν τῶν Μακεδόνων τῶν ὄντων πέραν τοῦ ποταμοῦ Δανουβίου. Αὐτὸς δὲ μετὰ μηχανῆς τινος εἰσῆλθε πρὸς Θεόφιλον, καθὰ ἐκεῖσε προεγράφη. Ὃν ὑποδεξάμενος χαίρων, καὶ γνοὺς ὃ θέλει, ἀπέστειλε πλοῖα ἀναλαβέσθαι αὐτοὺς καὶ B ἀναγαγεῖν ἐν τῇ πόλει. Ἦν δὲ ἄρχων Βουλγαρίας ὁ Βαλδίμερ, ἔγγονος Κρούμου, πατὴρ Συμεῶνος τοῦ μετὰ ταῦτα κρατήσαντος.

θ'. Ἐποίησεν οὖν βουλὴν ὁ λαὸς σὺν γυναιξὶν καὶ τέκνοις ἐξελθεῖν ἐν Ῥωμανίᾳ. Ἐξελθόντος δὲ τοῦ Μιχαὴλ Βουλγάρου ἐν Θεσσαλονίκῃ, ἤρξαντο διαπερᾷν σὺν ταῖς ὑποστάσεσιν αὐτῶν. Μαθὼν δὲ ὁ κόμης [P. 531] τοῦτο ἀντεπέρασε πολεμήσων αὐτούς. Ἀπογνόντες οὖν οἱ Μακεδόνες ἐποίησαν κεφαλὴν αὐτῶν τόν τε Τζάντζην καὶ τὸν Κορδύλην, καὶ συμβαλόντες πόλεμον ἀπέκτειναν [79] πολλοὺς, τινὰς δὲ ἐκράτησαν. Οἱ δὲ μὴ δυνηθέντες περᾶσαι Βουλγαρίαν προσερρύησαν τοῖς Οὔγγροις καὶ [80] ἀνήγγειλαν αὐτοῖς C πάντα τὰ τῶν Μακεδόνων. Ἦλθον δὲ καὶ τὰ πλοῖα τοῦ βασιλέως πρὸς τὸ ἀναλαβέσθαι αὐτοὺς πρὸς τὴν πόλιν. Παρευθὺ οὖν ἀνεφάνησαν Οὖννοι πλῆθος ἄπειρον. Οἱ δὲ ἰδόντες αὐτοὺς μετὰ δακρύων ἐβόων λέγοντες· *Ὁ Θεὸς τοῦ ἁγίου Ἀδριανοῦ, βοήθει ἡμῖν*, καὶ παρετάσσοντο πρὸς συμβολὴν πολέμου. Οἱ δὲ Τοῦρκοι εἶπον πρὸς αὐτούς· *Δότε ἡμῖν τὴν ὕπαρξιν ὑμῶν πᾶσαν, καὶ ἀπέλθετε ἔνθα καὶ βούλεσθε.* Οἱ δὲ τοῦτο [81] οὐ κατεδέξαντο, ἀλλὰ παρατεταγμένοι ὑπῆρχον ἐν τρισὶν ἡμέραις. Τῇ δὲ τετάρτῃ ἤρξαντο εἰσέρχεσθαι εἰς τὰ πλοῖα αὐτῶν. Θεασάμενοι δὲ τοῦτο οἱ Τοῦρκοι συνέβαλον πόλεμον ἀπὸ ὥρας πέμπτης μέχρις ἑσπέρας· καὶ τραπὲν τὸ ἔθνος, κατεδίωκον αὐτοὺς οἱ Μακεδόνες. Καὶ τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ βουλομένων αὐτῶν ὑποχωρῆσαι, D ἀνεφάνησαν πάλιν Οὖννοι πρὸς τὸ πολεμῆσαι αὐτούς. Ἀναστὰς δὲ Μακεδόνων νεώτερος, Λέων ὀνόματι, ἐκ γένους τῶν Γωμοστῶν, ὃς μετὰ ταῦτα γέγονεν ἑταιρειάρχης, καὶ ἕτεροι ὀνομαστοὶ τῶν Μακεδόνων, ἔτρεψαν αὐτοὺς καὶ ἐξήλασαν· καὶ ὑποστρέψαντες εἰσῆλθον εἰς τὰ πλοῖα, καὶ ἀπεσώθησαν πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ φιλοτιμηθέντες παρ' αὐτοῦ ὑπέστρεψαν εἰς Μακεδονίαν, εἰς τὴν ἰδίαν χώραν αὐτῶν. Ἦν δὲ τότε Βασίλειος ὡς εἶναι τὰ ἔτη αὐτοῦ κε'. Ἀποκατασταθεὶς δὲ ἐν τῇ ἰδίᾳ χώρᾳ προσεκολλήθη δουλεύειν στρατηγῷ Μακεδονίας τῷ λεγομένῳ Τζάντζῃ. Καὶ μηδὲν παρ' αὐτοῦ ὠφεληθεὶς ἦλθεν ἐν τῇ πόλει μέχρι τῆς Χρυσῆς πόρτης. Εἰσελθὼν κεκοπιωμένος

VARIÆ LECTIONES.

[79] ἀπέκτεινον P. [80] καὶ om. P. [81] τοῦτο] ποῦ τε P.

ἐκ τῆς ὁδοιπορίας (Κυριακὴ γὰρ ἦν, καὶ ὁ ἥλιος A πρὸς δυσμὰς) ἀνεκλίθη ἐν τοῖς πεζουλίοις τοῦ Ἁγίου Διομήδους. Καθολικὴ γὰρ ἦν τότε ἡ ἐκκλησία, ἔχουσα προσμονάριον ὀνόματι Νικόλαον. Τῇ δὲ νυκτὶ ἐκείνῃ ἐκάλεσεν ἡ θεία φωνὴ τὸν προσμονάριον, λέγουσα· *Ἐγερθεὶς εἰσάγαγε εἰς τὸ εὐκτήριον τὸν βασιλέα.* Ὁ δὲ ἐγερθεὶς οὐδένα εὗρε πλὴν αὐτὸν τὸν Βασίλειον κείμενον ὡς πένητα, καὶ ἐπιστραφεὶς ἔπεσεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ κοίτην. Πάλιν οὖν ἐκ δευτέρου ἦλθεν αὐτῷ ἡ τοιαύτη φωνή. Ὁ δὲ ἐξελθὼν καὶ κατασκοπήσας καὶ μηδένα εὑρὼν ἐπιστραφεὶς ἔκλεισε τὸν πυλῶνα καὶ ἀνέπεσε. Καὶ εὐθέως μετὰ ῥομφαίας τις δέδωκεν αὐτῷ εἰς τὴν πλευρὰν, λέγων· *Ἐξελθὼν εἰσάγαγε ὃν βλέπεις ἔξωθεν τοῦ πυλῶνος κείμενον. Οὗτός ἐστιν ὁ βασιλεύς.* Ἐξελθὼν οὖν μετὰ σπουδῆς σύντρομος, καὶ [P. 552] εὑρὼν B Βασίλειον μετὰ τῆς πήρας καὶ ῥάβδου, εἰσήγαγεν ἔσωθεν τῆς ἐκκλησίας· καὶ τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ ἀπελθὼν μετ' αὐτοῦ εἰς τὸ λουτρὸν ἔλουσεν αὐτὸν καὶ ἤλλαξε, καὶ ἐλθὼν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐποίησεν ἀδελφοποίησιν, καὶ συνευφραίνοντο ἀλλήλους.

ι'. Ὁ δὲ αὐτὸς Νικόλαος εἶχεν ἀδελφὸν ἰατρὸν, ὃς ἐδούλευε τῷ Θεοφιλίτζῃ. Ἐλθὼν δὲ καὶ κατὰ τύχην ὁ ἰατρὸς πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἰδὼν τὸν Βασίλειον καὶ θαυμάσας τὸ μέγεθος καὶ τὴν ἀνδρίαν αὐτοῦ, εἶπε πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ· « Πόθεν ἐστὶν οὗτος; » Ὁ δὲ ἀναγγέλλει αὐτῷ πάντα, καὶ παρήγγειλε φυλάξαι τὸ μυστήριον. Καθεζομένου δὲ τοῦ ἰατροῦ ἐπὶ τραπέζης μετὰ τοῦ Θεοφιλίτζη, καὶ τούτου καθ' ἑαυτὸν ἀναλογισαμένου καὶ εἰπόντος, ὅτι « Ἤθελον εὑρεῖν C ἄνθρωπον ἐπιτήδειον εἰς τοὺς ἐμοὺς ἵππους, » ἀναστὰς ὁ ἰατρὸς εἶπεν αὐτῷ περὶ τῆς ἀνδρίας τοῦ Βασιλείου καὶ ὅτι « Τοιοῦτός ἐστιν οἷον ἐπιποθεῖς καὶ ζητεῖς. » Ἀποστείλας οὖν μετὰ σπουδῆς ἤγαγεν αὐτόν. Θεασάμενος οὖν αὐτὸν ἐπιάγουρον καὶ μεγάλην κεφαλὴν ἔχοντα ἐπέθηκεν αὐτὸν Κεφαλᾶν, καὶ δέδωκεν τοῦτον τοῦ δουλεύειν τοὺς ἵππους αὐτοῦ. Ὡς οὖν προείρηται, διὰ τοιαύτην αἰτίαν δέδωκεν αὐτὸν ὁ Θεοφιλίτζης Μιχαὴλ τῷ βασιλεῖ. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν αὐτὸν Βασίλειον εἰσαγαγὼν εἶπε τῇ μητρὶ αὐτοῦ ὡς χαιρόμενος· *Δεῦρο ἴδε, μῆτερ, οἷον ἀγουρον νῦν ἐπελαβόμην.* Ἡ δὲ ἐξελθοῦσα καὶ ἰδὼν αὐτὸν ἀπεστράφη, εἰποῦσα τῷ υἱῷ αὐτῆς· *Οὗτός ἐστι, τέκνον μου, ὁ μέλλων ἀφανίσαι τὸ γένος ἡμῶν.* Ὁ δὲ οὐδαμῶς ἐπείσθη τῇ μητρὶ αὐτοῦ ἢ ἤκουσεν αὐτῇ. D

ια'. Ἐτελεύτησε δὲ ὁ ἐν ἁγίοις πατριάρχης Μεθόδιος, καὶ χειροτονεῖται ἀντ' αὐτοῦ Ἰγνάτιος ὁ υἱὸς Μιχαὴλ κουροπαλάτου. Τῶν δὲ Βουλγάρων ἐπιδρομὰς ποιούντων ἐν Θρᾴκῃ καὶ Μακεδονίᾳ καὶ ληϊζομένων τὰ τοιαῦτα θέματα, ἡ Θεοδώρα ταξατιῶνα ἐποίησεν, οἳ ἐκ τῶν κάστρων ἐπιτιθέμενοι Βουλγάροις, σποράδην καὶ κατ' ὀλίγους κουρσεύοντες, ἐφόνευον τούτους καὶ ᾐχμαλώτιζον, ὥστε ὑποσταλῆναι τοὺς Βουλγάρους ἐν τῇ ἰδίᾳ χώρᾳ.

ιβ'. Βάρδας δὲ ὁ Καῖσαρ ἐφιλιώθη Δαμιανῷ πατρικίῳ καὶ παρακοιμωμένῳ. Ὁ δὲ τὸν βασιλέα κρατήσας ἔπεισε τοῦ εἰσαγαγεῖν τὸν Βάρδαν ἐν τῇ πόλει· ὃς διὰ δώρων τοὺς βασιλέως οἰκείους διαδεξάμενος ἅμα τῷ παρακοιμωμένῳ ὡρίσθη προέρχεσθαι εἰς τὸ

occasum vergebat) in S. Diomedis vestibulo ad quietem sese reclinavit. Nimirum erat tunc viris feminisque addicta ecclesia, mansionarium habens Nicolaum. Nocte autem illa præcepit divina vox mansionario, dicens: *Surge, induc in oratorium imperatorem.* Surgens vero neminem reperit præter Basilium **820** jacentem pauperis habitu. Reversusque in lectum sese jactavit. Rursus itaque secunda vice ad eum venit ejusmodi vox; egressusque circumspiciens, nemineque invento, reversus clauso vestibulo recubuit. Moxque pungens gladio lateri ait quidam: *Egressus introducito quem in atrio jacentem vides: ipse est imperator.* Egressus itaque cum festinatione tremebundus, offendensque Basilium cum pera et baculo, in ecclesiam ingredi jussit. Vadensque postridie cum eo ad balnea lavit vestesque mutavit; veniensque in ecclesiam spiritalem cum eo fraternitatem iniit, seque mutuo recreabant ac collætabantur.

10. Erat autem Nicolao frater medicus, artis obsequio merens Theophilitzi. Convenit forte fortuna medicus fratrem; conspectoque Basilio, ejusque proceritatem ac robur miratus, fratrem suum rogat undenam iste esset. Nuntiavitque ei omnia, et jussit ut secretum servaret. Sedente vero ad mensam medico cum Theophilitze, eoque secum reputante atque dicente velle se hominem idoneum, qui suis equis operam daret, surgens medicus Basilii ei vires elocutus est, esseque virum ejusmodi qualem is expeteret ac quæritaret. Mittens itaque cum festinatione eum induxit. Videns itaque robustum juvenem ac confertum, prægrandi hominem capite, Cephalæ nomen tribuit, atque equitiis sui obsequiis mancipavit. Ea igitur occasione et per eam causam, uti dictum est, Theophilitzes Basilium tradidit **821** Michaeli imperatori. Imperator vero eumdem inducens Basilium, velut gratulans dixit matri suæ: *Veni, vide, mater mea, qualem nunc juvenem robustum repererim.* Egressa illa, eoque conspecto, pedem retulit, dicens filio suo: *Hic est, fili mi, qui genus nostrum ac familiam deleturus est.* Nihil tamen ille matri credidit aut ei morem gessit.

11. Obiit vero sanctus patriarcha Methodius, et in illius locum subrogatur et ordinatur Ignatius, Michaelis curopalatæ filius. Bulgaris autem Thraciam et Macedoniam excursionibus vastantibus easque provincias deprædantibus, Theodora militum præsidia coegit; qui ex castris in Bulgaros irruentes, sparsim et scorsim hos aggressi vel interfecerunt vel in captivitatem abduxerunt, cæteris Bulgaris patriam repetere coactis.

12. Bardas Cæsar amicitia junctus est cum Damiano patricio sacrique cubiculi intimo præposito; isque imperatoris compos effectus auctor illi est ut Bardam in urbem inducat; datisque muneribus iis qui ex aula essent imperatorisque neces-

sariis, una cum accubitore expugnatis, constitutum A est ut in palatium accessum haberet. Conciliato vero etiam Theophane protovestiario, tanquam viro fortissimo, cognomento Phargano, consilium incunt cum Damiano necandi Theoctistum, sic vulgo dictum, caniclio præfectum. Imperator quoque in eam sententiam a Damiano inductus annuit et ipse ut res faceret. Dicebat enim Bardas **822** Damiano : *Quandiu Theoctistus cum Augusta versabitur, nunquam imperator rerum potietur regiique culminis potestate fulgebit.* Profectus vero ex more Theoctistus ad Areobindi balnea, tumque ad secretariorum curiam veniens, oblatos libellos ac suggestiones tenens, in Lausiacum ingressus est; B atque huc illuc jactans oculos Bardam cum fastu sedentem videret, turbatusque valde ait : *Si ad Augustam semel ingressus fuero, eum rursus fugabo et ejiciam.* Ingredienti autem illi in horologium in occursum venit Michael cum Damiano, nec eum ad Augustam ingredi passi sunt, sed cum ira libellos explicare et coram Michaele legere jusserunt. Cumque rem volens nolens fecisset, referre pedem ac retroexire coactus est. Is porro amare flens lamentansque ac quiritans exivit. Occurrit Bardas in Lausiaco, ejusque genas cædere ac capillos ipsius vellere cœpit. Videns autem excubiarum drungarius Maniaces, exsurgens Bardæ contradicebat, ne logothetam cæderet. Hi enimvero virum contrucidant, membratimque concidunt ad locum Scytha, C immanium in eo bestiarum crudelitate ac feritate exhibita.

13. Id ubi Theodora ex papia cognovit, egressa adversus Michaelem, ut par erat, reliquosque qui cædem patraverant, indignabunda excanduit. Cumque imperator nullum non moveret lapidem ut matrem placaret, nullum illa admittebat lenimen aut iram remittebat, ulliusve capax consolationis erat : sed quasi marinus fluctus, nihil lenior fiebat **823** aut obsequebatur. Quapropter, quemadmodum animum sensumque ac voluntatem, sic et personam operationemque imperator mutans, tot eam modis affligere eique molestus ingruere studebat, quot prius delinire atque fovere simulabat. Atque D adeo sorores Theclam, Anastasiam et Annam aula ejicit, Pulcheriam vero, uti matri prædilectam, in monasterium Gastria dictum misit; tumque brevi post, omnes una conflans, monastico indutas habitu in monasterio Gastria, coma multavit.

14. Porro senatu acclamante unus ipse rerum potitur, Bardamque magistrum creat ac legionum domesticum. Cumque mater non conciliaretur, quibus eum modis affligebat, et ob injustam Theoctisti cædem animo saucia, implacabilis inter eos erat inimicitia. Hancque adeo ipsam aula deturbans ad monasterium Gastria amandat. Illa nimio mœrore mente obruta, ac præ stupore sanis rationibus

A παλάτιον. Οἰκειωσάμενος δὲ καὶ τὸν Θεοφάνην πρωτοβεστιάριον ὡς ἠνδρειωμένον, τὸν ἐπιλεγόμενον [P. 533] Φάργανον, βουλὴν ποιοῦσι μετὰ Δαμιανοῦ τοῦ ἀνελεῖν Θεόκτιστον τὸν οὕτω συνήθως ἐπὶ τοῦ κανικλείου λεγόμενον. Πεισθεὶς δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς ὑπὸ τοῦ Δαμιανοῦ ἐπὶ τούτῳ συνῄνεσε καὶ αὐτὸς γενέσθαι τοῦτο· Ἔλεγε γὰρ ὁ Βάρδας Δαμιανῷ, ὅτι *Ἕως ἐστὶ Θεόκτιστος μετὰ τῆς Αὐγούστης, οὐκ ἄρξει οὐδὲ ἐξουσιάσει ποτὲ ὁ βασιλεύς.* Ὁ δὲ Θεόκτιστος ἀπελθὼν ἐν τῷ λούσματι τῶν Ἀρεοβίνδου, ὡς ἔθος ἦν αὐτῷ, εἶτα ἐλθὼν εἰς τὰ ἀσηκρητεῖα, κρατῶν τὰς ἀναφορὰς εἰσῆλθεν εἰς τὸ Λαυσιακόν. Καὶ περιβλεψάμενος εἶδε Βάρδαν καθεζόμενον B ἔμπρακτον· καὶ ταραχθεὶς σφοδρῶς ἔφη, ὅτι *Ἐγὼ εἰσελθὼν εἰς τὴν Αὐγοῦσταν πάλιν ἐκδιώκω αὐτόν.* Εἰσελθόντος δὲ αὐτοῦ εἰς τὸ Ὡρολόγιον, προϋπήντησεν αὐτῷ Μιχαὴλ ἅμα Δαμιανῷ καὶ οὐκ εἴασαν εἰσελθεῖν πρὸς Θεοδώραν, ἀλλ' ἐκελεύσθη μετ' ὀργῆς ἀνοῖξαι τὰς ἀναφορὰς καὶ ἀναγνῶναι ἔμπροσθεν αὐτοῦ. Ἄκοντα δὲ τοῦτο ποιήσαντα ἀντέστρεψεν αὐτὸν εἰς τοὐπίσω ἐξελθεῖν. Ὁ δὲ πικρῶς δακρύων καὶ ὀλοφυρόμενος ἐξῆλθε. Συνήντησε δὲ αὐτῷ Βάρδας εἰς τὸ Λαυσιακὸν, καὶ ἤρξατο κατὰ κόρρης παίειν αὐτὸν καὶ τίλλειν τὰς τρίχας αὐτοῦ. Ἰδὼν δὲ ὁ δρουγγάριος τῆς βίγλης ὁ Μανιάκης ἀναστὰς ἀντέλεγε τῷ Βάρδᾳ· « Μὴ τύπτε τὸν λογοθέτην. » Οἱ δὲ σφάζουσιν αὐτὸν καὶ μεληδὸν κατακόπτουσιν εἰς τὸ Σκύθη, θηρῶν ὠμότητα καὶ ἀγριότητα ἐνδειξά- C μενοι.

ιγ'. Τοῦτο μαθοῦσα παρὰ τοῦ παπίου Θεοδώρα, ἐξελθοῦσα κατὰ τοῦ Μιχαὴλ, ὡς εἰκὸς, ἠγανάκτησε, καὶ τῶν λοιπῶν οἳ τὸν φόνον κατειργάσαντο. Καὶ τοῦ βασιλέως παντὶ τρόπῳ μηχανωμένου τὴν μητέρα ἐξιλεώσασθαι αὐτὴ ἀπαρηγόρητος ἔμεινε, μήτε τὴν ὀργὴν ἀφιεμένη μήτε παραμυθουμένη τισὶν, ἀλλ' ὡς κλύδων θαλάσσιος νουθετουμένη παρηγορεῖτο [81] καὶ κατεπείθετο. Ὅθεν μεταβαλὼν ὁ βασιλεὺς, ὥσπερ τὴν ψυχὴν καὶ τὴν γνώμην, οὕτω δὴ καὶ τὸ σχῆμα καὶ τὴν ἐνέργειαν, τοσούτοις τρόποις λυπεῖν αὐτὴν κατεπείγετο ὅσοις πρὸ τοῦ θεραπεύειν ἐσχη- D ματίζετο. Καὶ δὴ τὰς μὲν ἀδελφὰς αὐτοῦ, Θέκλαν, Ἀναστασίαν καὶ Ἄνναν, ἐξωθεῖ τοῦ παλατίου, καταγαγὼν εἰς τὰ Καριανοῦ, Πουλχερίαν δὲ ὡς ἠγαπημένην τῇ μητρὶ ἀπέστειλεν ἐν τῇ μονῇ τῶν Γαστρίων. Εἶθ' οὕτως [82] μετ' ὀλίγον ἑνώσας πάσας ἐν τῇ μονῇ τῶν Γαστρίων ἀπέκειρεν, περιβαλὼν αὐτὰς τὸ μοναδικὸν σχῆμα.

ιδ'. Ὑπὸ δὲ τῆς συγκλήτου εὐφημισθεὶς μόνος αὐτοκρατορεῖ, καὶ προβάλλεται Βάρδαν μάγιστρον [P. 534] καὶ δομέστικον τῶν σχολῶν. Μὴ διαλλαττομένης δὲ τῆς [83] μητρὸς αὐτοῦ δι' ἃ ἐλύπει αὐτὴν καὶ τὴν ἄδικον σφαγὴν Θεοκτίστου, ἔχθρα ὑπῆρχεν ἀναμεταξὺ αὐτῶν ἄσπονδος. Ὁ δὲ καὶ ταύτην τοῦ παλατίου καταγαγὼν εἰς τὸ μοναστήριον τὰ Γαστρία καὶ αὐτὴν ἀποστέλλει. Ἥτις ἀθυμίᾳ μετεωρισθεῖσα

VARIÆ LECTIONES.

[81] οὐ παρηγορεῖτο margo P. [82] Legebatur οὕτω;. [83] τῆς om. P.

τὸν νοῦν, καὶ ὑπὸ ἐκπλήξεως ἀφαιρεθεῖσα καὶ τὸ A φρονεῖν, ἀνάξια ἑαυτῆς κατασκευάζει, βουλὴν κατὰ Βάρδα βουλευομένη, σὺν πολλοῖς καὶ ἄλλοις σχοῦσα κοινωνὸν καὶ τοῦ βασιλέως τὸν πρωτοστράτορα, ὅπως ὑποστρέφοντα Βάρδαν ἀπὸ τοῦ προαστείου αὐτοῦ τοῦ Κοσμιδίου ἀναιρήσωσιν αὐτόν. Ὧν ἡ μελέτη πρὸ τοῦ ἔργου φανερωθεῖσα κατ' ἐκείνων τῶν μελετησάντων τὸ κακὸν ἐξενήνοχε· φωραθέντες γὰρ καὶ κατασχεθέντες ἐν τῇ σφενδόνῃ τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν. Καὶ προβάλλεται Μιχαὴλ τὸν Βασίλειον ἀντὶ τοῦ τελευτήσαντος πρωτοστράτορα, ὁμοίως καὶ Βάρδαν τὸν θεῖον αὐτοῦ κουροπαλάτην.

ιε'. Ἔπεσε τότε κόνις ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατενεχθεῖσα ἐπὶ τοὺς κεράμους αἱματώδης πλήρης· καὶ πολλοὶ εὕρισκον λίθους ἐν ταῖς ὁδοῖς ἢ κήποις ἐρυθροὺς ὡς αἷμα. Προβάλλεται δὲ Μιχαὴλ Ἀντίγονον τὸν υἱὸν B Βάρδα δομέστικον τῶν σχολῶν. Τὸν δὲ ἕτερον υἱὸν αὐτοῦ δοὺς γυναῖκα, εἰς ἣν καὶ ἐλοιδορεῖτο, προβάλλεται μονοστράτηγον τῶν Δυτικῶν. Συντόμως δὲ αὐτοῦ τελευτήσαντος, τῇ δὲ τοῦ διακαινησίμου προβάλλεται Μιχαὴλ Βάρδαν τὸν θεῖον αὐτοῦ Καίσαρα· ὃς ἐπὶ ἅρματος πορευθεὶς ἔδωκεν ὑπατείαν τῇ μέσῃ.

ις'. Ἐξῆλθε δὲ ὁ Ἄμερ, καὶ κατῆλθε μέχρι Σινώπης, ληϊσάμενος πάντα τὰ τῶν Ῥωμαίων· καὶ ὑπέστρεψε μὴ καταληφθεὶς ὑπὸ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατοῦ. Ἐκστρατεύσας δὲ Μιχαὴλ ἅμα Βάρδᾳ Καίσαρι κίνησιν ποιεῖ κατὰ Μιχαὴλ ἄρχοντος Βουλγαρίας διά τε γῆς καὶ θαλάσσης, μαθὼν τὸ τῶν Βουλγάρων ἔθνος λιμῷ τήκεσθαι. Οἱ δὲ Βούλγαροι τοῦτο μαθόντες ὡς ἦχον βροντῆς ὑπεκλίθησαν καὶ πρὸ τῶν ἀγώνων καὶ τῆς C μάχης περὶ τῆς νίκης ἀπέγνωσαν, καὶ Χριστιανοὶ γενέσθαι καὶ ὑποτάττεσθαι τῷ βασιλεῖ καὶ Ῥωμαίοις ᾐτήσαντο. Ὁ δὲ Μιχαὴλ τὸν μὲν ἄρχοντα αὐτῶν βαπτίσας καὶ δεξάμενος ἐπέθηκεν αὐτὸν τὸ αὐτοῦ ὄνομα, τοὺς δὲ μεγιστᾶνας αὐτοῦ ἐν τῇ πόλει ἀγαγὼν ἐβάπτισεν αὐτούς, ἔκτοτε γενομένης εἰρήνης βαθείας.

ιζ'. Τὸν δὲ Ἄμερ ἐξελθόντα κατὰ Ῥωμανίας στρατηλάτης ὢν τῆς Ἀνατολῆς Πετρωνᾶς καὶ Νάσαρ τῶν βουκελλαρίων, [P. 535.] λοχήσαντες τὴν τῆς ὑποστροφῆς αὐτοῦ συναντῶσιν αὐτῷ εἰς τὸν Λαλακάωνα, καὶ συμβολῆς γενομένης τρέπουσιν Ἄμερ, καὶ φυγῇ χρησάμενον καταδιώκει αὐτόν τις τῶν κομήτων, καὶ τούτου τὴν κεφαλὴν ἄρας ἤγαγε Πετρωνᾷ τῷ στρατ- D ηλάτῃ. Εἰσελθόντες δὲ οἱ στρατηγοὶ μετὰ ἐπινικίων ἐθριάμβευσαν ταῦτα ἐν τῷ ἱππικῷ. Καὶ ἔκτοτε ἐγένετο εἰρήνη μεγάλη ἐν τῇ Ἀνατολῇ διὰ τὴν τοῦ Ἄμερ σφαγήν.

ιη'. Καὶ ἄλλων μὲν οἱ πόνοι καὶ τὰ κατὰ τῶν πολεμίων ἀνδραγαθήματα· ἡ δὲ τοῦ βασιλέως ἀγάπη πρὸς τὸν Βασίλειον ἐξέχυτο, καὶ τοῦτον μόνον εἶναι τὸν θεραπευτὴν αὐτοῦ.

ιθ'. Ἔκτισε δὲ Μιχαὴλ στάβλον τοῖς ἵπποις αὐτοῦ, κοσμήσας μαρμάροις καὶ ὑδάτων ἐπιῤῥοαῖς κατασκευάσας ὡραιότατον πάνυ. Καὶ τούτου τελεσθέντος, ἦν τις ἐν τῇ πόλει ὀνόματι Πέτρος λόγιος καὶ σκωπτικός, ὃν καὶ Πτωχομάγιστρον ἐκάλουν. Τοῦτον προσκαλεσάμενος Μιχαὴλ ἐν τῷ στάβλῳ ὑπ-

dejecta, haud satis ex sui ratione ac dignitate consilium init adversus Bardam, aliis quoque multis communi conjuratione, socium ipsum quoque imperatoris protostratorem habens. In eo conjuratio erat ut Bardam ex suburbano suo revertentem, cui Cosmidii nomen, interficerent. Detecta rei molitio, priusquam res præstaretur, adversus ipsos qui moliti essent avertit noxam. Deprehensi namque ac tenti in Circi funda capita posuerunt. Basilium 824 Michael exstincti loco prostratorem præficit; similiter etiam Bardam, avunculum suum, curopalatam.

15. Cecidit tunc pulvis e cœlo, delatus in tegulas ac lateres totus cruentus. Inventi a multis lapides in via aut hortis rubri coloris instar sanguinis. Michael Antigonum Bardæ filium scholarum domesticum præfecit. Alteri filiorum Bardas jungit conjugem, quacum malæ rei suspicio habebatur. Michael dominica post Pascha Bardam avunculum suum creat Cæsarem; qui curru vectus consularia per mediam urbem sparsit munera.

16. Egressus porro Amer Sinopem usque descendit, vastans omnia ac diripiens, quæ Romanæ essent ditionis; reversusque est, cum eum Romanus exercitus minime assecutus esset. Suscepta autem Michael cum Barda Cæsare expeditione motionem facit terra marique adversus Michaelem Bulgariæ principem, cum Bulgarorum gentem fame tabescere comperisset. Bulgari re audita haud secus ac tonitru perciti subfugerunt, ac ante certamina pugnamque omnem de victoria spem abjecerunt, Christianique fieri imperatorique subjici ac Romanis petierunt. Michael eorum principem baptizans, ejusque e sacro fonte susceptor, suo ex nomine Michaelem vocavit. Ejus vero proceres in urbem inductos perinde baptizavit. Quo ex tempore alta pax fuit.

825 17. Per id tempus, cum Amer adversus Romanam ditionem egressus esset, Petronas Asiaticorum militiæ magister et Nasar buccellariorum, illius in regressu obsidentes iter, in Lalacaone castra junxerunt, commissaque pugna Amerem in fugam vertunt: fugientem illum quidam comitum insequitur, ejusque tollens cervicem Petronæ magistro militiæ attulit. Ingressi urbem duces cum manubiis eos in Circo triumpho traduxerunt. Quo ex tempore pax magna in Oriente fuit ob eam Ameris cædem.

18. Ac quidem aliorum labores erant adversumque hostes fortia belli facinora; imperatoris vero dilectio in Basilium effusa erat, huncque unum sui cultorem ducebat.

19. Construxit Michael equis suis stabulum, marmoribus perornans aquarumque irriguis, elegantissimo opere fabricans. Quo absoluto, erat in urbe vir eruditus ac eloquio salsus, Petrus nomine quem Ptochomagistrum dicebant. Quo Michael in stabulum vocato ostendebat ei structæ ædis insul-

sum decorem ac elegantiam, ab eo inde laudem captans, dicensque sempiterna celebrandum se memoria, idcirco quod istud operis struxisset. Ad quem ille : *Justinianus Majorem exstruxit ecclesiam, ornans auro et argento pretiosisque marmoribus, nec ejus nunc memoria est. Tuque, imperator, structa stercorum domo ac equorum stabulo, eo nomine* **826** *celebri te fore memoria dicis?* Exspectata ille frustratus laude, itaque accensus, cæsum Ptochomagistrum tractumque ejicit.

20. Percrebescente fama de Barda Cæsare, commisceri eum fœdis amoribus cum nuru sua, audiens Ignatius patriarcha sæpe admonuit ab ejusmodi abscedere scelere, nec vulgo scandalum esse, qui virtutis exemplum et castæ vitæ esse deberet. Noluit ille saniorem mentem assumere. Ac vero cum aliquando sacra mysteria percepturus esset, repulit eum patriarcha, ut qui canonibus atque monitis morem non gereret. Bardas ira animo percitus monitorem ut improbum ac corruptorem ecclesia ejicit, ac quæ numerum superent, dirissimisque tormentis ut abdicare cogat virum, subjicit; cujus nihil expugnata constantia, ejus loco Photium patriarcham præfecit, eo tempore a secretis primi dignitate fulgentem ac eruditissimum valde.

20. Missus autem est ab imperatore Procopius, protovestiarius cum omnibus copiis ac legionibus occidentalibus, magistro militiæ bellique duce Eupraxio in Sicilia, et in Cephalenia Musulice, Dyrrachii vero Rhabducho, in Peloponneso autem Oniato et Apostyppo; multisque præclare ac bellica fortitudine gestis, quem dicebam, Procopius, ad extremum conserta pugna Apostyppe proditore cæsus est.

21. Porro Leo Salibaras Theodorum monachum Euchaitorum archiepiscopum Photio patriarchæ coram in conspectum adducit, commendatque ut virum religiosum et facientem prodigia ac prænoscendi futura charismate præditum. Photius vero illi ad imperatorem admissor efficitur, et ut præsentia fruatur. Cujus imperator recreatus congressu, quippe ex cujus cupiditatum ratione comparatus esset, in multo eum honore habebat. Mœsto igitur animo cum esset imperator filii sui Constantini occasu, præ nimia illa amoris vi qua eum prosequebatur, errore seducens vivum pollicetur eum se illi ostensurum; quod et fecit. Transeunti enim in quodam saltu imperatori phantasma quoddam ac spectrum, equo insidens, contexta auro chlamyde, in Constantini specie **846** ipsumque referens præsentatur, ipsisque conspexit oculis, ac circumfusus oscula dedit; quod ubi evanuerat, ipsum sic vidisse arbitrabatur, nec sibi quicquam dæmonis ullo astu obrepsisse. Quamobrem etiam constructo ibi monasterio S. Constantini titulum indidit.

VARIÆ LECTIONES.

[99] Ἀποστύππῃ?

22. His aliisque plurimis ex Apollonii arte apprime eruditus dictus Santabarenus multam sibi apud imperatorem fidem conciliavit.

23. Copulavit autem imperator Leoni imperatori Martinacii filiam; cui et corollas imposuit, celebratis nuptiis in Magnaura et in novemdecim accubitis.

24. Delatus vero crimine est Leo imperator apud patrem a Santabareno, nempe pugionem deferre, quo imperatori vellet necem inferre. Eum ille pugionem doloso consilio, ut sibi pararet, auctor Leoni exstiterat, et ut in caliga gestaret, dicens: *Patre tuo necessaria aliqua causa sæpius quærente gladium, quidni illi præbes?* Atque hoc fabricato Leo imperator, ac calumniose, uti dictum est, delatus, deprehensusque cultrum in caliga gestare, quidquid demum satisfactionis afferret, nihil audiebatur. Cæsus itaque verberibus est ejus protovestiarius Nicetas Elladicus, qui Romano imperatore papias fuit; aliique pariter multis malis subacti, in exsilium ejecti sunt. Imperator vero Leonem carcere tenens in triclinio cui Margaritæ nomen, cæcare luminibus volebat, nisi Photius patriarcha diu multumque rogans intercessisset una cum Zautza **847** Styliano, minoris tunc fœderatorum legionis comite. Mansit vero sic ab imperatoris conspectu exclusus menses tres, lugens ac ejulans; scriptaque ad imperatorem epistola ejus inflectere animam ac lenire studebat. Cumque imperator magnam fidem erga S. Eliam haberet, suum imperator Leoni conspectum in ejus memoria indulget. Facto autem processu, eo conspecto clamare populi ac factiones: *Gloria tibi, Deus!* Conversus vero imperator respondit eis: *Argumentum vobis assumitis divinæ laudis filium meum? ipso auctore multas habetis ærumnas ferre, diesque tristes ac permolestas percurrere.*

25. Delatus crimine Andreas legionum domesticus a Santabareno, quasi Leonis rebus studeret, ab imperatore gradu motus est, ejusque loco Stypiotes domesticus præfectus est. Profectusque cum exercitu Tarsum, suis omnibus desideratis, victus fususque est; rursusque Andreas domesticus præficitur ab imperatore.

26. Facta vero conjuratio est adversus imperatorem a Joanne Crocoa, qui domesticus esset agminis Icanatorum, nempe inclusi in Blachernis agentis vaticinio concito. Inter conjuratos multi senatorum atque procerum officialiumque ad sexaginta sex inventi sunt. Erat enim Michael fœderatorum comes Catudares, et Myxaris et Babutzicus ac reliqui. Talis igitur conjurationis nuntio ad imperatorem perlato a protovestiario Corcoa, tentis omnibus, egressus in Circum imperator, positoque

A κβ'. Τούτοις καὶ ἑτέροις πλείστοις, ὡς ἐκ τῶν Ἀπολλωνίου ἀκριβῶς μεμυημένος, ὁ λεγόμενος Σανταβαρηνὸς ἐποίησε τὸν βασιλέα πίστιν πολλὴν κεκτῆσθαι πρὸς αὐτόν.

κγ'. Ἠγάγετο δὲ ὁ βασιλεὺς Λέοντι τῷ βασιλεῖ θυγατέρα Μαρτινακίου, ἣν καὶ ἔστεψεν, ποιήσας τοὺς γάμους ἐν τῇ Μαγναύρᾳ καὶ ἐν τοῖς ιθ' ἀκουβίτοις.

κδ'. Ἐκατηγορήθη δὲ Λέων ὁ βασιλεὺς παρὰ Σανταβαρηνοῦ εἰς τὸν πατέρα αὐτοῦ ὡς ὅτι Μαχαίριον ἐπιφέρεται βουλόμενος ἀνελεῖν σε μετ' αὐτοῦ· ὅπερ αὐτὸς μαχαίριον διὰ δολίας συμβουλῆς ἐποίησε τὸν Λέοντα κατασκευάσαι καὶ φορεῖν ἐν τῷ τουβίῳ, εἰπὼν αὐτῷ ὅτι *Παλλάκις τοῦ πατρός σου ἐπιζητοῦντος μαχαίριον διὰ χρείαν τινὰ, ἵνα τί μὴ* B *δίδως αὐτῷ;* Καὶ τοῦτο κατασκευάσας Λέων ὁ βασιλεὺς, καὶ διαβληθεὶς, ὡς εἴρηται, καὶ φωραθεὶς ἐν τῷ τουβίῳ τοῦτο βαστάζων, πολλὰ περὶ τούτου ἀπολογούμενος οὐκ ἠκούετο. Ἐτυπτήθη οὖν Νικήτας ὁ Ἑλλαδικὸς ὁ πρωτοβεστιάρος αὐτοῦ, ὃς γέγονε παπίας ἐπὶ Ῥωμανοῦ βασιλέως, καὶ ἄλλοι μετ' αὐτοῦ πολλὰ δεινὰ πεπονθότες ἐξωρίσθησαν. Ὁ δὲ βασιλεὺς [P. 548] Λέοντα καθείρξας ἐν τῷ τρικλίνῳ τῷ Μαργαρίτου ἐβούλετο ἐκτυφλῶσαι αὐτὸν, εἰ μὴ Φώτιος πατριάρχης διὰ πολλῶν παρακλήσεων τοῦτο διεσκέδασεν, ἅμα Ζαούτζᾳ Στυλιανῷ μικρῷ ἑταιρειάρχῃ τότε ὄντι. Ἐποίησε δὲ ὑπὸ[1] ὄψεως μῆνας τρεῖς, θρηνῶν καὶ ὀδυρόμενος, καὶ δι' ἐπιστολῆς πολλὰ δυσώπει τὸν βασιλέα. Μεγάλην δὲ πίστιν τοῦ C βασιλέως ἔχοντος εἰς τὸν ἅγιον Ἠλίαν ἀποσυγχωρίζει Λέων ὁ βασιλεὺς εἰς τὸν ἅγιον Ἠλίαν ἐν τῇ μνήμῃ αὐτοῦ. Τῆς δὲ ἐλεύσεως[2] γενομένης ἰδόντες αὐτὸν οἱ λαοὶ ἐπεφώνησαν τὸ, *Δόξα σοι, ὁ Θεός!* Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀναστραφεὶς ἀπελογήσατο αὐτοῖς· *Δοξάζετε περὶ τοῦ υἱοῦ μου τὸν Θεόν; πολλὰς θλίψεις ὑπ' αὐτοῦ ἔχετε ὑπομεῖναι καὶ ἐπωδύνους ἡμέρας διελθεῖν.*

κε'. Κατηγορηθεὶς δὲ Ἀνδρέας δομέστικος τῶν σχολῶν παρὰ Σανταβαρηνοῦ ὡς τὰ Λέοντος φρονῶν διεδέχθη παρὰ τοῦ βασιλέως. Ἀντ' αὐτοῦ δὲ προεβλήθη δομέστικος ὁ Στυπιώτης· καὶ ἀπελθὼν μετὰ λαοῦ ἐν Ταρσῷ ἡττήθη καὶ πάντας ἀπώλεσε. Καὶ πάλιν προχειρίζεται Ἀνδρέας παρὰ τοῦ βασιλέως D δομέστικος.

κς'. Ἐγένετο δὲ συσκευὴ κατὰ τοῦ βασιλέως παρὰ Ἰωάννου τοῦ Κρόκα δομεστίκου ὄντος τῶν Ἰκανάτων, χρηματισθέντος παρὰ τοῦ ὄντος ἐν Βλαχέρναις ἐγκλείστου. Εὑρέθησαν δὲ πολλοὶ τῶν συγκλητικῶν καὶ ἀρχόντων, μέχρι τῶν ἑξήκοντα ἕξ. Ἦν γὰρ Μιχαὴλ ὁ ἑταιρειάρχης ὁ Κατουδάρης καὶ ὁ Μύξαρις καὶ ὁ Βαβούτζικος καὶ οἱ λοιποί. Τῆς γοῦν τοιαύτης ἐπιβουλῆς μηνυθείσης τῷ βασιλεῖ παρὰ πρωτοβεστιαρίου τοῦ Κόρκα, κρατηθέντων τε πάντων, ἐξελθὼν ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ καὶ

VARIÆ LECTIONES.

[1] ἀπὸ? [2] προελεύσεως.

καθεσθεὶς ἐκεῖσε καὶ ἀνακρίνας τὰ κατ' αὐτοὺς, πάντας τύψας καὶ κουρεύσας τὰς περιλειφθείσας τρίχας κατέκαυσε. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐξῆλθεν ἐν τῇ προελεύσει τοῦ Εὐαγγελισμοῦ, ὅτε καὶ τὴν ἐπιβουλὴν ἔμελλον ποιῆσαι. Περιεπάτουν δὲ ὄπισθεν αὐτοῦ γυμνοὶ μέχρι τοῦ φόρου δεδεμένοι, καθὼς διωρίσατο. Εἶθ' οὕτως πάντας δημεύσας ἐξώρισεν.

848 illic tribunali, eorum judicans causam, cunctis verberibus subjectis ac detonsis, qui reliqui essent eorum pilos combussit. Sic deinde solemni diei Annuntiationis pompa processit, quando et conjurationem erant expleturi. Ambulabant illi retro eum nudi vincti adusque forum, uti eis constituerat. Tum eorum publicatis bonis cunctos exsilio relegavit.

κζ'. Τοῦ δὲ βασιλέως ἐξελθόντος πρὸς τὸ κυνηγῆσαι, ἐλάφου ποθὲν ἀναφανέντος παμμεγέθους, ὡς αὐτὸν βασιλεὺς κατεδίωκεν, ἐπιστραφεὶς ὁ ἔλαφος ἦρε τὸν βασιλέα ἐκ τῆς ζώνης ἀπὸ τοῦ ἵππου. Φθάσας δέ τις καὶ τὴν σπάθην γυμνώσας, τὴν ζώνην ἐκκόψας τὸν βασιλέα ἐῤῥύσατο. Μετὰ δὲ τοῦ ἀποστραφῆναι ἐκέλευσε τὸν τὴν ζώνην αὐτοῦ ἀποτεμόντα ἀποτμηθῆναι τὴν κεφαλὴν ὡς [P. 549] γυμνώσαντα τὸ ξίφος κατ' αὐτοῦ, πολλὰ ἀπολογουμένου ὡς ὑπὲρ τῆς σωτηρίας αὐτοῦ τοῦτο πεποιηκέναι· ἀλλ' οὐδὲν ὠφέλησεν. Ἐκ δὲ τοῦ σπαραγμοῦ τῆς ἐλάφου νοσηλευθεὶς Βασίλειος τελευτᾷ, καταλιπὼν Λέοντα αὐτοκράτορα καὶ Ἀλέξανδρον.

27. Egresso autem imperatore ad venandum, cervo miræ magnitudinis nescio unde prodeunte, dum bestiam imperator insequitur, conversus cervus imperatorem e zona sublatum equo succussit. Lapsum quispiam occupans, nudato ense discissa zona, imperatorem liberavit. Postea vero cum reversus esset, ei qui zonam secarat, caput amputari præcepit, hoc dato crimini, quod in eum gladium nudasset. Cumque is multa excusaret, ut qui ejus salutis causa rem aggressus esset, nihil tamen operæ fecit. Ægrotans vero Basilius ex cervi illa succussione moritur, relictis imperatoribus Leone et Alexandro.

ΒΑΣΙΛΕΙΑ ΛΕΟΝΤΟΣ ΥΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ.

Τῷ ,ςτπς' ἔτει τοῦ κόσμου, τῆς δὲ θείας σαρκώσεως ωπς', ἐβασίλευσεν Λέων ὁ υἱὸς Βασιλείου ἔτη εἰκοσιπέντε, μῆνας ὀκτώ. Στέφανος δὲ ὁ αὐτοῦ ἀδελφὸς κληρικὸς ὢν καὶ σύγκελλος ἦν μετὰ Φωτίου πατριάρχου, ἀνατρεφόμενος παρ' αὐτοῦ καὶ παιδευόμενος. Ὁ δὲ αὐτὸς Λέων μετὰ τὸ αὐτοκρατορῆσαι ἀπέστειλεν Ἀνδρέαν στρατηλάτην μετὰ κηρῶν πολλῶν κληρικῶν τε καὶ συγκλητικῶν ἐν Χρυσοπόλει, καὶ ἐξήγαγεν Μιχαὴλ ἐκ τοῦ τάφου, καὶ ἔβαλεν ἐν γλωσσοκόμῳ κυπαρισσίνῳ· καὶ ἐπὶ κραβάτου θέντες καὶ σκεπάσαντες βασιλικῶς τε τιμήσαντες, μεθ' ὕμνων καὶ τιμῆς πολλῆς, ἑπομένων ἐκεῖσε καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ, ἤγαγεν εἰς τοὺς Ἁγίους Ἀποστόλους καὶ ἀπέθετο ἐν λάρνακι.

IMPERIUM LEONIS BASILII FILII.

Anno mundi 6386, divinæ incarnationis 886, imperavit Leo Basilii filius annos 25, menses 8. Stephanus vero ejus frater, qui clericus erat 849 ac syncellus, cum Photio morabatur, quem is educabat ac disciplinis instituebat. Leo itaque ubi rerum summam adeptus est, Andrea magistro militiæ cum multis cereis senatusque frequentia Chrysopolim misso, Michaelis corpus eduxit e tumulo, posueruntque in loculo cypressino, imponentes sandapilæ et operientes; regioque cultu honestantes, cum canticis multaque pompa ac honore, ipsis quoque ejus fratribus funus deducentibus, inde ad Sanctos Apostolos adduxerunt atque in urna posuerunt.

β'. Μετὰ ταῦτα ὁ βασιλεὺς ἀπέστειλεν Ἀνδρέαν δομέστικον τῶν σχολῶν ἅμα Ἰωάννῃ Ἁγιοπολίτῃ σοφωτάτῳ καὶ γεγονότι λογοθέτῃ τοῦ δρόμου· καὶ ἐν τῷ ἄμβωνι τῆς ἐκκλησίας ἀνελθόντες, τὰς τοῦ πατριάρχου Φωτίου αἰτίας ἀναγνόντες, τοῦτον τοῦ θρόνου κατήγαγον, καὶ περιώρισαν ἐν τῇ μονῇ τῶν Ἀρμενιανῶν τῇ ἐπιλεγομένῃ τοῦ Βόρδωνος.

2. Postea misit imperator Andream legionum domesticum cum Joanne Hagiopolita, viro eruditissimo, et qui fuit publici cursus logotheta; conscensoque ecclesiæ ambone, lectis Photii patriarchæ criminum capitibus, e throno dejecerunt et ad Armeniandrum monasterium, quod Bordonis vocant, relegarunt.

γ'. Προεβάλετο δὲ ὁ βασιλεὺς Στυλιανὸν Ζαούτζαν μάγιστρον καὶ λογοθέτην τοῦ δρόμου. Ἀνήγαγε δὲ Στέφανον τὸν σύγκελλον καὶ ἀδελφὸν αὐτοῦ ἐν τῷ πατριαρχείῳ· καὶ πρὸ τῶν Χριστοῦ γεννῶν χειροτονεῖται πατριάρχης ὑπὸ Θεοφάνους τοῦ πρωτοθρόνου καὶ λοιπῶν ἀρχιερέων· καὶ ποιήσας ἐν τῷ πατριαρχείῳ ἔτη ἓξ καὶ μῆνας πέντε ἐτελεύτησε, καὶ θάπτεται ἐν τῇ μονῇ τῶν Συκέων.

3. Præfecit vero imperator Stylianum Zautzam magistrum ac publici cursus logothetam. Reduxit vero Stephanum syncellum fratremque suum in ædes patriarchales; ac ante Christi natalem patriarcha ordinatur a Theophane primæ sedis episcopo ac reliquis episcopis. Sexque annos et menses quinque summo urbis sacerdotio potitus diem obit, et in Sycearum monasterio humatur.

δ'. Ἐφ' οὗ Λέοντος προεδόθη τὸ κάστρον Ὑψηλὴ, καὶ ἐκρατήθη ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν, αἰχμαλωτισθέντων πάντων τῶν ὄντων [P. 550] ἐκεῖσε. Γέγονε δὲ ἐμπρησμὸς μέγας πλησίον τῶν Σοφιανῶν, ἐμπρησθείσης καὶ τῆς ἐκκλησίας τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Θωμᾶ, ἣν ὁ αὐτὸς Λέων λαμπρῶς ἀνεκαίνισεν.

4. Leonis tempore proditum est præsidium cui nomen Hypsele, et ab Agarenis captum, sub jugum missis qui in eo erant universis. Exstitit 850 vero etiam ingens incendium, haud procul a Sophianis, quo et beati Thomæ succensa ecclesia est: eam ipse Leo splendide instauravit.

5. Missis imperator Euchaita apparitoribus ad- A duxit in urbem Theodorum Santabarenum. Andreas autem domesticus et Stephanus magister Calomariæ, qui sub Basilio imperatore a Santabareno multis fuerant accusati, dolum subornantes, imperatorem commonuerunt consilium habuisse Photium patriarcham et Theodorum Santabarenum, ut ex Photii propinquis imperatorem præficerent. Jussit vero imperator adduci Photium patriarcham et Theodorum Santabarenum ad Pegarum palatia, eosque seorsim in carcere singulos detineri constituit. Missi porro sunt ab imperatore Stephanus magister et Andreas domesticus Craterus et patricius Gumer, et Joannes Hagiopolita, ad illorum causam examinandam. Inductoque patriarcha et in B sede cum honore collocato, ipsis quoque sedentibus, dixit Andreas domesticus: *Nosti, domine, abbatem Theodorum?* Respondit ille: *Abbatem Theodorum non novi.* Et Andreas: *Abbatem Theodorum Santabarenum non nosti?* Ad quem patriarcha: *Novi monachum Theodorum, qui archiepiscopus Euchaitarum.*

6. Duxerunt vero etiam ad eos Santabarenum, aitque ad eum Andreas domesticus: *Mandat tibi imperator, ubi sunt opes et pignora meæ majestatis?* **851** Qui ait: *Ubi ea dedit imperator: nunc vero si hæc requirit, licet ei ut illa recipiat.* Ad quem Andreas: *Dic, quæso, quemnam volebas imperatorem facere, cum patri consuleres ut me oculis cæcaret, patriar-* C *chæ propinquum, an tuum?* Respondit ille ac dixit: *Nescio prorsus de quo loquamini, mihi crimen impingentes.* Ait ergo magister Stephanus ad eum: *Et qua vero ratione mihi significasti imperatori, ut ejus rei nomine patriarcham coarguerem?* Santabarenus vero confestim jactans se ad patriarchæ pedes ait: *Adjuro te per Deum, domine, ut meam prius depositionem facias, ac tunc me sacerdotio nudum tanquam maleficum pœnis subjiciant. Non enim istiusmodi rem significavi imperatori.* Porro patriarcha in omnium conspectu ait: *Per salutem animæ meæ, domine Theodore, archiepiscopus es, tum in hoc sæculo tum in futuro.* In his ira accensus Andreas: *Nunquid non,* inquit, *abba, per me imperatori denuntiasti fore ut patriarcham* D *ejusce reum sceleris perageres?* At ille se quidquam scire pernegabat. Reversi itaque, quæ illi locuti essent, imperatori cuncta renuntiant. Impotenti vero is ira furoreque correptus, quod adversus patriarcham nihil criminis deprehendisset, misso lictore duris verberibus Santabarenum affecit atque Athenas relegavit; tum post illum mittens, ipsum luminibus cæcavit et in Asiam exsulem expulit. Post annos autem plures placatus imperator **852** ipsum in urbem reduxit, atque ex Nova Ecclesia annonas accipere jussit. Mortuus vero est Santa-

A ε'. Ἀπέστειλε δὲ ὁ βασιλεὺς εἰς Εὐχάϊτα, καὶ ἤγαγε Θεόδωρον τὸν Σανταβαρηνὸν ἐν τῇ πόλει. Ἀνδρέας δὲ ὁ δομέστικος καὶ Στέφανος ὁ μάγιστρος ὁ τῆς Καλομαρίας, οἱ πολλὰ λοιδορηθέντες ἐπὶ Βασιλείου παρὰ Σανταβαρηνοῦ, ὑπέθηκαν τῷ βασιλεῖ, συσκευὴν ποιησάμενοι, ὡς ὅτι Φώτιος ὁ πατριάρχης καὶ Θεόδωρος ὁ Σανταβανηρὸς βουλὴν εἶχον ποιήσασθαι βασιλέα ἐκ τῶν ἰδίων Φωτίου πατριάρχου. Προσέταξε δὲ ὁ βασιλεὺς ἀγαγεῖν Φώτιον πατριάρχην καὶ Θεόδωρον τὸν Σανταβαρηνὸν ἐν τοῖς παλατίοις τῶν Πηγῶν, καὶ ἰδίως αὐτοὺς φρουρεῖσθαι διωρίσατο. Ἀπεστάλησαν δὲ παρὰ τοῦ βασιλέως Στέφανος μάγιστρος καὶ Ἀνδρέας δομέστικος ὁ Κρατερὸς καὶ ὁ πατρίκιος Γοῦμερ καὶ Ἰωάννης ὁ Ἁγιοπολίτης ἐπὶ τὸ ἐξετάσαι τὰ κατ' αὐτῶν. Καὶ ἀγαγόντες τὸν B πατριάρχην καὶ καθίσαντες ἐπὶ θρόνου ἐν τιμῇ, καὶ αὐτοὶ καθεσθέντες, ἔφη πρὸς τὸν πατριάρχην Ἀνδρέας ὁ δομέστικος· *Γνωρίζεις, ὦ δέσποτα, τὸν ἀββᾶν Θεόδωρον;* Ὁ δὲ ἀπεκρίθη· *Ἀββᾶν Θεόδωρον οὐ γνωρίζω.* Καὶ ὁ Ἀνδρέας· *Τὸν ἀββᾶν Θεόδωρον τὸν Σανταβαρηνὸν οὐ γνωρίζεις;* Καὶ ὁ πατριάρχης· *Γινώσκω τὸν μοναχὸν Θεόδωρον ἀρχιεπίσκοπον ὄντα Εὐχαΐτων.*

ϛ'. Ἤγαγον δὲ καὶ τὸν Σανταβαρηνὸν πρὸς αὐτούς, καὶ λέγει πρὸς αὐτὸν Ἀνδρέας ὁ δομέστικος· *Ὁ βασιλεύς σοι δηλοῖ, ποῦ εἰσι τὰ χρήματα καὶ πράγματα τῆς ἐμῆς βασιλείας;* Ὁ δὲ ἔφη· *Ὅπου δέδωκεν αὐτὰ ὁ βασιλεύς· νῦν δὲ ἐπεὶ ἀναζητεῖ αὐτά, ἐξουσίαν ἔχει ἀναλαβέσθαι αὐτά.* C Καὶ ὁ Ἀνδρέας ἔφη πρὸς αὐτόν· *Εἰπὲ τίνα ἠβούλου ποιῆσαι βασιλέα, ὑποθέμενος τῷ ἐμῷ πατρὶ διὰ συσκευῆς σου τυφλῶσαί με; τοῦ πατριάρχου ἴδιον ἢ σόν;* Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν· *Οὐ γινώσκω τὸ σύνολον περὶ ὧν λέγετε κατηγοροῦντές με.* Λέγει οὖν Στέφανος ὁ μάγιστρος πρὸς αὐτόν· *Καὶ πῶς ἐμήνυσας τῷ βασιλεῖ ἵνα ἐλέγξω τὸν πατριάρχην περὶ τούτου;* Ὁ δὲ Σανταβαρηνὸς παρευθὺ πεσὼν εἰς τοὺς πόδας τοῦ πατριάρχου εἶπεν· *Ὁρκίζω σε κατὰ τοῦ Θεοῦ, δέσποτα, ἵνα πρῶτον ποιήσῃς τὴν ἐμὴν καθαίρεσιν, καὶ τότε γυμνὸν ὄντα τῆς ἱερωσύνης κολαζέτωσαν*[a] *ὡς κακοῦργον· οὐ γὰρ τοιαῦτα ἐδήλωσα τῷ βασιλεῖ.* Ὁ δὲ πατριάρχης ἐνώπιον πάντων ἔφη· *Μὰ τὴν σωτηρίαν τῆς ἐμῆς ψυχῆς, κῦρι Θεό-* D *δωρε, ἀρχιεπίσκοπος εἶ καὶ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι καὶ ἐν τῷ μέλλοντι.* Θυμωθεὶς οὖν Ἀνδρέας ἐπὶ τούτοις ἔφη· *Οὐκ ἐμήνυσας, ἀββᾶ, τῷ βασιλεῖ δι' ἐμοῦ ὅτι ἵνα ἐλέγξω τὸν πατριάρχην εἰς τοῦτο;* Ὁ δὲ ἀπηρνεῖτο μὴ εἰδέναι τι. Ὑποστρέψαντες οὖν ἀνήγγειλαν[b] τῷ βασιλεῖ ἅπαντα τὰ λαληθέντα [P. 551] παρ' αὐτῶν. Ὁ δὲ βασιλεὺς θυμῷ τε καὶ ὀργῇ ἀκατασχέτῳ ληφθεὶς ὡς μὴ εὑρὼν αἰτίαν κατὰ τοῦ πατριάρχου, ἀποστείλας ἔτυψεν τὸν Σανταβαρηνὸν σφοδρῶς, καὶ τοῦτον ἐξώρισεν ἐν Ἀθήναις. Ὄπισθεν δὲ αὐτοῦ ἀποστείλας ἐτύφλωσεν αὐτὸν καὶ ἐξώρισεν εἰς Ἀνατολήν. Μετὰ δὲ

VARIÆ LECTIONES.

[a] σημείωσαι ὅτι ὁ ἱερωμένος καὶ πταίστης ὀφείλει ἵνα καθαιρεθῇ, καὶ τότε ἵνα κολάζηται margo P.
[b] ἀνήγγειλον P.

ἔτη πολλὰ παρακληθεὶς ὁ βασιλεὺς τοῦτον ἀνήγαγεν A ἐν τῇ πόλει, καὶ προσέταξε λαμβάνειν αὐτὸν ἀννώνας ἐκ τῆς Νέας ἐκκλησίας. Ἐτελεύτησε δὲ ὁ Σανταβαρηνὸς ἐπὶ Κωνσταντίνου καὶ Ζωῆς τῆς αὐτοῦ μητρός.

ζ' - η'. Ἐπὶ τῆς βασιλείας οὖν Λέοντος Ἁγίων[a] ὁ Λογγιβαρδίας ἔξαρχος καὶ δοὺξ, γαμβρὸς δὲ γεγονὼς τοῦ ῥηγὸς Φραγγίας, ἀντῆρε τῷ βασιλεῖ, πᾶσαν τὴν χώραν εἰς ἑαυτὸν δουλώσαντος. Τοῦτο γνοὺς ὁ βασιλεὺς ἀπέστειλε Κωνσταντῖνον τὸν τῆς τραπέζης σὺν πᾶσι τοῖς θέμασι τῆς δύσεως πρὸς τὸ καταπολεμῆσαι Ἁγίωνα. Καὶ συμβολῆς γενομένης ἡττήθησαν οἱ μετὰ Κωνσταντίνου καὶ κατεσφάγησαν, μόλις αὐτοῦ διασωθέντος.

θ'. Γέγονε δὲ ἔκλειψις ἡλίου, ὥστε νύκτα γενέσθαι ὥρᾳ ἕκτῃ καὶ τοὺς ἀστέρας φαίνεσθαι. Ἀλλὰ βρονταὶ καὶ συνοχαὶ ἀνέμων καὶ ἀστραπαὶ γεγόνα- B σιν, ὥστε καῆναι ἐν τοῖς ἀναβαθμοῖς τοῦ φόρου ἀνθρώπους ἑπτά.

ι'. Καὶ ἐπολιορκήθη ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν ἡ Σάμος τὸ κάστρον, αἰχμαλωτισθέντος καὶ τοῦ στρατηγοῦ αὐτῶν τοῦ Πασπαλᾶ. Προεχειρίσατο δὲ Λέων ὁ βασιλεὺς Ζαούτζαν εἰς βασιλεοπάτορα, συμφιλιωθεὶς ἤδη Ζωῇ τῇ αὐτοῦ θυγατρὶ, φαρμάκῳ τινὶ τελευτήσαντος τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς Θεοδώρου τοῦ Γαουανιάτου. Στεφάνου δὲ πατριάρχου τῶν τῇδε μεταστάντος χειροτονεῖται ἀντ' αὐτοῦ Ἀντώνιος ὁ λεγόμενος Καυλέας.

ια'. Ἦλθε δὲ καὶ ἀγγελία παρὰ τοῦ στρατηγοῦ Μακεδονίας ὡς ὁ ἄρχων Βουλγαρίας Συμεὼν βούλεται ἐκστρατεῦσαι κατὰ Ῥωμαίων. Ἡ δὲ αἰτία ἣν ὠργίζετο Συμεὼν ἦν αὕτη· Ζαούτζας ὁ βασιλεοπάτωρ C εἶχε δοῦλον εὐνοῦχον ὀνόματι Μουσικόν. Οὗτος ἐφιλιώθη Σταυρακίῳ καὶ Κοσμᾷ Ἑλλαδικοῖς φιλοχρύσοις καὶ πραγματευταῖς, οἵτινες πρὸς αἰσχροκερδίαν ἀφορῶντες μεσιτείᾳ καὶ δυνάμει τοῦ Μουσικοῦ διέστησαν τὴν ἐν τῇ πόλει πραγματείαν τῶν Βουλγάρων ἐν Θεσσαλονίκῃ, κακῶς τοὺς Βουλγάρους διοικοῦντες ἐν τῷ κομμερκεύειν. Οἱ δὲ Βούλγαροι τῷ Συμεὼν ταῦτα ἀπήγγειλαν. Ὁ δὲ δῆλα πεποίηκε ταῦτα τῷ βασιλεῖ Λέοντι. Ὁ δὲ βασιλεὺς ὑπὸ τοῦ βασιλεοπάτορος κωλυόμενος, [P. 552] προσπαθοῦντος τῷ Μουσικῷ, πάντα ὡς λῆρον ἤκουεν.

ιβ'. Μανεὶς οὖν ὁ Βούλγαρος ἐκστρατεύει κατὰ Ῥωμαίων. Καὶ μαθὼν ταῦτα ὁ βασιλεὺς ἀποστέλλει D τὸν Κρηνήτην στρατηλάτην κατὰ Βουλγάρων μετὰ ὅπλων καὶ ἀρχόντων πολλῶν τῆς πόλεως κατὰ Συμεών. Καὶ συμβολῆς γενομένης ἐν Μακεδονίᾳ τρέπονται οἱ Ῥωμαῖοι, σφαγέντος τοῦ τε Κρηνήτου καὶ τοῦ Ἀρμένη τοῦ Κουρτικίου καὶ τῶν λοιπῶν πάντων. Ἐκ δὲ τῶν Χαζάρων, οἳ ἦσαν εἰς τὴν ἑταιρείαν Λέοντος, κρατηθέντες καὶ τὰς ῥῖνας αὐτῶν κοπέντες εἰς αἰσχύνην Ῥωμαίων ἐν τῇ πόλει παρὰ Συμεὼν ἀπεστάλησαν. Οὓς ἰδὼν ὁ βασιλεὺς καὶ θυμωθεὶς ἀπέστειλε Νικήταν τὸν ἐπιλεγόμενον Σκληρὸν μετὰ δρομώνων ἐν τῷ ποταμῷ Δανουβίῳ δοῦναι δῶρα τοῖς Τούρκοις καὶ πόλεμον κινῆσαι

barenus Constantino et matre ejus Zoe imperatoribus.

7-8. Leone itaque imperatore Hagio Longobardiæ præfectus atque dux, gener vero regis Franciæ, rebellione adversus imperatorem mota omnem regionem suæ mancipavit ditioni. Qua re cognita imperator Constantinum mensæ præpositum cum omnibus occiduis legionibus ad Hagionem expugnandum misit. Consertaque pugna victa Constantini acies est, trucidatus exercitus: unus ipse salutem ægre expedivit.

9. Tantum fuit solis deliquium, ut hora sexta stellæ in cœlo apparuerint. Cæterum orta sunt tonitrua ventorumque compressiones et turbines atque fulgura, adeo ut septem homines in fori gradibus incendio absumpti sint.

10. Expugnata Samus urbs munita ab Agarenis, sub jugum misso ipso quoque eorum prætore ac duce Paspala. Leo imperator in imperatoris patrem Zautzam promovit, cum illius filiam Zoen in uxorem accepisset, exstincto illius viro Theodoro Gauaniato veneno quodam. Stephano autem patriarcha e vivis sublato, ejus loco ordinatur Antonius dictus Cauleas.

853 11. Venit et nuntius a prætore Macedoniæ, in destinato habere Symeonem Bulgarorum principem ut infestis signis incurset Romanam ditionem. Hinc excitæ Symeonis iræ: Zautzæ imperatoris patri servus erat nomine Musicus. Is Stauracio et Cosmæ Helladicis, hominibus auri avaris ac negotiatoribus, amicitiâ junctus est. Hi turpis lucri causa, eoque spectantes ut quovis modo rem familiarem augerent, intercessione ac potentia Musici, quæ in urbe erat, Bulgarorum negotiationem Thessalonicam avocavere, quod male Bulgarorum commerciis cedebat. Bulgari hæc Symeoni nuntiavere. Ille Leoni imperatori curavit intimare: imperator vero obstante imperatoris patre, cujus in Musicum propensi animi essent, veluti vacui nugas cerebri cuncta audiebat.

12. Furore igitur actus Bulgarus adversus Romanos copias educit. Quibus cognitis imperator Crenetem magistrum militiæ adversus Bulgaros armis instructum, multisque urbis proceribus ac officialibus fretum, adversus Symeonem mittit. Consertaque pugna in Macedonia in fugam vertuntur Romani, jugulato tum Creneto tum Armeno Curticio reliquisque omnibus. Ex Chazaris, qui in Leonis fœderatorum agmine merebant, capti, præcisisque eis naribus, Romanorum probro, in urbem a Symeone missi sunt. Hos ut vidit imperator, ira percitus Nicetam cui cognomen Scleri (i. e. duri) cum triremibus in Danubium misit, Turcorum auxilia muneribus datis corrogaturum, et ut bellum

VARIÆ LECTIONES.

[a] Ἐγίων margo P.

adversus Symeonem moverent. **854** Profectus vero ille, communicatoque cum ipsorum capitibus Arpade ac Cursane consilio, pactisque iis Symeonem se bello incessuros, ac datis obsidibus ad imperatorem reversus est. Rursusque imperator Eustathium patricium navaliumque copiarum drungarium mari misit; Nicephorum vero patricium Phocam domesticum cum legionibus terra destinavit, ingressusque ad ipsam usque Bulgariam pervasit. Porro imperator, qui paci studeret tanto belli apparatu, Constantiniacem quæstorem ad Symeonem misit, qui ea quæ pacis essent consuleret. Symeon vero omni illa in ipsum terra marique motione comperta, quæstorem, velut qui dolo venisset, compingit in carcerem. Transmisso igitur Turci amne, interim dum Symeon in Phocæ exercitu occupatur, Bulgariam omnem sub jugum miserunt ac captivarunt. Hæc ut Symeon accepit, adversus Turcas proficiscitur. Hi contra trajicientes pugnam cum Bulgaris conserunt. In his fusus fugatusque Symeon, ut vix ipse in Distra incolumis salvusque evaserit. Turci vero imperatorem rogarunt ut mitteret qui Bulgarorum captivos redimerent. Quod et fecit imperator, missis in eam rem civibus, et ut lytrum pro eis darent.

13. Porro Symeon Eustathii drungarii opera de pace rogavit. In eam imperator animum inflexit, Leonemque Chœrosphactem ad eam consciscendam misit. Data mandata Nicephoro ut copias reduceret; similiter etiam Eustathio excubiarum drungario. Symeon nec sermone Leonem dignatus est, sed in carcerem compegit. Susceptaque adversus **855** Turcos expeditione, cum ii nullum a Romanis auxilii præsidium haberent, sed nulla ipsorum cura relicti essent, aucta sua inde superbia omnes contrucidavit. Reversusque Leonem invenit in Mudagra, dixitque ad eum non facturum se pacem, nisi captivos omnes reciperet. Constituit itaque imperator eos reddendos esse; venitque cum Leone Bulgarus Symeonis homo ac domesticus, qui eos recepit.

14. Nicephoro Phoca vivis exempto, Symeon pacis dissolvendæ occasiones quærebat. Dum enim etiam alios captivos quærit, Romanam incessit ditionem. Leo autem imperator legionum domesticum Catacalum præficit, cujus in Rabdo domicilium fuit. Missus cum eo Theodosius patricius et protovestiarius; trajectisque legionibus integris et ordinibus ac agminibus, conserta pugna cum Symeone ad Bulgarophygum, locum sic dictum, facta est communis fuga omnesque periere, Theodosius quoque protovestiarius, cujus mortis causa haud mediocriter imperatoris indoluit animus.

15. Etiam Chersonis oppidani prætorem suum ac ducem Symeonem, Joannis filium, contrucidarunt. Captum itidem Corum, munitum præsidium in Cappadocia, ab Agarenis.

16. Facto imperator processu ad Damiani ædes, Zautza quoque patre imperatoris illi comite, una

A κατὰ Συμεών. Ὁ δὲ ἀπελθὼν καὶ συντυχὼν ταῖς κεφαλαῖς αὐτῶν Ἀρπάδη καὶ Κουρσάνη, καὶ συνθεμένων πολεμῆσαι, λαβὼν ὄψιδας ἦλθε πρὸς τὸν βασιλέα. Ὁ δὲ βασιλεὺς πάλιν διὰ τῆς θαλάσσης ἀπέστειλεν Εὐστάθιον πατρίκιον καὶ δρουγγάριον τοῦ πλωΐμου. Νικηφόρον δὲ πατρίκιον τὸν Φωκᾶν καὶ δομέστικον μετὰ τῶν θεμάτων ἀπέστειλεν διὰ γῆς, καὶ εἰσῆλθε μέχρι Βουλγάρων. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὴν εἰρήνην ἀσπαζόμενος μετὰ τοῦτο ἀπέστειλε Κωνσταντινιάκην κυαίστωρα πρὸς Συμεών, τὰ περὶ εἰρήνης συμβουλεύοντα. Συμεὼν δὲ τὴν κατ' αὐτοῦ κίνησιν διά τε γῆς καὶ θαλάσσης μαθὼν ἐν φρουρᾷ κατακλείει τὸν κυαίστωρα ὡς ἐπὶ δόλῳ ἐλθόντα. Περάσαντες οὖν οἱ Τοῦρκοι, τοῦ Συμεὼν ἐπὶ τὸ στράτευμα Φωκᾶ ἀσχολουμένου, ᾐχμαλώ-
B τευσαν πᾶσαν τὴν Βουλγαρίαν. Ταῦτα μαθὼν Συμεὼν κινεῖται κατὰ Τούρκων. Οἱ δὲ ἀντιπεράσαντες συμβάλλουσι πόλεμον μετὰ Βουλγάρων, καὶ τρέπεται Συμεών, μόλις διασωθεὶς ἐν τῇ Δίστρᾳ. Οἱ δὲ Τοῦρκοι ᾐτήσαντο τὸν βασιλέα ἀποστεῖλαι καὶ ἀγοράσαι τὴν αἰχμαλωσίαν τῶν Βουλγάρων· ὃ δὴ καὶ πεποίηκεν ὁ βασιλεὺς, τοὺς πολίτας ἀποστείλας ἐπαγοράσαι αὐτούς.

ιγ'. Ὁ δὲ Συμεὼν δι' Εὐσταθίου δρουγγαρίου ἐδεήθη περὶ εἰρήνης. Πρὸς ἣν ὑπεῖξεν ὁ βασιλεὺς, καὶ ἀπέστειλε Λέοντα τὸν Χοιροσφάκτην πρὸς τὸ γενέσθαι εἰρήνην. Ἐδέξατο δὲ Νικηφόρος ὑποστρέ-
C ψαι μετὰ λαοῦ, καὶ ὁ δρουγγάριος τῆς Βίγλης Εὐστάθιος ὁμοίως. [P. 553] Λέοντα οὐδὲ λόγου ἠξίωσε Συμεών, ἀλλ' ἠσφαλίσατο εἱρκτῇ. Ἐκστρατεύσας δὲ κατὰ τῶν Τούρκων, ἐκείνων ὀχύρωμα βοηθείας μὴ ἐχόντων παρὰ Ῥωμαίων, ἀλλ' ἀπρονοήτως ἐαθέντων, πάντας κατέσφαξεν, αὐξήσας τὴν μεγαλαυχίαν αὐτοῦ. Καὶ ὑποστρέψας εὗρε Λέοντα ἐν τῇ Μουδάγρᾳ, καὶ εἶπεν πρὸς αὐτόν· Οὐ ποιῶ εἰρήνην, ἐὰν μὴ πᾶσαν τὴν αἰχμαλωσίαν λάβω. Διωρίσατο οὖν ὁ βασιλεὺς ταύτην ἀποδοῦναι, καὶ ἦλθε μετὰ Λέοντος Βούλγαρος οἰκεῖος τοῦ Συμεὼν, καὶ παρέλαβεν αὐτούς.

ιδ'. Νικηφόρου δὲ τοῦ Φωκᾶ τελευτήσαντος, ἀφορμὰς ἐζήτει Συμεὼν τὴν εἰρήνην διαλῦσαι· ἐπιζητῶν γὰρ καὶ ἄλλους αἰχμαλώτους εἰσέρχεται κατὰ Ῥω-
D μαίων. Λέων δὲ ὁ βασιλεὺς δομέστικον τῶν σχολῶν προβάλλεται Λέοντα Καταχαλὸν, ἐν τῇ Ῥάβδῳ τὴν οἴκησιν ἔχοντα, καὶ μετ' αὐτοῦ ἀποστέλλει Θεοδόσιον πατρίκιον καὶ πρωτοβεστιάριον. Καὶ περάσας ὅλα τὰ θέματα καὶ τὰ τάγματα, καὶ γενομένης συμβολῆς μετὰ Συμεὼν εἰς τὸ Βουλγαρόφυγον, ἐγένετο τροπὴ δημοσία καὶ πάντες ἀπώλοντο καὶ ὁ πρωτοβεστιάριος Θεοδόσιος, δι' ὃν ὁ βασιλεὺς οὐ μετρίως ἠνιάθη ἐπὶ τούτου.

ιε'. Ἔσφαξαν καὶ ἐν Χερσῶνι οἱ τοῦ κάστρου τὸν στρατηγὸν αὐτῶν Συμεὼν τὸν υἱὸν Ἰωάννου. Καὶ παρελήφθη τὸ κάστρον τὸ Κόρον ἐν Καππαδοκίᾳ ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν.

ις'. Ὁ δὲ βασιλεὺς πρόκενσον ἐποίει εἰς τὰ Δαμιανοῦ, συνόντος καὶ Ζαούτζα τοῦ βασιλεοπάτορος

καὶ παραδυναστεύοντος καὶ τῆς θυγατρὸς αὐτῆς Ζωῆς ἅμα τῷ βασιλεῖ· Θεοφανὼ δὲ ἡ γαμετὴ αὐτοῦ οὐ παρῆν ἐκεῖ, ἀλλ' ἐν Βλαχέρναις ἐν τῇ ἁγίᾳ σορῷ προσχομένη. Δόξαντος οὖν τοῦ βασιλέως μεῖναι ἐκεῖ, συμβούλιον ποιήσαντες οἱ τοῦ Ζαούτζα συγγενεῖς, ὅ τε υἱὸς αὐτοῦ ὁ Τζαούτζης καὶ οἱ λοιποί, ἠβούλοντο τῇ νυκτὶ φονεῦσαι τὸν βασιλέα. Ἡ Ζωὴ δὲ μετὰ τοῦ βασιλέως καθεύδουσα καὶ τὴν ταραχὴν ἀκούσασα, διὰ τῆς θυρίδος προβλεψαμένη [6] αὐτοὺς κατεσίγασεν. Ὡς δὲ τὸ δεινὸν ἔγνω τῆς ἐπιβουλῆς ἧς ἐμελέτησαν, ἐξύπνισε τὸν βασιλέα, ὃς παρευθὺ εἰσελθὼν εἰς πλοῖον διεπέρασεν εἰς Πηγάς, ἐάσας Ζαούτζαν καὶ πάντας ἐκεῖσε. Καὶ πρωῒ ταχίων [7] εἰσῆλθεν εἰς τὸ παλάτιον, ἐξώσας Ἰωάννην δρουγγάριον τῆς βίγλης, καὶ προβαλόμενος Πάρδον υἱὸν Νικολάου ἑταιρειάρχην ἀντ' αὐτοῦ· ὁ γὰρ Νικόλαος συμφιλιωθεὶς τῷ βασιλεῖ κατάδηλα ἐποίει αὐτῷ πάντα [P. 554] τὰ τοῦ Ζαούτζη...., ἕως ἂν Λέων ὁ μάγιστρος ὁ Θεοδοτάκης διήλλαξεν αὐτούς.

ιζ'. Τελευτᾷ δὲ Θεοφανὼ Αὐγοῦστα, βασιλεύσασα ἔτη δώδεκα· ἣν οὐ μετὰ πολλὰς ἡμέρας ἀνέδειξεν ὁ Θεὸς θαυματουργὸν διὰ τὸ ἀζηλότυπον αὐτῆς καὶ διὰ τὸ ἐν ἐλεημοσύναις καὶ προσευχαῖς ἀδιαλείπτως προσκαρτερεῖν τῷ Θεῷ καὶ ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις.

ιη'. Στέφει δὲ Λέων ὁ βασιλεὺς Ζωὴν τὴν θυγατέρα Ζαούτζα. Ὅτι [8] διὰ τὸ κατηγορηθῆναι τὴν Ζωὴν μετὰ τοῦ βασιλέως ἐν τῇ ζωῇ τῆς Θεοφανὼ οὐκ εὐλογήθη παρὰ τοῦ πατριάρχου ὡς παράνομος ὁ γάμος· καὶ ὁ ἱερεὺς [9] ὁ εὐλογήσας αὐτόν, εἰ καὶ βασιλεὺς ὑπῆρχεν, ἀλλά γε ἐκαθῃρέθη ὑπὸ συνόδου. Καὶ εὐλογεῖται μετ' αὐτῆς παρὰ κληρικοῦ τοῦ παλατίου ᾧ ἐπίκλην Σινάπης. Καὶ ὁ μὲν εὐλογήσας καθῃρέθη, ἡ δὲ ἐβασίλευσεν ἔτος ἓν μῆνας ὀκτώ. Τελευτησάσης δὲ τῆς Ζωῆς λάρνακα ἐφεῦρον εἰς τὸ ἀποτεθῆναι τὸ σῶμα αὐτῆς, ἔχουσαν ἔνδοθεν γράμματα κεκολαμμένα, γράφοντα οὕτως· *Θυγάτηρ Βαβυλῶνος ἡ ταλαίπωρος.*

ιθ'. Διεβλήθησαν δὲ τῷ βασιλεῖ Λέοντι ὅ τε Μουσικὸς καὶ ὁ Σταυράκιος ὡς ὅτι παρὰ τῶν στρατηγῶν καὶ ὀφφικιαλίων λαμβάνοντες δῶρα καὶ μεσιτεύοντες πρὸς τὸν βασιλεοπάτορα. Καί ποτε εἰσελθόντος τοῦ Σταυρακίου μετὰ γραμμάτων τινὸς τῶν στρατηγῶν πρὸς τὸν Ζαούτζαν, ὡς εἶδεν αὐτὸν ὁ βασιλεὺς ἑστὼς ἐν τῷ ἡλιακῷ, ἦλθεν ὄπισθεν αὐτοῦ, καὶ κρατήσας ἐκ τοῦ τένοντος ἐξήγαγεν ἔξω ὡς δῆθεν ἐρωτήσων περὶ τῶν στρατηγῶν· καὶ εἰς τὸ Μονόθυρον ἀγαγών, καὶ τὰ γράμματα ἄρας καὶ ἀποσφενδονήσας, παραδέδωκε τοῖς ἐπιτυχοῦσιν ἐξαγαγεῖν τοῦ παλατίου, διορισάμενος ἀποκεῖραι αὐτόν. Μαθὼν δὲ τοῦτο ὁ Μουσικὸς ἐπ' ἀπογνώσει γέγονεν. Εἰσελθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ἔνθα ἵστατο ὁ Μουσικὸς παρεστὼς τῷ Ζαούτζᾳ, τοῦτον ἐπὶ τράχηλον ὠθήσας ἐξήγαγε, παραδοὺς Χριστοφόρῳ κοιτωνίτῃ ἐν τοῖς Στουδίου ἀπαγαγεῖν καὶ μοναχὸν ποιῆσαι. Μετ' ὀλίγον δὲ τελευτᾷ Ζαού-

cum Zoe ejus filia: Theophano enim illius uxor non illic erat, sed in Blachernis ad S. Sorum assidua. Ut [856] itaque visum erat imperatori ibi manere, consilio inito Zautzæ propinqui et affines, tum scilicet Tzautzes ejus filius tum reliqui, conjurarunt ut imperatorem noctu tollerent. Zoe autem in imperatoris sinu dormiens, audito tumultu per fenestram prospiciens, silentium indicebat. Ubi autem insidiarum, quas moliti essent, periculum advertit, imperatorem a somno excitavit. Is confestim lintrem ingressus in Pegas transfretavit, relicto ibi Zautza et omnibus, statimque diluculo festinantius in palatium intravit. Expulso Joanne excubiarum drungario, Pardum Nicolai filium ejus loco fœderatorum comitem præfecit. Nicolaus enim amicitia junctus imperatori, quæ erant Zautzæ omnia ei nota faciebat. Hinc factum ut ambo omni sibi commercio interdictum vellent, donec Leo magister Theodotaces eos conciliavit.

17. Theophano Augusta diem obit, cum annos duodecim in imperio egisset. Hanc Deus non post multos dies miraculorum effectricem ostendit, idcirco quia zelotypia non moveretur, nec ejus ulla esset injuriarum memoria; quod item eleemosynis et orationibus jugiter Deo ac sanctis ecclesiis esset assidua.

18. Coronat vero Leo Zoem Zautzæ filiam. Idcirco nimirum quod crimini data cum Zoe consuetudo, Theophanone conjuge in vivis agente, haud benedictæ sunt a patriarcha Leonis nuptiæ, ut illegitimæ. Et qui eum benedixit sacerdos, tametsi imperator [857] esset, synodi nihilominus decreto depositus est. Benediciturque Leo cum ipsa a clerico palatino, cognomento Sinapes. Ac is quidem qui benedixit, gradu motus est. Zoe vero in imperio egit annum unum, menses octo. Exstincta autem illa urnam invenerunt, intra quam insculptæ litteræ in hæc verba: *Filia Babylonis misera.*

19. Delati criminis apud Leonem imperatorem Stauracius et Musicus, ut qui pro ducibus et officialibus ac proceribus intercederent apud imperatoris patrem, acceptis ab eis muneribus. Quandoque vero ingresso Stauracio cum litteris cujusdam prætoris ad imperatoris patrem Zautzam, videns imperator, dum staret in solario, venit retro, prehensaque cervice eum trusit foras, velut qui rogatum pro ducibus tribunisque venisset. Ducensque ad Monothyrum, ac litteris ablatis, jactansque ac excutiens, præsentibus tradidit palatio educendum, jubens ut comam multarent. Hæc ubi Musicus audivit, in desperationem actus animis concidit. Veniensque imperator, quo loco Musicus astabat Zautzæ, collo trudens ejecit, tradens Christophoro cubiculario, qui in Studii abduceret ac monachum faceret. Nec multo post moritur Zautzas.

VARIÆ LECTIONES.

[6] προσβλεψαμένη P. [7] ταχὺ p. 222. [8] ὅτε ? [9] καὶ ὁ ἱερεὺς — συνόδου] hæc nescio an tollenda.

in palatio, ejusque per Bucoleonem eductum funus in Caulese monasterio condiderunt.

20. Post Zautzæ autem occasum Basilius imperatoris operum 858 præpositus ac compulsor, Nicolai fœderatorum cohortis comitis filius, amicitia junctus est Samonæ cubiculario, Agarenorum stirpe sato, imperii culminis cupidine actus. Creditque Samonæ secretum : *Exstincta jam Zoe amita nostra, imperator aliam conjugem accepturus est, nosque omnes eliminaturus. Verum mihi dato fidem, ut tibi omne consilium credam, et quod conjurationis exsistit.* Data vero Basilio fide, edisseruit illi omnia. Samonas vero ad imperatorem ingressus ait : *Domine mi, volo tibi aliquid privatim dicere, quod quidem si dixero, mors mihi est : si autem non dixero, ipse tu morieris.* Omnemque ei Basilii conjurationem narravit. Cumque ejus dictis fidem non haberet, ac diceret : *Nunquid aliquis subornavit, ut mihi hæc loquereris, fecistique hoc ut muneris quidpiam emungas ?* ait ille : *Mitte quos libuerit, viros fideles in meum cubiculum, domine mi, et si quid ex Basilio et ex me audierint, conscribant.* Confestim vero imperator Christophorum protovestiarium mittit una cum Calocyro cubiculario ; ascendentesque in ejus delituere cubiculo. Velut itaque esca captus Basilius, jurataque fide a Samona accepta, in domestico ipsius oratorio omnem illi edisseruit conjurationem, ac qui conjurati essent. Prandentibus vero illis descendentes Christophorus et Calocyrus omnia, ita ut audita scripserant, imperatori legerunt. Confestimque adesse jusso Basilio dedit milliarisiorum quatuordecim 859 millia, quæ in amitæ suæ Zoes remedium animæ, sic ab ea destinata, in Macedoniam deferret. Ac quidem Basilium in eum modum urbe ejecit. Reliquos vero ejus conjurationis socios ac participes, Pardum, excubiarum drungarium, ad Stypiotem mittit, quasi ipsum adducturus esset, cum ipse imperatoris libello præmonitus in mandatis accepisset ut in vincula eum compingeret. Prætextu vero abeundi ac cenandi ad S. Lazarum, in descensu sphæristerii, Joannem Garidam statuit cum reliquis cohortis fœderatorum in cubiculo ; interimque descendente imperatore, tenentes, qui erant cum Joanne Nicolaum fœderatorum cohortis comitem urbe ejecerunt. Adducto vero e Macedonia Basilio, ejusque disceptata causa, ipsum verberibus affecit, pilisque ejus igne succensis, ac per mediam pompa infami traducens civitatem, Athenas exsilio relegavit ; ubi et male vitam finivit. Similiter etiam Nicolaum hetæriarcham et Stylianum et Joannem omnemque Zautzæ familiam, alios detondit, alios exsilio relegavit, eorum substantiis omnibus publicatis. Atque ita per Samonam Zautzæ omnis cognatio deleta est. Cunctis vero magistris ac senatoribus imperator vocatis, legit coram

τζας ἐν τῷ παλατίῳ, καὶ τοῦτον διὰ τοῦ Βουκολέοντος καταγαγόντες ἀπήγαγον ἐν τῇ μονῇ τοῦ Καυλέα, ἐκεῖσε αὐτὸν θάψαντες.

κ'. Μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν Ζαούτζα Βασίλειος Ἐπείκτης, υἱὸς Νικολάου ἑταιρειάρχου, συνεφιλιώθη Σαμωνᾷ κουβικουλαρίῳ τῷ ἐξ Ἀγαρηνῶν, ὀρεγόμενος τοῦ τῆς βασιλείας ἀξιώματος. Ἐθάῤῥησε δὲ τῷ Σαμωνᾷ, ὅτι *Τῆς θείας ἡμῶν Ζωῆς τελευτησάσης ὁ βασιλεὺς* [P. 555] *λαβεῖν ἔχει ἑτέραν γυναῖκα, καὶ ἡμᾶς πάντας ἔχει ἀφανίσαι. Ἀλλὰ δός μοι λόγον, ἵνα σοι θαῤῥήσω πάντα τὰ βουλευόμενα.* Καὶ δόντος αὐτοῦ λόγον τῷ Βασιλείῳ, ἐθάῤῥησεν αὐτῷ πάντα. Ὁ δὲ Σαμωνᾶς εἰσελθὼν εἰς τὸν βασιλέα εἶπεν αὐτῷ, ὅτι *Δέσποτά μου, θέλω σοι εἰπεῖν τι ἰδίως, ὅπερ ἐὰν μὲν εἴπω, ἀποθνήσκω, εἰ δὲ μὴ εἴπω, ἀποθνήσκεις σύ.* Καὶ διεξῆλθε πρὸς τὸν βασιλέα πᾶσαν τὴν ἐπιβουλὴν τοῦ Βασιλείου. Ἀπιστήσαντος δὲ τοῦ βασιλέως τοῖς λαληθεῖσι παρ' αὐτοῦ, καὶ εἰρηκότος· *Μή τίς σοι ὑπέβαλε ταῦτά μοι εἰπεῖν, καὶ ἐκ δωροδοκίας τοῦτο ἐποίησας;* Ὁ δὲ εἶπεν· *Ἀπόστειλον πιστοὺς ἀνθρώπους, οὓς κελεύεις, ἐν τῷ ἐμῷ κελλίῳ, δέσποτά μου, καὶ ἵνα εἰσὶν* [10] *ἐγκεκρυμμένοι, καὶ εἴ τι ἂν ἀκούσωσι παρὰ Βασιλείου καὶ παρ' ἐμοῦ, γράψωσι ταῦτα.* Παρευθὺ δὲ ὁ βασιλεὺς ἀποστέλλει Χριστοφόρον πρωτοβεστιάριον ἅμα Καλοκύρῳ κοιτωνίτῃ, καὶ ἀνελθόντες ἐκρύβησαν ἐν τῷ κελλίῳ αὐτοῦ. Βασίλειος οὖν δελεασθεὶς καὶ λαβὼν λόγον ἔνορκον παρὰ Σαμωνᾶ εἰς τὸ προσευχάδιον αὐτοῦ ἐξεῖπεν αὐτῷ πάντα τὰ τῆς βουλῆς καὶ τοὺς συμβουλευομένους. Ἀριστώντων δὲ αὐτῶν κατελθόντες Χριστοφόρος καὶ Καλοκῦρος διὰ γραφῆς ἀνέγνωσαν πάντα τῷ βασιλεῖ. Καὶ παρευθὺ μὲν Βασίλειον προσκαλεσάμενος δέδωκε μιλιαρήσια χιλιάδας εἰκοσιτέσσαρας ὡς δῆθεν ψυχικὰ τῆς αὐτοῦ θείας Ζωῆς, ὡς ὁρισθέντα παρ' αὐτῆς οὕτως, καὶ ἀπέστειλεν ἐν Μακεδονίᾳ. Καὶ τὸν μὲν Βασίλειον οὕτως τῆς πόλεως ἐξήγαγε, τοὺς δὲ λοιποὺς τοὺς τῆς αὐτῆς βουλῆς μετεσχηκότας καὶ κοινωνήσαντας, Πάρδον μὲν δρουγγάριον τῆς βίγλης ἀποστέλλει πρὸς τὸν Στυπιώτην ἔξωθεν ἀγαγεῖν αὐτὸν, προμηνυθέντος ἐκείνου διὰ βασιλικοῦ πιττακίου τοῦτον δεσμῆσαι. Προφασισάμενος δὲ ὁ βασιλεὺς ἀπελθεῖν καὶ δειπνῆσαι εἰς τὸν ἅγιον Λάζαρον, εἰς τὸ καταβάσιον τοῦ τζυκανιστηρίου, ἔστησεν Ἰωάννην Γαριδᾶν μετὰ καὶ τῶν λοιπῶν τῆς ἑταιρείας ἐν τῷ κουβουκλίῳ· καὶ ἐν τῷ κατέρχεσθαι τὸν βασιλέα κρατήσαντες οἱ μετὰ Ἰωάννου Νικόλαον ἑταιρειάρχην ἐξήγαγον τῆς πόλεως. Ἀγαγὼν δὲ ἐκ Μακεδονίας Βασίλειον καὶ ἀνακρίνας καὶ τύψας, καὶ τὰς τρίχας αὐτοῦ καταφλέξας, καὶ ἐν τῇ μέσῃ θριαμβεύσας, ἐξώρισεν ἐν Ἀθήναις· καὶ κακῶς ἐκεῖ τελευτᾷ. Ὡσαύτως καὶ Νικόλαον ἑταιρειάρχην καὶ Στυλιανὸν καὶ Ἰωάννην καὶ συγγένειαν πᾶσαν Ζαούτζα τοὺς μὲν ἀπέκειρε, τοὺς δὲ ἐξώρισε, δημεύσας τὰς οὐσίας αὐτῶν πάσας. Καὶ οὕτως πᾶσα ἡ συγγένεια Ζαούτζα ἐξωλοθρεύθη διὰ Σαμωνᾶ. Πάντας δὲ τοὺς μαγίστρους καὶ τοὺς ἐν τέλει προσκαλεσάμενος ὁ [P. 556] βασιλεὺς ἀνέγνω κατενώπιον

VARIÆ LECTIONES.

[10] ὦσιν ?

αὐτῶν τὰ μηνυθέντα παρὰ Σαμωνᾶ· καὶ εἰρήκασιν ἄξιον εἶναι τιμῆς μεγάλης. Ὁ δὲ παρευθὺ τοῦτον τῇ τοῦ πρωτοσπαθαρίου ἀξίᾳ τετίμηκεν, καὶ προσῳκειώσατο ἑαυτοῦ.

κα'-κβ'. Ἐτελεύτησε δὲ Ἀντώνιος ὁ πατριάρχης, καὶ ἀντ' αὐτοῦ χειροτονεῖται Νικόλαος μυστικὸς ὢν τοῦ βασιλέως. Παρελήφθη δὲ καὶ τὸ κάστρον ἡ Δημητριὰς ἐν τῷ θέματι τῆς Ἑλλάδος ὑπὸ Δαμιανοῦ τοῦ Ἀγαρηνοῦ.

κγ'. Λέων δὲ ὁ βασιλεὺς στέφει Ἄνναν θυγατέρα Ζωῆς τῆς ἀπὸ τοῦ Ζαούτζα, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ποιεῖν τὰ ἐκ τύπου κλητόρια μὴ οὔσης Αὐγούστης.

κδ'. Ἠγάγετο δὲ ὁ βασιλεὺς κόρην ἐκ τοῦ θέματος Ὀψικίου, ὡραιοτάτην πάνυ, ὀνόματι Εὐδοκίαν, στέψας καὶ ἀναγορεύσας καὶ γήμας αὐτήν· ἐξ ἧς παιδίον ποιήσας ἄῤῥενα, ἐφ' ᾧ τετελεύτηκε καὶ αὐτὴ καὶ τὸ γεννηθέν.

κε'. Ἐξωνήσατο δὲ οἰκήματα ὁ βασιλεὺς Λέων πλησίον τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων, καὶ ἔκτισεν ἐκεῖ ἐκκλησίαν περιφανῆ ἐπ' ὀνόματι τῆς προτέρας αὐτοῦ γυναικὸς τῆς ἁγίας Θεοφανῶ.

κϛ'. Ὡσαύτως ἔκτισεν ἐκκλησίαν εἰς τοὺς λεγομένους Τόπους, τὸν ἅγιον Λάζαρον, κατασκευάσας αὐτὴν μονὴν ἀνδρείαν εὐνούχων. Ἔνθα καὶ τὸ τοῦ ἁγίου Λαζάρου σῶμα ἐκ Κύπρου καὶ Μαρίας τῆς Μαγδαληνῆς ἀπὸ Ἐφέσου ἀνακομίσας ἀπέθετο, ποιήσας καὶ τὰ ἐγκαίνια τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας. Ἀσχολουμένου δὲ τοῦ στόλου εἰς τὰ κτίσματα τῶν τοιούτων ἐκκλησιῶν παρελήφθη ἐν Σικελίᾳ τὸ Ταυρομένιον ὑπὸ τῶν Ἄφρων, τῇ ἀμελείᾳ, μᾶλλον δὲ προδοσίᾳ, Εὐσταθίου δρουγγαρίου τῶν πλωΐμων, καὶ Καραμάλου ἐκεῖσε ὄντος καὶ Μιχαὴλ τοῦ Χαράκτου, γενομένης πολλῆς σφαγῆς τῶν Ῥωμαίων. Ἀνελθόντων δὲ αὐτῶν ἐν τῇ πόλει παρά τε τοῦ βασιλέως καὶ τοῦ πατριάρχου [11] ἐλεγχθέντων παρὰ Μιχαὴλ τοῦ Χαράκτου ὡς προδοτῶν, κατεκρίθησαν θανάτῳ. Παρακληθέντος δὲ τοῦ βασιλέως παρὰ Νικολάου τοῦ πατριάρχου, τὸν θάνατον συνεχωρήθησαν, μοναχοὶ ὁ μὲν Καράμαλος εἰς τὰ Πικριδίου, ὁ δὲ Εὐστάθιος εἰς τῶν Στουδίου. Παρελήφθη δὲ καὶ Λῆμνος ἡ νῆσος ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν, αἰχμαλωσίαν πολλὴν πεποιηκότες.

κζ'. Ἐν τῇ προελεύσει δὲ τῆς μεσοπεντηκοστῆς τοῦ βασιλέως Λέοντος ἀνελθόντος εἰς τὸν ἅγιον Μώκιον καὶ εἰσοδεύοντος, ὅτε ἦλθε πλησίον σωλέας, ἐξελθών τις ἐκ τοῦ ἄμβωνος δέδωκεν αὐτῷ μετὰ ῥάβδου ἰσχυρᾶς καὶ παχείας· καὶ εἰ μὴ ἡ [12] φορὰ τῆς ῥάβδου εἰς πολυκάνδηλον ἐμποδισθεῖσα διεχαυνώθη, παρευθὺ ἂν τοῦτον ἀπήλλαξε τοῦ ζῆν. Τοῦ δὲ αἵματος σφοδρῶς [P. 557] καταῤῥέοντος ἐκ τῆς τοῦ βασιλέως κεφαλῆς, ταραχή τε καὶ φυγὴ τῶν ἀρχόντων γέγονεν, καὶ πολλοὶ ἐν ταύτῃ ἀπώλοντο. Ὁ δὲ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἀλέξανδρος προεφασίσατο νοσηλευθεὶς καὶ οὐ κατῆλθεν ἐν τῇ εἰσόδῳ, ὡς ἐκ τούτου ὕποπτον αὐτὸν γενέσθαι τὴν τοιαύτην ἐπιβουλὴν κατασκευάσαι. Οὔτε ὁ Σαμωνᾶς παρῆν ἐκεῖ, ἀλλ' ἦν ἀπελθὼν ἀγαγεῖν Ζωὴν ἐν τῷ παλατίῳ πρὸς τὸ συνεῖναι τῷ βασιλεῖ. Κρατηθέντος δὲ τοῦ δόντος τὸν βασιλέα καὶ ἐξετασθέντος, καὶ πολλὰς βασάνους καὶ τιμωρίας ὑπο-

A illis quæ a Samona fuerant nuntiata, dixeruntque dignum esse qui magnum honorem consequeretur. Confestimque eum protospatharii dignitate ornavit et ad suam necessitudinem ascivit.

920 21-22. Mortuo vero Antonio patriarcha, ejus loco ordinatur Nicolaus, qui imperatoris erat mysticus. Capta porro est civitas munita Demetrias in Hellados themate a Damiano Agareno.

23. Leo imperator Annam filiam suam ex Zoe filia Zautzæ coronat, quod non poterat constituta ex more convivia publica exhibere, quod non esset Augusta.

24. Duxit autem imperator uxorem ex Opsicii themate, formosissimam valde, nomine Eudociam, coronans Augustamque renuntians ac sibi conju- B gem adhibens. Ex ea suscepto puero masculo tum ipsa exstincta est tum suscepta proles.

25. Coemptis Leo imperator ædibus prope Sanctos Apostolos, ibi præmagnificam ecclesiam exstruxit, nominæ primæ suæ uxoris S. Theophanonis.

26. Similiter etiam ecclesiam ædificavit ad Topos, quos vocant, S. Lazarum, virorum eunuchorum monasterium faciens; ubi et S. Lazari corpus e Cypro et Mariæ Magdalenæ Epheso relatum deposuit: celebrata ejusdem ecclesiæ illi encænia. Occupatis autem classiariis struendis ejuscemodi ecclesiis, captum in Sicilia est Tauromenium ab Afris, negligentia seu potius proditione Eustathii navalium drungarii et Caramali ibi tum exsistentis C et Michaelis Characti, ingenti **921** data Romanorum strage. In urbem reductis, ab imperatore et patriarcha redargutis, Characto insimulante, indicta mortis sententia est. Quanquam exorato a Nicolao patriarcha imperatore facta mortis venia est. Monachum inire concessum, Caramalin Picridii, Eustathio in Studii. Capta est et Lemnus insula ab Agarenis, multis incolarum abductis captivis.

27. In processu autem mediæ Pentecostes, cum Leo imperator ad S. Mocii ascendisset ac templum intraret, ubi jam prope soleam attigerat, egressus quidam ex ambone cum robusto fuste ac crasso in D caput impegit. Ac nisi fustis ictu interjecto candelabri remissus fuisset ac retardatus, confestim ei vitam abstulisset. Cruore autem e capite imperatoris largiter diffluente facta turbatio est ac fuga procerum, multique in ea perierunt. Frater autem Leonis Alexander morbum prætexens desideratus in ingressu est, ut inde suspicio ei inoleverit istiusmodi molitionis auctorem ipsum fuisse. Samonas quoque non erat ibi, sed abierat Zoem adducturus in palatium, ut cum imperatore esset. Capto illo qui ictum impegerat, habitaque de illo quæstione, ac cum multos dies non pauca sustinuisset supplicia ac tormenta, quod nihil confitebatur, ad

VARIÆ LECTIONES.

[11] τῷ βασιλεῖ καὶ τῷ πατριάρχῃ? [12] ἡ om. P.

862 extremum manibus pedibusque excisis in A Circi funda combustus est; quo ex tempore abolitus istiusmodi processus est.

28. Aliquo autem interjecto tempore ascendit Marcus sapientissimus œconomus ejusdem ecclesiæ (is nimirum qui complevit tetraodium magni Sabbati, a domino Cosma compositum), ac cum imperatore mensæ accumbens ex eo efflagitabat ne exscinderetur festæ diei solemnitas. Abnuente imperatore ait Marcus: *Olim jam a Davide scriptum erat* (Psal. LXXIII, 3), *domine, id tibi eventurum esse: prophetavit namque, dicens: Quanta malignatus est inimicus in sancto tuo, et gloriati sunt qui oderunt te in medio solemnitatis tuæ! Oportet enim te, domine, abhinc annos decem imperium tenere.* Quod et B contigit: eodem enim die quo ictum acceperat, et mortuus est.

29. Zoe quarta Leonis uxor non erat corollis nuptialibus donata. Imperatore solenni pompa procedente ad Butii emporium ad Christophori protovestiarii sui monasterium dedicandum, venit nuntius, Agarenorum classem ductore Tripolita adversus Cpolim ascendere. Mittit itaque imperator Eustathium navalium drungarium cum omni classe et tribunis ac officialibus adversus Tripolitam: qui, cum non licuisset aciem adversam jungere, inani conatu rediere.

30. Venit itaque Tripolita, et ingressus est intra Abydum, Parium usque. Quo cognito imperator in C magnam 863 venit animi dejectionem ac afflictionem. Mittitque Himerium a secretis primum classis ducem ac caput adversus Tripolitam, qui prorsus non ausi sunt propius classem Agarenorum adire. Quæ autem Dei judicia sunt, mutato consilio idem Leo Tripolita vela obvertens Thessalonicam profectus est. Quam et expugnavit, cepitque cum Leone Chatzilacio eorum prætore ac duce, magna data civium strage multisque abductis captivis. Rodophyllus autem quispiam cubicularius necessaria quadam ex causa in Siciliam missus, habens secum auri libras centum, cum forte fortuna in via ægrotans Thessalonicam ut lavaret ingressus esset, et ut vires reciperet, captus a Leone est. Hæc vero iter habens Symeon a secretis, qui postea D patricius primusque a secretis fuit, tum aurum recepit tum munera, quibus Rodophyllus in via relictis, multis excruciatus tormentis exstinctus est. Cumque Tripolitæ constitutum esset ut urbem everteret, intelligens Symeon significat ei ut aurum accipiat et urbem immunem sinat, quod et factum est.

31. Samonas autem simulato consilio exeundi in monasterium suum, quod Spira dicunt et in Damatri situm est, fuga in Syriam usus est cum pecuniis et equis suis, publicos equos per singulas stationes subnervans. Quo cognito imperator post

A μεμενηκότος ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας, ἐπεὶ μηδένα καθωμολόγει, τέλος ἐκκοπεὶς αὐτοῦ χεῖρας καὶ πόδας ἐκάη ἐν τῇ τοῦ ἱππικοῦ σφενδόνῃ, καὶ ἔκτοτε ἐξεκόπη ἡ τοιαύτη προέλευσις.

κη'. Μετὰ δέ τινα καιρὸν ἀνῆλθε Μάρκος ὁ σοφώτατος οἰκονόμος τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας, ὃς ἦν ἀναπληρώσας τοῦ μεγάλου Σαββάτου τὸ τετραῴδιον τοῦ κυρίου Κοσμᾶ· καὶ ἐν τῇ τραπέζῃ τῷ βασιλεῖ συνεστιώμενος ἐξελιπάρει τὸν βασιλέα μὴ ἐκκοπῆναι τὴν ἑορτήν. Τοῦ δὲ βασιλέως ἀπαναινομένου ἔφη ὁ Μάρκος, ὅτι *Προγεγραμμένον ἦν παρὰ τοῦ προφήτου Δαβὶδ τὸ παθεῖν σε, δέσποτα. Προεφήτευσε γὰρ εἰπών· Ὅσα ἐπονηρεύσατο ὁ ἐχθρὸς ἐν τῷ ἁγίῳ σου, καὶ ἐνεκαυχήσαντο οἱ μισοῦντές σε ἐν μέσῳ τῆς ἑορτῆς σου! Καὶ δεῖ σε, ὦ δέσποτα* B *ἀπὸ τοῦ νῦν κρατῆσαι τὴν βασιλείαν ἔτη δέκα.* Ὃ δὴ καὶ γέγονε· τῇ γὰρ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ καὶ ἔλαβεν, ἐν αὐτῇ καὶ τελευτᾷ.

κθ'. Ἦν δὲ Ζωὴ ἡ τετάρτη γυνὴ τοῦ βασιλέως ἀστεπτος. Τοῦ δὲ βασιλέως πρόκενσον ποιησαμένου εἰς τὸ ἐμπόριον τοῦ Βουτζίου πρὸς τὸ ἐγκαινίσαι τὴν μονὴν Χριστοφόρου τοῦ πρωτοβεστιαρίου αὐτοῦ, ἦλθεν ἀγγελία ὡς ὅτι ὁ στόλος τῶν Ἀγαρηνῶν ἅμα τῷ Τριπολίτῃ ἀνέρχεται κατὰ Κωνσταντινουπόλεως. Ἀποστέλλει οὖν ὁ βασιλεὺς Εὐστάθιον δρουγγάριον τοῦ πλωΐμου μετὰ παντὸς στόλου καὶ τῶν στρατηγῶν κατὰ τοῦ Τριπολίτου· οἱ μὴ δυνηθέντες ἀντιπαρατάξασθαι ἀπεστράφησαν [14] κενοί.

λ'. Ἦλθεν οὖν ὁ Τριπολίτης, καὶ εἰσῆλθεν ἔνδοθεν C τῆς Ἀβύδου μέχρι Παρίου. Τοῦτο μαθὼν ὁ βασιλεὺς ἐν μεγάλῃ ἀθυμίᾳ καὶ περιστάσει γέγονεν, καὶ ἀποστέλλει Ἱμέριον πρωτασηκρῆτιν κεφαλὴν τοῦ στόλου κατὰ τοῦ Τριπολίτου, μὴ τολμώντων κἂν ὅλως πλησιάσαι τῷ στόλῳ τῶν Ἀγαρηνῶν. Τοῖς δὲ τοῦ Θεοῦ κρίμασιν ἀντεστράφη ὁ αὐτὸς Λέων ὁ Τριπολίτης καὶ ἀπῆλθεν ἐν Θεσσαλονίκῃ καὶ ταύτην ἐπολιόρκησε καὶ παρέλαβεν ἅμα τῷ στρατηγῷ αὐτῶν Λέοντι τῷ Χατζιλακίῳ, ποιήσας πολλὴν σφαγὴν καὶ αἰχμαλωσίαν. [P. 558] Ῥοδόφυλλος δέ τις κουβικουλάριος ἦν ἀποσταλεὶς ἐν Σικελίᾳ διὰ χρείαν τινὰ, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ χρυσίου λίτρας ἑκατόν. Νοσήσας δὲ κατὰ τύχην ἐν τῇ ὁδῷ εἰσῆλθεν ἐν Θεσσαλονίκῃ πρὸς τὸ λούσασθαι καὶ ἀνακτήσασθαι ἑαυτὸν, ἐκρατήθη [15] παρὰ Λέοντος. Διερχομένου [16] δὲ Συμεὼν ἀσηκρῆ-D τις, ὁ μετὰ ταῦτα γεγονὼς πατρίκιος καὶ πρωτασηκρῆτις, ἀνελάβετο τό τε χρυσίον καὶ τὰ δῶρα, ἅπερ εἴασεν ὁ Ῥοδόφυλλος ἐν τῇ ὁδῷ καὶ πολλὰ βασανισθεὶς ἐτελεύτησε. Τοῦ δὲ Τριπολίτου βουλομένου τὴν πόλιν καταστρέψαι, μαθὼν ὁ Συμεὼν δηλοῖ αὐτῷ χρυσίον λαβεῖν καὶ ταύτην ἐᾶσαι· ὃ δὴ καὶ γέγονεν.

λα'. Σαμωνᾶς δὲ προφασισάμενος ἐπὶ τὴν μονὴν αὐτοῦ τὰ Σπεῖρα ἐξελθεῖν, τὴν ἐν τῷ Δαματρὶ οὖσαν, φυγῇ ἐχρήσατο ἅμα χρήμασι καὶ ἵπποις αὐτοῦ, τοὺς ἵππους τοὺς δημοσίους κατὰ ἀπαλλαγὴν ἀγκυλοκοπήσας. Τοῦτο μαθὼν ὁ βασιλεὺς ἀποστέλλει ὄπισθεν

VARIÆ LECTIONES.

[14] ὑπεστράφησαν? [15] καὶ ἐκρατήθη? [16] διερχόμενος?

αὐτοῦ Βασίλειον ἑταιρειάρχην τὸν Καματηρὸν καὶ Γεώργιον τὸν Κρηνήτην τοῦ καταλαβεῖν αὐτόν. Τοῦ δὲ Σαμωνᾶ τὸν Ἅλυν βουλομένου διαπερᾶσαι, κατέλαβεν αὐτὸν Νικηφόρος δρουγγάριος ὁ λεγόμενος Καμινᾶς, οὐκ ἐῶν αὐτὸν διαπερᾶσαι. Ἐπεὶ δὲ πολλὰ ὁ Σαμωνᾶς ὑπισχνεῖτο καὶ οὐκ ἔπειθεν, προσέφυγεν εἰς τὸ Σιριχᾶ εἰς τὸν τίμιον σταυρὸν, προφασισάμενος ὡς διὰ πίστιν τοῦ σταυροῦ ἐληλύθει. Καταλαβὼν οὖν Κωνσταντῖνος ὁ τοῦ Δουκὸς, καὶ τοῦτον ἀναλαβόμενος, ὑπέστρεψεν ἐν τῇ πόλει. Προσέταξε δὲ ὁ βασιλεὺς αὐτὸν μὲν φυλάττεσθαι ἐν τῇ οἰκίᾳ Βάρδα τοῦ Καίσαρος, ἠρώτησε δὲ Κωνσταντῖνον τοῦ Δουκὸς περὶ αὐτοῦ, καὶ μαθὼν ὡς ἀληθῶς ἐν Συρίᾳ ἔφυγε, παρεγγύησε τῷ Δουκὶ μὴ εἰπεῖν τοῦτο ἐνώπιον τῆς συγκλήτου, ὅτε [16] παρ' αὐτοῦ ἐρωτηθῇ, ἀλλ' ὅτι δι' εὐχὴν ἀπῆλθεν ἐν τῷ Σιριχᾶ· ἤθελε γὰρ ὁ βασιλεὺς συνοψισθῆναι αὐτῷ. Προσκαλεσάμενος οὖν Κωνσταντῖνον τοῦ Δουκὸς ἔμπροσθεν τῶν ἐν τέλει ἔφη· *Οὕτως ἔχεις Θεὸν καὶ τὴν κεφαλήν μου, ἔφυγεν ὁ Σαμωνᾶς ἢ οὔ;* Ὁ δὲ ὡς εἰπὼν πρότερον τῷ βασιλεῖ μὴ ὁρκισθῆναι καὶ τὸ κελευόμενον εἰπεῖν, ἀκούσας τοὺς ὅρκους ἐξεῖπεν ἐνώπιον πάντων, ὅτι *Εἰς Συρίαν ἔφευγεν.* Μετ' ὀργῆς δὲ τοῦ βασιλέως τοῦτον ἀποπεμψαμένου, ἐποίησε Σαμωνᾶς μῆνας τέσσαρας ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Βάρδα. Ἀπεσυνόψισε δὲ ἐν τῇ αὐτοκρατορίᾳ τοῦ βασιλέως [17].

[P. 559] λβ'. Ἐφάνη δὲ τότε καὶ κομήτης ἀστὴρ, τὰς ἀκτῖνας ἐπὶ Ἀνατολῆς πέμπων, φαινόμενος ἐν ἡμέραις καὶ νυξὶ τεσσαράκοντα. Γέγονε δὲ Σαμωνᾶς πατρίκιος ἀπὸ τῆς αὐτοῦ φυγῆς. Ἐγέννησε δὲ υἱὸν ἀπὸ Ζωῆς τῆς τετάρτης αὐτοῦ γυναικός. [18] Ἐβαπτίσθη δὲ τὰ ἅγια Φῶτα ὑπὸ Νικολάου πατριάρχου ἐν τῇ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, δεξαμένων αὐτὸν Ἀλεξάνδρου βασιλέως καὶ Σαμωνᾶ πατρικίου καὶ τῶν ἐν τέλει πάντων.

λγ'. Γέγονε δὲ καὶ ἡ Κύφη τότε γηροκομεῖον, διωχθεισῶν τῶν ἑταιρίδων.

κε'. Μαΐῳ δὲ μηνὶ ιε', ἰνδικτιῶνος ιγ', τελευτᾷ τὸν βίον ὁ πατριάρχης Νικόλαος, κρατήσας ἐν τῇ β' αὐτοῦ ἀναβάσει τοῦ πατριαρχείου ἔτη ιγ'. Καὶ ἀπετέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῇ ὑπ' αὐτοῦ κτισθείσῃ μονῇ τῶν Γαλακρηνῶν. Αὐγούστῳ δὲ μηνὶ πατριάρχης καθίσταται Στέφανος ὁ Ἀμασείας μητροπολίτης εὐνοῦχος C ὑπάρχων [93].

κϛ'. Ὀκτωβρίῳ δὲ μηνὶ κατηγορηθεὶς ὁ μυστικὸς Ἰωάννης καὶ παραδυναστεύων ὡς τῆς βασιλείας ἐφιέμενος ὑποθήκῃ τοῦ πατρικίου Κοσμᾶ καὶ λογοθέτου τοῦ δρόμου, [P. 582] διδόντος εἰς γυναῖκα τὴν θυγατέρα αὐτῷ. Τούτου ἕνεκεν καταβιβάζεται μὲν τοῦ παλατίου, συγχωρεῖται δὲ προέρχεσθαι καὶ τῷ βασιλεῖ ἐξυπηρετεῖν καὶ σὺν αὐτῷ τὸ ἀνῆκον διοικεῖν· στοργὴν γὰρ ὅτι πλείστην ἐκέκτητο πρὸς αὐτὸν ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς ὡς ἐν πᾶσιν αὐτὸν θεραπεύειν δυνάμενον, καὶ τελέως τοῦτον ἀπώσασθαι οὐκ ἠβούλετο. Τῶν κατηγόρων οὖν ἐπειγόντων τὸν βασιλέα καὶ σαφῆ ἀποδεικνύντων τὰ κατηγορημένα, ἐρευνήσας ὁ βασιλεὺς καὶ ἀληθῆ ταῦτα εἶναι μαθὼν ἔμελλε D τοῦτον κατασχὼν ἀνετάζειν. Ὁ δὲ τοῦτο προγνοὺς χρῆται φυγῇ, καὶ τὴν Μονοκάστανον λεγομένην καταλαβὼν ἀποκείρεται μοναχός. Πέφευγε δὲ καὶ Κωνσταντῖνος ὁ τοῦ Βοΐλα ὁ τῆς τραπέζης, οἰκεῖος καὶ φίλος ὢν αὐτῷ, καὶ τὸν Ὄλυμπον καταλαβὼν τὸ μοναχικὸν καὶ αὐτὸς ἅτε συμμύστης ὑπάρχων τοῦ μυστικοῦ καὶ τῶν ἀπορρήτων αὐτοῦ κοινωνός. Τὸν δὲ πατρίκιον Κοσμᾶν ἐν τῷ ὡρολογίῳ τοῦ παλατίου τύψας ὁ βασιλεὺς διεδέξατο. Προβάλλεται δὲ ἀντὶ τοῦ μυστικοῦ Ἰωάννου Θεοφάνην παραδυναστεύοντα.

VARIÆ LECTIONES.

[93] σημείωσαι ὅτι ἐγένετο καὶ εὐνοῦχος πατριάρχης. margo P.

κζ'. Ἐγένετο δὲ τηνικαῦτα καὶ σεισμὸς φοβερὸς A ἐν τῷ τῶν Θρᾳκησίων θέματι, καὶ χάσμα γῆς μέγα καταπληκτικὸν, ὥστε πολλὰ χωρία καὶ ἐκκλησίας καταποθῆναι.

κη'. Μαΐῳ δὲ μηνὶ κζ', ἰνδικτιῶνος ιε', Συμεὼν ὁ ἄρχων Βουλγαρίας ἐτελεύτησεν, Πέτρον υἱὸν αὐτοῦ προβαλόμενος ἄρχοντα, ὃν ἐκ τῆς δευτέρας αὐτοῦ ἔσχε γυναικὸς, τῆς ἀδελφῆς Γεωργίου τοῦ Σουρσουβούλη, ὃν καὶ ἐπίτροπον τοῖς ἑαυτοῦ παισὶν ὁ Συμεὼν καταλέλοιπεν. Μιχαὴλ δὲ ἐκ τῆς προτέρας αὐτοῦ γενόμενον γυναικὸς ἀπέκειρε μοναχόν. Ἰωάννης δὲ καὶ Βενιαμὶν οἱ τοῦ Πέτρου ἀδελφοὶ ἔτι στολῇ ἐκοσμοῦντο Βουλγαρικῇ.

κθ'. Τὰ κύκλῳ οὖν ἔθνη τὴν τοῦ Συμεὼν μαθόντες τελευτὴν, οἵ τε Χρωβάτοι καὶ οἱ λοιποὶ, ἐκστρατεύειν κατὰ Βουλγάρων ἐβούλοντο. B Λιμοῦ δὲ σὺν ἀκρίσι τὸ Βουλγαρικὸν ἔθνος ἰσχυρῶς ἐκπιέζοντος, ἐδεδίεσαν μὲν καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν τὴν ἔφοδον, ἐδεδίεσαν δὲ πλέον καὶ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐπέλευσιν. Βουλὴν οὖν ποιησάμενοι κατὰ Ῥωμαίων ἐκστρατεύουσιν, καὶ ἐν Μακεδονίᾳ καταλαμβάνουσιν. Φόβον οὖν, ὡς εἰκὸς, τοῖς Ῥωμαίοις ἐμποιήσοντες, ἔπειτα μαθόντες ὅτι μέλλει κατ' αὐτῶν ἐκστρατεύειν ὁ βασιλεὺς, ἀποστέλλουσι Πέτρος τε καὶ Γεώργιος κρυφίως τινὰ μοναχὸν Καλοκῦριν ὀνομαζόμενον, τῷ γένει Ἀρμενιακὸν, χρυσοβούλλιον [P. 583] ἐπιφερόμενον [84]. Διηγόρευε δὲ τὰ ἐν αὐτῷ ὡς τὴν μετὰ Ῥωμαίων εἰρήνην ἀσπάζονται καὶ πρόθυμοι ταύτῃ συνθέσθαι εἰσὶν, οὐ μόνον δὲ ἀλλ', εἴ γε βούλονται, καὶ γαμικὸν ποιῆσαι συνάλλαγμα. C

λ'. Τὸν τοιοῦτον οὖν μοναχὸν ὁ βασιλεὺς ἀποδεξάμενος ἀσμενέστατα, παρευθὺ ἀπέστειλε μετὰ δρόμωνος ἐν Μεσημβρίᾳ τὸν μοναχὸν Θεοδόσιον τὸν Ἀβούκην καὶ Κωνσταντῖνον βασιλικὸν κληρικὸν τὸν Ῥόδιον, τὰ εἰς εἰρήνην συλλαλῆσαι τοῖς Βουλγάροις. Οἱ δὲ παραγενόμενοι καὶ τὰ εἰκότα συλλαλήσαντες ἐξῆλθον ἅμα Στεφάνῳ Βουλγάρῳ διὰ ξηρᾶς. Ὄπισθεν δὲ αὐτῶν κατέλαβε καὶ Γεώργιος ὁ Σουρσούβουλος. Καὶ παραγενόμενοι ἐν Κωνσταντινουπόλει τὴν εἰρήνην ἐποιήσαντο, καὶ συνάλλαγμα μετὰ τοῦ βασιλέως ποιῆσαι ᾐτήσαντο. Θεασάμενοι δὲ τὴν θυγατέρα Χριστοφόρου Μαρίαν καὶ μεγάλως ἐπ' αὐτῇ ἀρεσθέντες ἔγραψαν τῷ Πέτρῳ διὰ τάχους παραγενέσθαι, σύμφωνα ποιήσαντες πρότερον περὶ τῆς γεγονυίας εἰρήνης. D

λα'. Ἀπεστάλη δὲ Νικήτας μάγιστρος ὁ συμπένθερος Ῥωμανοῦ βασιλέως ὑπαντῆσαι καὶ ἀγαγεῖν Πέτρον μέχρι τῆς πόλεως. Τοῦ Βουλγάρου οὖν Πέτρου καταλαβόντος, τριήρους ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς ἐπιβὰς ἐν Βλαχέρναις παρεγένετο καὶ τὸν Πέτρον ὡς αὐτὸν ἀφικόμενον ἐθεάσατό τε καὶ κατησπάσατο. Ἐπεὶ δὲ ἀλλήλοις τὰ εἰκότα συνωμίλησαν, ὑπογράφονται τά τε σύμφωνα τῆς εἰρήνης καὶ τὰ γαμικὰ συναλλάγματα, μεσολαβοῦντος ἐν τούτοις καὶ συνεχῶς διευθετοῦντος τὰ μεταξὺ Ῥωμαίων τε καὶ Βουλγάρων τοῦ πρωτοβεστιαρίου Θεοφάνους.

λβ'. Ὀγδόῃ δὲ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς ἐξῆλθεν ὁ

27. Sub id tempus horrendus in Thracesium themate exstitit terræ motus, ingensque ac terrificus terræ hiatus, ita ut plura prædia et ecclesiæ cum hominibus absorpta sint.

904 28. Maii mensis vigesima septima, indictione quinta decima, moritur Symeon Bulgariæ princeps, Petrum filium suum, quem ex secunda uxore sua Sursubulis sorore sustulerat præficiens principem, quem et Sursubulem Symeon suorum liberorum scripsit tutorem. Michaelem ex priore uxore susceptum detondit monachum: Joannes et Benjamin Petri fratres adhuc Bulgariæ stola ornabantur.

29. Circumvicinæ igitur gentes, tum scilicet Chrobati tum reliqui, audita Symeonis morte Bulgaros bello incessere statuebant. Fame vero cum ingenti locustarum copia Bulgarorum gentem graviter premente, cum aliarum gentium irruptionem formidabant, tum præcipue Romanorum in se impetum metuebant. Secum itaque deliberantes adversus Romanos copias educunt, ac Macedoniam infestis signis petunt, Romanis, ut par est, incutientes metum. Tum ubi didicere fore ut imperator Romanus in eos verteret impetum, una Petrus Georgiusque monachum quemdam Calocyrim nomine, genere Armeniacum, aurea instructum bulla occulte mittunt. Bullæ tenor hic erat, pacem se amplecti cum Romanis, et ut illam componant, promptis animis esse; neque id modo, sed et nuptiarum fœdera, dum illis adlubeat, cum Romanis se esse inituros.

30. Istiusmodi itaque monacho placidissime recepto, continuo imperator Theodosium Abucem monachum **905** et Constantinum Rhodium, clericum palatinum, cum Bulgaris in Mesembria de pace collocuturos emisit. Qui cum venissent ac colloquio habito rem commode tractassent, terra iter habentes Petro Bulgaro illis comite rediere. Post hos etiam Georgius Sursubulus subsecutus est; cumque in urbem venissent, pacem inierunt ac cum imperatore pacisci petierunt. Conspectaque Maria Christophori filia, ejusque plurimum specie formaque oblectati, Petro, ut quam celerrime veniret, scripsere, cum initæ pacis pacta ante percussissent.

31. Missus vero est et Nicetas magister, Romani imperatoris consocer, qui obviam iret ac Petrum ad urbem usque duceret. Petrus itaque Bulgarus cum venisset, conscensa Romanus imperator trireme Blachernas petit, ac ibi Petrum ad se venientem et vidit et osculo salutavit. Inter se vero de præsentibus negotiis collocutis, subscriptionibus munita rataque habita pacis pariter nuptiarumque fœdera, Theophane protovestiario in omnibus quasi sequestro, ac solerter Romanos inter Bulgarosque negotium dirigente.

32. Octavo autem mensis Octobris egressus pa-

VARIÆ LECTIONES.

[84] ὅτι καὶ οἱ Βούλγαροι μετὰ χρυσαφίου ἐβούλλυναν τὰς γραφάς, margo P.

triarcha Stephanus cum Theophane protovestiario et Maria Christophori filia universoque senatu, ad sanctissimæ Dei Genitricis ad Pegas, Petrum Mariamque benedixit, et nuptiales corollas eorum capitibus imposuit, sponsam **906** comitantibus Theophane protovestiario et Georgio Sursubulo. Instructa vero sumptuosa ac præmagnifica mensa, cunctisque ad nuptiarum solemnia spectantibus rite splendideque peractis, Theophanes protovestiarius una cum Maria Christophori imperatoris filia in urbem reversus est. Tertio autem a nuptiis celebratis die Romanus imperator in Pegarum exscensione magnificum paravit convivium, sericis aulæis convestita machina. Quo loco epulatus Romanus imperator cum Petro Bulgaro necnon Constantino genero ac Christophoro filio. Bulgaris porro etiam atque etiam obstinatis animis adnitentibus ut priore loco Christophorus ac tum Constantinus faustis ominibus atque vocibus imperatorum more acciperetur, eorum Romanus imperator enixe flagitatis annuit, ac quod petierant exstitit.

33-34. Tum vero omnibus nuptiarum expletis solemniis et gaudiis, ac cum jam Maria cum Petro viro suo in Bulgariam esset profectura, ad Hebdomum usque a parentibus una cum Theophane protevestiario deducitur. Ibique cum Petro epulati, quod in discessus procinctu erat, puellæ circumfusi copiosas fundunt lacrymas, quantas par erat, qui charissimo pignore continuo privandi erant; generumque suum exosculati, atque ejus manibus deposita filia ac contradita, in regiam revertuntur. Maria viri Bulgari manibus tradita, gaudio mista et tristitia, in Bulgariam iter habebat. Dolorem faciebat quod amantissimis parentibus, **907** quod regiis ædibus, quod necessariorum affiniumque consuetudine destituebatur; rursusque gaudio erat quod viro regi locata Bulgarorumque domina esset consalutata. Ibat itaque splendidas sibi exportans opes ac omnigenas, eaque supellectili instructa quæ et numerum excedat.

35. Tunc vero etiam a Melitene ad Romanum imperatorem legati advenere pacis fœdera pactaque offerentes. Nec multo post etiam Apochaps Ameris nepos, ipse Melitenes ameras, nec non Aposalath ducum strenuissimus nobilissimusque ac locupletissimus, ex Melitene venerunt; magnificeque convenienti honore ac cultu a Romano suscepti percussoque pacis fœdere ad sua redierunt. Indeque sociis adlecti ac fœderati adversus tribules suos Agarenos cum Romanis ad bella proficiscebantur, ac triumphi specie cum iisdem captivos suos ducentes (mirando sane spectaculo et inaudito, impiorumque Saracenorum afflictarum rerum indicio) urbem ingrediebantur. Mortuo autem Apochapso, viro prudente ac sapiente, Melitenenses pacem dissolvere. Iterum igitur adversus eos proficiscuntur legionum domesticus Joannes Crocoas cum cohorti-

A πατριάρχης Στέφανος ἅμα Θεοφάνει [85] πρωτοβεστιαρίῳ καὶ Μαρίᾳ τῇ τοῦ Χριστοφόρου θυγατρὶ καὶ πάσῃ τῇ συγκλήτῳ εἰς τὸν ναὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τὸν τῆς Πηγῆς, καὶ εὐλόγησαν Πέτρον τε καὶ Μαρίαν, καὶ τοὺς νυμφικοὺς στεφάνους ταῖς αὐτῶν ἐπέθηκαν κεφαλαῖς, παρανυμφεύοντος Θεοφάνους πρωτοβεστιαρίου καὶ Γεωργίου Σουρσουβούλου. Λαμπρᾶς δὲ καὶ πολυτελοῦς γεγονυίας τραπέζης, καὶ πάντων τῶν εἰθισμένων τοῖς γάμοις φαιδρῶς ἐπιτελεσθέντων, εἰσῆλθεν Θεοφάνης πρωτοβεστιάριος ἅμα Μαρίᾳ τῇ θυγατρὶ τοῦ βασιλέως Χριστοφόρου ἐν τῇ πόλει. Τῇ δ' δὲ τοῦ γάμου ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς εὐωχίαν λαμπρὰν ἐν τῇ τῶν Πηγῶν ἀποβάθρᾳ τοῦ βασιλικοῦ δρόμωνος, περικοσμήσας αὐτὴν ὑφάσμασι σηρικοῖς. Ἔνθα συνειστιάθη Ῥωμανὸς ὁ B βασιλεὺς Πέτρῳ Βουλγάρῳ ἅμα Κωνσταντίνῳ γαμβρῷ καὶ [P. 584] Χριστοφόρῳ υἱῷ. Τῶν δὲ Βουλγάρων ἔνστασιν οὐ μικρὰν ποιησαμένων πρότερον εὐφημισθῆναι Χριστοφόρον, εἶθ' οὕτως Κωνσταντῖνον, ὑπεῖξε τῇ ἐνστάσει τούτων ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς, καὶ γέγονεν ὅπερ ᾐτήσαντο.

λγ'-λδ'. Ἐπειδὴ δὲ πάντα τὰ ἐπὶ τοῖς γάμοις συνετελέσθησαν, ἔμελλε δὲ Μαρία ἤδη τὴν πρὸς Βουλγαρίαν σὺν τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς Πέτρῳ ὁδὸν ὁδεύειν, οἱ ταύτης γονεῖς μέχρι τοῦ Ἑβδόμου συνεξῆλθον αὐτῇ ἅμα Θεοφάνει πρωτοβεστιαρίῳ, καὶ συνεστιαθέντες ἐκεῖσε Πέτρῳ, ἐπειδὴ ἔμελλεν ἀπαίρειν, περιχυθέντες τῇ θυγατρὶ καὶ πολλὰ καταχέαντες δάκρυα καὶ ὅσα εἰκὸς ἐπὶ στερήσει σπλάγχνου περιποθήτου, C τόν τε αὐτων γαμβρὸν ἀσπασάμενοι καὶ ταύτην ταῖς αὐτοῦ χερσὶ παραθέμενοι ἐν τοῖς βασιλείοις ὑπέστρεψαν. Μαρία δὲ Βουλγαρικαῖς παραδοθεῖσα χερσὶ τὴν ἐπὶ Βουλγαρίαν ἀπῄει, χαίρουσά τε ἅμα καὶ λυπουμένη, λυπουμένη μὲν ἐφ' οἷς γονέων φιλτάτων ἐστέρηται καὶ βασιλείων οἴκων καὶ συνηθείας τῶν γένει προσοικούντων [86], χαίρουσα δὲ ὡς βασιλεῖ προσηρμόσθη ἀνδρὶ καὶ δέσποινα Βουλγάρων προσηγορεύθη. Ἀπῄει τοίνυν πλοῦτον ἐπικομιζομένη λαμπρὸν καὶ παντοδαπῆ καὶ σκευὴν ἀναρίθμητον.

λε'. Τότε δὲ καὶ πρέσβεις πρὸς τὸν βασιλέα Ῥωμανὸν ἐκ τῆς Μελιτηνῆς παρεγένοντο, εἰρηνικὰς σπονδὰς ἐπὶ τὸ ποιῆσαι πάκτα παρέχοντες. Μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ Ἀπόχαψ ὁ τοῦ Ἄμερ ἔγγονος, ἀμηρᾶς D ὢν Μελιτηνῆς, καὶ ὁ Ἀποσαλὰθ στρατηγὸς, εὐγενέστατος καὶ πλούσιος ὢν, ἐκ Μελιτηνῆς παρεγένοντο. Ἀποδεχθέντες οὖν μεγάλως μετὰ τῆς προσηκούσης τιμῆς παρὰ Ῥωμανοῦ καὶ σύμφωνα εἰρήνης ποιήσαντες ὑπέστρεψαν εἰς τὰ ἴδια. Ἔκτοτε δὲ συνεξεστράτευον τοῖς Ῥωμαίοις κατὰ τῶν ὁμοφύλων Ἀγαρηνῶν, ἔν τε τοῖς ἐπινικίοις συνεισήρχοντο τοῖς Ῥωμαίοις ἐν τῇ πόλει, αἰχμαλώτους ἄγοντες Ἀγαρηνούς· ὅπερ ἦν θαυμαστὸν καὶ παράδοξον δεῖγμα τῆς τῶν ἀθέων Ἀγαρηνῶν δυστυχίας. Τελευτήσαντος δὲ τοῦ Ἀπόχαψ, ἀνδρὸς φρονίμου καὶ συνετοῦ καὶ δυνατοῦ, διέλυσαν τὴν εἰρήνην οἱ τὴν Μελιτηνὴν κατοικοῦντες. Ἐκστρατεύουσιν οὖν κατ' αὐτῶν πάλιν ὁ

VARIÆ LECTIONES.

[85] Θεοδώρου P. [86] προσηκόντων p. 257 b.

A τε δομέστικος τῶν σχολῶν Ἰωάννης ὁ Κροκόας [57] μετὰ τῶν θεμάτων καὶ τῶν ταγμάτων καὶ ὁ Μηλίας [58] μετὰ τῶν Ἀρμενίων, καὶ πολλὰς προνομὰς καθ' ἑκάστην ποιούμενοι, καὶ ταῖς συνεχέσιν ἐπιδρομαῖς αἰχμαλωτίζοντες τούτους καὶ ληΐζοντες, εἰς τοσαύτην στένωσιν τὴν Μελιτηνὴν περιέστησαν [P. 585] ὥστε αὐτὴν συντομώτατα ἐκπορθῆσαι καὶ ἕως ἐδάφους καταστρέψαι, οὐ μόνον δὲ ταύτην, ἀλλὰ καὶ τὰς ὁμόρους αὐτῇ πόλεις καὶ χώρας πολυφόρους τε οὔσας καὶ πιοτάτας καὶ ἄλλας [59] πολλὰς παρέχειν προσόδους. Ταύτην οὖν τὴν [60] Μελιτηνὴν εἰς κουρατωρίαν ἀποκαταστήσας ὁ βασιλεὺς πολλὰς χιλιάδας χρυσίου καὶ ἀργυρίου ἐκεῖθεν δασμοφορεῖσθαι ἐτησίως πεποίηκεν.

λϛ'. Κατηγορήθη δὲ Νικήτας μάγιστρος καὶ πενθερὸς Χριστοφόρου βασιλέως ὡς ὑποτιθέμενος αὐτῷ κατὰ τοῦ ἰδίου γενέσθαι πατρὸς καὶ τῆς βασιλείας αὐτὸν ἐξεῶσαι. Τοῦτον οὖν ἐξαγαγόντες τῆς B πόλεως ἀπέκειραν μοναχὸν, ὑπερορίσαντες ἐν τῷ αὐτοῦ προαστείῳ.

λζ'. Μηνὶ δὲ Ἰουλίῳ ιη', ἰνδικτιῶνος ϛ', Στέφανος ὁ πατριάρχης τελευτᾷ, ποιήσας ἔτη β' καὶ μῆνας ια'. Δεκεμβρίῳ δὲ μηνὶ ιδ' ἄγουσι Τρύφωνα μοναχὸν ἐν τῷ Ὀψικίῳ μονάζοντα, ἐπ' εὐλαβείᾳ καὶ ἁγιότητι μαρτυρούμενον, καὶ χειροτονοῦσι πατριάρχην ἐπὶ χρόνῳ ῥητῷ [61], μέχρις ἂν εἰς μέτρον ἡλικίας φθάσῃ Θεοφύλακτος ὁ τοῦ βασιλέως Ῥωμανοῦ υἱὸς, ὃν ἔμελλον πατριάρχην χειροτονεῖν Κωνσταντινουπόλεως.

C λη'. Εἰκάδι δὲ πέμπτῃ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς χειμὼν ἀφόρητος γέγονεν, ὥστε κρυσταλλωθῆναι τὴν γῆν ἐπὶ ἡμέρας ρκ'. Ὅθεν καὶ γέγονε μέγας λιμὸς τοὺς πώποτε γενομένους ὑπερβαλλόμενος, καὶ θάνατος ἐκ τοῦδε πολὺς, ὡς μὴ δύνασθαι τοὺς ζῶντας ἐκκομίζειν τοὺς τεθνεῶτας. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ῥωμανὸς τὴν ἀπόρρητον [62] ἐκείνην βίαν κατανοήσας, ἀξίαν τῆς αὐτοῦ συμπαθοῦς καὶ ἐλεήμονος φύσεως πρόνοιαν ἐποιήσατο, πολλαῖς ἐλεημοσύναις τὴν ἐκ τοῦ λιμοῦ παραμυθησάμενος ἔνδειαν· ἀνέφραξέ τε θυρίσι καὶ σανιδώμασι τὰς τῶν ἐμβόλων στοὰς, ὡς μὴ τὴν χιόνα καὶ τὸ ψῦχος ἐκεῖθεν ἐπεισιέναι τοῖς πένησι. Τότε καὶ τὰς λεγομένας ἄρκλας ἐν πᾶσι κατεσκεύασε τοῖς ἐμβόλοις, ἄργυρόν τε κατὰ μῆνα τοῖς ἐν ταύταις κατακειμένοις πένησι δίδοσθαι διετάξατο, καὶ τὰ μηνιαῖα τριμίσια ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ἀργύρου ἐγκε- D χαραγμένου χιλιάδας ιβ'. Οὐ μόνα δὲ ταῦτα ἡ συμπαθὴς ἐκείνη ψυχὴ διετυπώσατο τῶν πενήτων προνοουμένη, ἀλλὰ καὶ καθ' ἡμέραν τρεῖς αὐτῷ συνεσθίειν πένητας διετάξατο, οἳ καὶ ἀνὰ ἓν ἐλάμβανον νόμισμα. Τετράδι δὲ καὶ παρασκευῇ τρεῖς πένητες μοναχοὶ συνήσθιον, τὸ τετυπωμένον λαμβάνοντες νόμισμα ἕκαστος. [P. 586] Ὅπερ δὲ ἐν τοῖς μοναστηρίοις εἰώθει γίνεσθαι, ὥστε ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἑστιάσεως ἀνάγνωσιν γίνεσθαι, τοῦτο καὶ αὐτὸς ἐποίει, διπλῆν ἑαυτῷ καὶ τοῖς δαιτυμόσι τὴν τράπεζαν πα-

bus et legionibus, Meliasque Armeniis præfectus. Hi multas quotidie agentes prædas, assiduisque excursionibus totam late regionem populantes ac **908** captivos ducentes, in tantas Melitenem adegerunt angustias ut brevissimo tempore ipsam expugnaverint ac solo tenus æquaverint. Nec eam modo, sed et circumvicinas urbes atque oppida et regiones feracissimas opimasque, ac quæ multos proventus exhibeant. Hanc igitur Melitenem imperator in curatoriam redigens (alii provinciam dicant), multa eruit auri argentique millia.

36. Delatus vero criminis est Nicetas magister ac Christophori imperatoris socer, ut qui rebellandi adversus patrem eumque solio deturbandi auctor ille fuisset. Quocirca urbe ejectum monachum detonderunt, exsilii in suburbano suo damnatum.

37. Mensis Julii die decima octava, indictione sexta, moritur Stephanus patriarcha, cum ei muneri præfuisset annos duos menses undecim. Mensis autem Decembris quarta decima, Tryphonem adducunt in Opsicio monachum, virum religiosis moribus a sanctitate probatum, ordinantque patriarcham ad certum tempus, donec scilicet Theophylactus Romani filius maturæ ætatis annos attingeret, quem patriarcham Cpolitanum præfecturi erant.

38. Ejusdem mensis die vigesima quinta gravissima sæviit et intolerabilis hiems, adeo ut dies 120 terra gelu concreta obriguerit. Hoc gelu subsecuta fames, quanta ante nunquam exstiterat; exque illa crebræ **909** adeo mortes ut nec ferendis mortuis vivi sufficerent. Porro Romanus imperator tantam vim mali, et quam nulla verborum vis explicare possit, considerans, convenientem pro tenera sua benignaque in miseros indole curam eis adhibuit, larga eleemosynarum præbitione famis indigentiam solans. Porticuum quæque spatia fenestris tabulatisque obstruxit, ne per ea nix frigusque in pauperes grassaretur. Tum eas quoque quas vocant arculas ac projecturas in cunctis porticibus construxit; nummumque argenteum egenis illic jacentibus quot mensibus erogari præcepit; menstrua quoque trimisia per ecclesias pauperibus jussit distribui, argenti signati duodecim millia. Neque hæc solum misericordiæ pronus ejus animus paupcrumque liberalis provisor constituerat, sed et tres quotidie pauperes secum comedere voluit, qui singuli nummos singulos eleemosynæ ritu acciperent. Quarta autem feria et parasceve tres egenos monachos mensæ socios adhibebat, qui et ipsi constitutum nummum singuli accipiebant. Quodque in monasteriis ritu legitimo servatur, ut inter comedendum

VARIÆ LECTIONES.

[57] Κουρκούας p. 257 d. [58] Μελίας p. 258 a. [59] ἄλλας οἵας recte p. 258 b. [60] τὴν om. P. [61] σημείωσαι χειροτονίαν Τρύφωνος πατριάρχου ἐπὶ ῥητῷ χρόνῳ. margo P. [62] ἀφόρητον p. 258 d.

lectio habeatur, hoc et ille præstabat, sibi ipse et convivis duplicem apponens mensam, ut tum corpus consueto cibo aleretur, tum anima doctrinarum voluptate oblectaretur. Quibus ille diligenter attendens animum, spiritu mentis compunctus, lacrymarum large fontes emittebat.

910 39. Ejus vero fidem erga monachos, quos præsertim sanctitas ac religio claros reddiderat, quanta fuerit, quis possit enarrare? Eorum nemo in conspectum veniebat, cui actus suos cum multis lacrymis non exponeret. Cum autem fide devotissimus ac summe orthodoxus esset, urbis omnes ecclesias pellucidis subtili stamine peplis cereorumque ac lampadum copia splendide exornabat, ac decorabat. Sed et monachis in montibus, tum nempe Olympo tum Cymina, et quem vocant Petram auream, et Barachei monte, nullo unquam tempore destitit annua stipendia mittere eorumque res curare ac eis prospicere; quique inter illos actionis cultu ac contemplatione spectabiles essent, ad se accersere, eorumque precum suffragia decerpere. Nec id modo, sed et religiosa exercitatione inclusis, et qui se angustissimis taguriolis velut carcere abdidisseut, cunctis denique monasteriis statutas annonas subministrare non cessabat. Has velut e multis paucas viri virtutes eleemosynasque percurrimus.

40. Petro autem Bulgaro Joannes frater cum aliis Symeonis proceribus struxit insidias. Deprehensis illis, Joannes quidem verberibus emendatus in carcere includitur; reliqui acerbis suppliciis subacti sunt. Horum Romanus imperator a Petro certior factus Joannem monachum 911 (eum qui rector exstiterat) mittit, prætextu quidem redimendi captivos, re ipsa vero ut Joannem caperet et Byzantium duceret; quod et ita contigit. Quippe cum Joanne navem ingressus a Mesembria in urbem venit. Nec multo post projecto monachi habitu, cum uxoris amplexus quæreret, imperator illi ædes assignavit multaque omnino prædia contulit; uxorem quoque ex sua ipsius Armeniacorum patria ei locavit, atque in Cæsaris domo præmagnifice nuptias fecit, ductoribus sponsæ Christophoro imperatore ac Joanne monacho exrectore.

41. Mensis Martii die secunda, qui in foro, columnis illic ordine erectis, Cosmites impositus erat, decidit ac viros sex occidit. Magnum quoque ac formidabile in fori porticu excitatum incendium, haud procul a templo sanctæ Deiparæ, adeo ut pars illa fori quam cerarii et quam pelliliarii artifices occupant, ad Psichas usque igni absumpta sit.

42. Mortuus autem est Christophorus imperator mense Augusto, indictione quarta, Romano

A ρατιθεὶς, ὥστε τὸ μὲν σῶμα τρέφεσθαι τῇ συνήθει τροφῇ, τὴν δὲ ψυχὴν τῇ καταλλήλῳ τῶν λόγων ἐπεντρυφᾷν ἡδονῇ, οἷς ἐκεῖνος ἐπιμελῶς προσέχων τὸν νοῦν κατενύσσετο τὴν ψυχὴν καὶ πολλὰς δακρύων ἠφίει πηγάς.

λθ'. Τὴν δὲ πίστιν ἣν ἐκέκτητο πρὸς πάντας μὲν μοναχοὺς, μάλιστα δὲ τοὺς ἐπὶ ἁγιωσύνῃ διαβοήτους καὶ εὐλαβείᾳ τίς ἂν διηγήσαιτο; Οὐκ ἐθεάσατο γάρ ποτε μοναχὸν ἀρετῆς ἀντεχόμενον, ᾧτινι τὰς ἑαυτοῦ πράξεις σὺν πολλοῖς οὐκ ἐξηγόρευσε δάκρυσιν. Πιστότατος δὲ ὢν καὶ ὀρθοδοξότατος πάσας τὰς τῆς πόλεως ἐκκλησίας πέπλοις διαφανέσι καὶ φωταγωγίαις λαμπραῖς κατεκόσμει καὶ κατεφαίδρυνεν. Ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν τοῖς ὄρεσι μοναχοῖς, τῷ τε Ὀλύμ- B πῳ καὶ τῷ Κυμηνᾷ [63] καὶ τῇ Χρυσῇ κατονομαζομένῃ πέτρᾳ καὶ τῷ τοῦ Βαραχέος [64] ὄρει, οὐ διέλειπεν ἐτησίους ῥόγας ἐξαποστέλλων [64*], καὶ φροντίζων τούτων καὶ προνοούμενος, καὶ τοὺς ὀνομαστοὺς ἐπὶ πράξει καὶ θεωρίᾳ μετακαλούμενος ὡς αὐτὸν, καὶ τῶν εὐχῶν αὐτῶν τὰς εὐλογίας τρυγῶν. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τοῖς διὰ τὸν Θεὸν ἐγκλείστοις καὶ ἑαυτοὺς ἐν στενωτάτοις οἴκοις καθείρξασι καὶ πᾶσι τοῖς μοναστηρίοις τὰς ἐτησίους ῥόγας, ἃς διετύπωσεν, οὐ διέλειπεν ἐπιχορηγῶν. Ταῦτα ὡς ἐκ πολλῶν ὀλίγα τῶν ἀπείρων αὐτοῦ κατορθωμάτων καὶ ἐλεημοσυνῶν διεξήλθομεν.

μ'. Πέτρῳ δὲ τῷ Βουλγάρῳ ἐπέθετο Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ μετὰ καὶ ἑτέρων μεγιστάνων τοῦ C Συμεών· καὶ φωραθέντων αὐτῶν ὁ μὲν Ἰωάννης τύπτεται καὶ ἐγκλείεται φυλακῇ, οἱ δὲ λοιποὶ τιμωρίαις οὐ ταῖς τυχούσαις ὑποβάλλονται. Ταῦτα δῆλα ποιήσαντος Πέτρου τῷ βασιλεῖ Ῥωμανῷ, ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς τὸν μοναχὸν Ἰωάννην, ὃς ἐγεγόνει ῥαίκτωρ, προφάσει μὲν ὡς ποιήσασθαι ἀλλάγιον τῶν κρατουμένων αἰχμαλώτων, τῇ δὲ ἀληθείᾳ κατασχεῖν Ἰωάννην καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀγαγεῖν. Εἰσελθὼν γὰρ ἅμα τῷ Ἰωάννῃ ἐν πλοίῳ ἀπὸ Μεσημβρίας ἦλθεν ἐν τῇ πόλει· καὶ μετ' οὐ πολὺ τούτου τὸ μοναχικὸν σχῆμα ἀποῤῥίψαντος καὶ γυναῖκα ἐπιζητήσαντος, δέδωκεν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς οἶκον καὶ κτήματα πάμπολλα καὶ γυναῖκα ἐκ τῆς αὐτοῦ πατρίδος τῆς τῶν Ἀρμενιακῶν ὁρμωμένην, γάμον τε λαμπρὸν ἐν τῇ τοῦ Καίσαρος οἰκίᾳ πεποίηκεν, Χριστοφόρου βα- D σιλέως καὶ Ἰωάννου μοναχοῦ, τοῦ γεγονότος ῥαίκτορος, παρανυμφευσάντων.

[P. 887] μα'. Μαρτίῳ δὲ μηνὶ ἡμέρᾳ β' κοσμήτης ἔπεσεν ἐν τῷ φόρῳ ἐκ τῶν στοιχηδὸν ἱσταμένων [65] ἐκεῖσε κίοσιν ἐπικειμένων, καὶ ἀπέκτεινεν ἄνδρας ς'. Γέγονε δὲ καὶ ἐμπρησμὸς μέγας καὶ φοβερὸς εἰς τὸν τοῦ φόρου ἔμβολον, πλησίον τοῦ ναοῦ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, ὥστε καταχαῆναι τά τε κηροπωλεῖα καὶ τὰ γουνάρια τοῦ φόρου μέχρι τῶν Ψιχῶν.

μβ'. Ἐτελεύτησε δὲ Χριστοφόρος ὁ βασιλεὺς μηνὸς Αὐγούστου, ἰνδικτιῶνος δ', πολλὰ κοψαμένου

VARIÆ LECTIONES.

[63] Κυμινᾷ p. 259 d. [64] Βαραχαιου *ib.* [64*] Legebatur, ἐξαποστέλλειν. [65] imo τῶν τοῖς στ. ἱσταμένοις Cf. p. 260 d.

αὐτὸν τοῦ πατρὸς, ὡς ἤδη εἰς γῆρας αὐτοῦ ἐληλα- A κότος καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ ἔτι νηπίων ὄντων. Καὶ ἐτέθη τὸ λείψανον αὐτοῦ ἐν τῇ ῥηθείσῃ μονῇ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.

μγ'. Κατήγαγον δὲ καὶ Τρύφωνα πατριάρχην Αὐγούστῳ μηνὶ, τὸν ῥητὸν χρόνον τελέσαντα, ἰνδικτιῶνος γ'. Καὶ ἀπελθὼν ἐν τῇ ἰδίᾳ μονῇ τελευτᾷ, χηρευσάσης τῆς Ἐκκλησίας χρόνον ἕνα καὶ μῆνας ε' διὰ τὸ τῆς ἡλικίας ἀτελὲς Θεοφυλάκτου υἱοῦ Ῥωμανοῦ βασιλέως· αὐτὸν γὰρ, ὡς εἴρηται, ἔμελλε πατριάρχην ἀποκαθιστᾷν.

μδ'. Βασίλειος δέ τις Μακεδὼν πλάνος, Κωνσταντῖνον Δοῦκα ἑαυτὸν εἶναι ἐπιφημίσας, πολλοὺς μεθ' B ἑαυτοῦ συνεπήγετο. Οὗτος κρατηθεὶς ὑπὸ Ἐλεφαντίνου τουρμάρχου ἐκ τοῦ Ὀψικίου ὄντος ἤχθη ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ ὑπὸ τοῦ ἐπάρχου τῆς μιᾶς ἀλλοτριοῦται χειρός. Εἶτα καιροῦ λαβόμενος καταλαμβάνει πάλιν τὸ Ὀψίκιον, καὶ χεῖρα χαλκῆν ἀντὶ τῆς κοπείσης προσαρμοσάμενος καὶ σπάθην ὑπερμεγέθη κατασκευασάμενος ᾤχετο πλανῶν αὖθις τῶν ἀγυρτευόντων πολλοὺς, ὡς αὐτὸς εἴη Κωνσταντῖνος ὁ τοῦ Δουκός· οὓς καὶ συνεφελκόμενος μεγάλην κατὰ Ῥωμανίας ἀνταρσίαν κινεῖ. Καὶ φρούριον κατασχὼν ὃ Πλατεῖα πέτρα κατονομάζεται, πᾶν εἶδος ἐδωδίμων ἐν τούτῳ ἀπέθετο· ἀφ' οὗ ἐξορμῶν ἐληλάτει καὶ τοὺς παρατυχόντας προενόμευεν. Ἀποστείλας οὖν ὁ βασιλεὺς στρατὸν κατ' αὐτοῦ αὐτόν τε C συνέλαβεν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ. Ὃν καὶ ἀγαγόντες ἐν τῇ πόλει ἀνέκρινάν τε καὶ πολλὰς πληγὰς ἐπετίθεσαν, τοῦ τοὺς στασιώτας, εἴ τινες εἶεν, εἰπεῖν. Ὁ δὲ πολλοὺς τῶν ἐν τέλει ἐσυκοφάντει ψευδῶς ὡς συνόντας αὐτῷ. Μηδὲν δὲ ἀληθῆ κατ' αὐτῶν λέγειν ἐξελεγχθεὶς ἐν τοῖς Ἀμαστριανοῦ πυρὸς παρανάλωμα γίνεται.

με'. Χειροτονεῖται δὲ πατριάρχης ὁ πολλάκις ῥηθεὶς τοῦ βασιλέως υἱὸς Θεοφύλακτος, Φεβρουαρίου β', ἰνδικτιῶνος ς', τοποτηρητῶν [P. 588] ἐκ Ῥώμης ἐλθόντων καὶ τόμον συνοδικὸν ἐπιφερομένων περὶ τῆς αὐτοῦ χειροτονίας διαγορεύοντα· οἳ καὶ τῷ πατριαρχικῷ θρόνῳ τοῦτον ἐνίδρυσαν.

μς'. Ἡ δὲ εἰρημένη τοῦ βασιλέως Ῥωμανοῦ ἐγ- D γόνη Μαρία, ἡ γυνὴ Πέτρου βασιλέως Βουλγαρίας, ἐν τῇ πόλει εἰσῆλθε τοῦ τὸν ἴδιον πατέρα καὶ τὸν πάππον αὐτῆς ἐπισκέψασθαι. Τελευταῖον δὲ μετὰ παίδων εἰσῆλθε τριῶν, ἤδη τοῦ πατρὸς αὐτῆς Χριστοφόρου τελευτήσαντος. Πλοῦτον οὖν παρὰ τοῦ πάππου λαβοῦσα πολὺν καὶ ἔντιμον ἐντίμως ὑπέστρεψε.

μζ'. Ῥωμανὸς δὲ ὁ βασιλεὺς τῷ υἱῷ Στεφάνῳ γυναῖκα ἠγάγετο, θυγατέρα οὖσαν Γαβριηλίου, ἐγγόνην δὲ Κατακύλα, Ἄνναν ὀνόματι. Ἅμα δὲ τῷ νυμφικῷ στεφάνῳ καὶ ὁ τῆς βασιλείας αὐτῷ στέφανος ἐπετέθη.

μη'. Ἐγένετο δὲ ἐκστρατεία πρώτη τῶν Τούρκων κατὰ Ῥωμαίων ἰνδικτιῶνος ζ', Ἀπριλλίῳ μηνί· οἳ

patre illius funus ingenti luctu planctuque prosecuto, quippe ejus, jam vergente illi ætate, liberi adhuc pueri essent ac minuscula ætate. Depositum illius cadaver in patris sui monasterio, cujus in superioribus meminimus.

43. Sed et Tryphonem patriarcham mense Augusto, indictione **912** tertia, expleto jam statuto tempore, gradu moverunt; abiensque in sua monasteria fatis concedit, Ecclesia pastore vidua manente annum unum menses quinque, quod Theophylactus Romani imperatoris filius nondum matura satis ætate esset: ipsum enim pater, uti dictum est, constituerat patriarcham præficere.

44. Basilius quidam Macedo impostor, Constantinum Ducem se esse jactans, multos sibi adjunxit. Hic ab Elephantino tribuno Opsiciano captus inque urbem adductus a præfecto altera manuum truncatus est. Postmodum vero occasionem nactus ad Opsicium redit; æreamque sibi manum aptans ejus loco quæ excisa erat, ingentemque gladium fabricans, multos iterum circumforaneos ac nebulones seducens sic vagabatur, velut qui Constantinus Ducis filius esset. Iterum itaque contracta manu magnam adversus rem Romanam conflat rebellionem; oppidoque munito potitus, cui nomen Lata petra, omnisque generis in eo annona reposita, inde erumpens circum vicinam religionem populabatur lateque prædas agebat. Missis itaque imperator adversus eum copiis tum ipsum cepit, tum qui illi socii erant. Inductum in urbem judicio sistunt; atque ad quæstiones adhibito, et ut socios prodat, multas plagas imponunt: qui multos procerum, quasi sibi adhæsissent, per calumniam defert. Convictus vero nihil eis veri criminis objicere, ad Amastriani igni combustus est.

913 45. Quem vero sæpius dixi, imperatoris filius Theophylactus patriarcha ordinatur, Februarii mensis die secunda, indictione sexta, cum adessent ex Roma vicarii, tomumque synodalem de illius tractantem ordinatione inferrent; qui et in patriarchali sede eum collocavere.

46. Quin dicta quoque Romani imperatoris neptis Maria, Petri Bulgariæ principis uxor, in urbem ingressa est patrem avumque invisura. Postremo tandem venit tres secum liberos adducens, cum jam Christophorus ejus pater vivis exemptus esset. Multis itaque præclarisque avi munificentia donata divitiis honorifice domum reversa est.

47. Romanus vero imperator Stephano filio uxorem locat Gabrielis filiam, Catacylæ neptim, Annam nomine; ac cum nuptiali serto Augustalis etiam corona illi imposita est.

48. Contigit vero prima Turcorum adversus Romanos expeditio mense Aprili, indictione

septima. Hi ad urbem usque excurrentes cunctos per Thraciam obvios præda abegere. Missus itaque Theophanes patricius protovestiarius imperiique administer ac princeps senatus, ut pacem cum eis componeret captivosque reciperet. Porro Theophanes **914** admiranda prudentia ac sagacitate illis usus cuncta ex voto confecit, multam ex illis eo nomine laudem ac admirationem consecutus. Quando et Romanus imperator, quanta magnificentia et humanitate præstaret, manifestum fecit, nullis sumptibus parcens, solum ut liberarentur captivi.

49. Locavit vero Romanus imperator Constantino filiorum natu minimo uxorem Helenam, Adriani patricii filiam, stirpis Armeniacæ; qua et defuncta mensis Februarii die altera alteram ei Theophanonem nomine nuptam tradidit.

50. Junii mensis undecima, indictione quinta decima, Russi instructa classe ad decem navium millia adversus Byzantium navigarunt. Missus vero est cum triremibus et celocibus, quotquot in urbe exstabant, Theophanes patricius subadjuva et protovestiarius; instructaque et parata classe, jejunii ac lacrymarum apprime præsidio munitus, Russos operiebatur, navale cum eis certamen commissurus. Cumque illi jam venissent ac Phare propinquassent, ipse ad Euxini fauces stationem habens, in loco quem Hierum vocant (ac si templum dicas) repente in eos impressionem fecit. Primus itaque sua ipse occurrens celoce cum Russicarum navium aciem dissolvit, tum pleraque præparato igne **915** Græco incendit, reliquas in fugam vertit. Quem pone secutæ naves reliquæ ac triremes hostium penitus aciem fudere; ac plures quidem navium cum vectoribus profundo mersere, multos straverunt, plurimos vivos ceperunt. Quæ cladi superstites fuere reliquiæ, ad Orientalem plagam, ad locum Sgora dictum trajecerunt. Ibi Bardas quoque patricius missus cum equitum delecta manu ad hostium iter terra intercipiendum, in eorum cohortem satis numerosam, ad pabulandum aliaque necessaria ad Bithyniæ partes missam, incidit, ingentique eam strage fudit et internecione delevit. Sed et Joannes magister Crocoas ac legionum domesticus cum Asiatico omni exercitu præsto fuit, multosque Russorum a reliquo agmine alios alio divulsos offendens sustulit, ita sane ut ejus agressionis metu in suis se navibus adunata classe continerent, nec usquam excurrere auderent.

51. Illi porro ingentia maximaque mala perpetraverunt, cum necdum illos Romanæ copiæ junxissent. Nam Stenum omne, quod vocant, igne vastarant. Ex illis quos captivos ceperant, alios

A καὶ καταδραμόντες μέχρι τῆς πόλεως ἐληΐσαντο πᾶσαν Θρᾳκῴαν ψυχήν. Ἀπεστάλη οὖν ὁ πατρίκιος Θεοφάνης ὁ πρωτοβεστιάριος καὶ παραδυναστεύων μετ' αὐτῶν ποιῆσαι ἀλλάγιον, ὃς καὶ θαυμασίως καὶ συνετῶς αὐτοὺς μετελθὼν ὅσαπερ ἠβούλετο κατεπράξατο, πολλὰ παρ' αὐτῶν ἐπὶ τῇ φρονήσει καὶ εὐβουλίᾳ ἐπαινεθείς τε καὶ θαυμασθείς· ὅτε καὶ τὸ μεγαλόψυχον αὐτοῦ καὶ φιλάνθρωπον ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς ἐπεδείξατο, μηδενὸς φεισάμενος χρήματος πρὸς τὴν τῶν αἰχμαλώτων ἀνάῤῥυσιν.

μθ'. Ἠγάγετο δὲ γυναῖκα ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς τῷ τελευταίῳ αὐτοῦ υἱῷ Κωνσταντίνῳ ἐκ γένους τῶν Ἀρμενιακῶν, τοὔνομα Ἑλένην, τοῦ πατρικίου B Ἀδριανοῦ θυγατέρα· ἧς καὶ τελευτησάσης Φεβρουαρίῳ μηνὶ, ἰνδικτιῶνος β', ἑτέραν τούτῳ συνέζευξε.

ν'. Ἰουνίῳ δὲ μηνὶ ια', ἰνδικτιῶνος ιε', κατέπλευσαν οἱ Ῥῶς κατὰ Κωνσταντινουπόλεως μετὰ πλοίων χιλιάδων δέκα. Ἀπεστάλη δὲ κατ' αὐτῶν μετὰ τριηρῶν καὶ δρομώνων, ὅσα καὶ ἔτυχον ἐν τῇ πόλει, ὁ πατρίκιος Θεοφάνης ὁ παραδυναστεύων καὶ πρωτοβεστιάριος· καὶ τόν τε στόλον προευτρεπίσας τε καὶ ἑτοιμασάμενος, καὶ νηστείᾳ καὶ δάκρυσιν ἑαυτὸν κατοχυρώσας ὡς μάλιστα, τοὺς Ῥῶς προσεδέχετο, κατανaυμαχῆσαι αὐτοὺς μέλλων. Ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνοι κατέλαβον καὶ πλησίον τοῦ Φάρου ἐγένοντο, οὗτος πρὸς τῷ τοῦ Εὐξείνου πόντου στόματι παρεδρεύων C ἐν τῷ Ἱερῷ λεγομένῳ ἀθρόον τούτοις ἐπέθετο. Καὶ δὴ πρῶτος τῷ οἰκείῳ δρόμωνι διεκπλεύσας [P. 589] τήν τε σύνταξιν τῶν Ῥωσιακῶν πλοίων διέλυσεν καὶ τῷ ἐσκευασμένῳ πυρὶ πλεῖστα κατέφλεξεν, τὰ δὲ λοιπὰ ἐτρέψατο εἰς φυγὴν, ὡς ἀκολούθως καὶ οἱ λοιποὶ δρόμωνες καὶ αἱ τριήρεις ἐπεκδραμοῦσαι τελείαν εἰργάσαντο τὴν τροπὴν, καὶ πολλὰ μὲν πλοῖα κατέδυσαν αὔτανδρα, πολλοὺς δὲ κατέτρωσαν, πλείστους δὲ ζῶντας συνέλαβον. Οἱ περιλειφθέντες οὖν εἰς τὸ τῆς Ἀνατολῆς μέρος εἰς τὰ Σγῶρα [66] λεγόμενα καταπλέουσιν. Ἀπεστάλη δὲ τότε καὶ Βάρδας ὁ Φωκᾶς διὰ γῆς μετὰ ἱππέων ἐγκρίτων παρατρέχειν αὐτούς. Καὶ δὴ τούτων σύνταγμα ἱκανὸν ἀποστειλάντων πρὸς τὰ τῆς Βιθυνίας μέρη ὥστε τὰ πρὸς τροφὴν καὶ τὴν ἄλλην χρείαν αὐτοῖς πορίσασθαι, περιτυχὼν τῷ τοιούτῳ D συντάγματι ὁ εἰρημένος Βάρδας ὁ Φωκᾶς κακῶς τούτους διέθηκεν, τρεψάμενος καὶ κατασφάξας αὐτούς. Κατῆλθε δὲ τηνικαῦτα καὶ Ἰωάννης μάγιστρος καὶ δομέστικος τῶν σχολῶν ὁ Κροκόας [67] μετὰ παντὸς τοῦ τῆς Ἀνατολῆς στρατεύματος, καὶ τούτων πολλοὺς διέφθειρεν, ἀποσπάδας τῇδε κἀκεῖσε καταλαμβάνων, ὥστε συσταλέντας αὐτοὺς δέει τῆς αὐτοῦ ἐπιθέσεως μένειν ἀθρόως ἐπὶ τὰ οἰκεῖα πλοῖα καὶ μηδαμοῦ διατρέχειν κατατολμᾶν.

να'. Πολλὰ δὲ καὶ μέγιστα κακὰ οὗτοι διεπράξαντο πρὸ τοῦ τὸ Ῥωμαϊκὸν στράτευμα κατελθεῖν. Τό τε γὰρ Στενὸν λεγόμενον ἅπαν ἐνέπρησαν, καὶ οὓς συνελάμβανον αἰχμαλώτους τοὺς μὲν ἀνεσταύ-

VARIÆ LECTIONES.

[66] Σγόρα p. 263 b. [67] Κουρκούας ib.

ρουν, τοὺς δὲ τῇ γῇ προσεπαττάλευον, τοὺς δὲ A ὥσπερ σκοποὺς ἱστῶντες βέλεσι κατετόξευον· ὅσους δὲ τοῦ ἱερατικοῦ τ κλήρου συνελάμβανον, ὄπισθεν τὰς χεῖρας δεσμοῦντες ἥλους σιδηροῦς κατὰ μέσης τῆς κεφαλῆς αὐτῶν κατεπήγνυον· πολλούς τε ἁγίους ναοὺς τῷ πυρὶ παραδεδώκασι. Χειμῶνος δὲ ἤδη ἐνισταμένου, καὶ τροφῆς ἀπορουῦντες, τό τε ἐπελθὸν στράτευμα δεδιότες τάς τε ναυμαχοῦντας τριήρεις, ἐβουλεύσαντο τὰ οἰκεῖα καταλαβεῖν. Καὶ δὴ λαθεῖν τὸν στόλον σπουδάζοντες, Σεπτεμβρίῳ μηνὶ, ιε' ἰνδικτιῶνος ἀντιπλεῦσαι ὡρμηκότες ἐπὶ τὰ Θρᾳκῷα μέρη παρὰ Θεοφάνους πατρικίου ὑπηντήθησαν· οὐ γὰρ ἔλαθον τὴν αὐτοῦ ἐγρηγορωτάτην καὶ γενναίαν ψυχήν. Εὐθὺς οὖν δευτέρα ναυμαχία συνάπτεται, καὶ πλεῖστα πλοῖα ἐπόντωσεν B καὶ πολλοὺς τούτων ἀπέκτεινεν ὁ εἰρημένος ἀνήρ. Ὀλίγοι δὲ μετὰ τῶν πλοίων περισωθέντες καὶ ἐν τῇ τῆς Κοίλης περιπεσόντες ἀκτῇ νυκτὸς ἐπελθούσης ἔφυγον. Θεοφάνης δὲ ὁ πατρίκιος μετὰ νίκης λαμπρᾶς καὶ τῶν μεγίστων ὑπέστρεψεν τροπαίων, καὶ ἐντίμως καὶ μεγαλοπρεπῶς ὑπεδέχθη καὶ παρακοιμώμενος ἐτιμήθη.

terræ configebant, alios velut ad metam erectos jaculorum imbre impetebant. Quotquot **916** vero sacerdotalis ac clericalis militiæ deprehendebant, iis retro vinctis manibus per medium caput clavos ferreos adigebant. Multas sacrarum ædium subjecta flamma combusserunt. Ingruente vero jam hieme, et cum eos necessarius commeatus deficeret, dum terra exercitus in se impetum ac navale prælium timent, domum reverti constituerunt. Ac sane classem latere dum student, mense Septembre, indictione quinta decima, ad Thraciæ portus transfretare aggressi, quem dicebam, Theophanem patricium obviam habuere. Neque enim viri solertissimum ac pervigilem animum unaque fortissimum fefellerunt. Mox igitur navalis denuo pugna committitur; plurimæque hostium submersæ naves, multi occisi, ejus Marte, quem dicebam, viri. Pauci cum navibus cladi subducti inque Cœles asperum littus evecti ingruente nocte fuga evaserunt. Theophanes vero patricius cum insigni victoria maximisque tropæis reversus honorifice ac magnifice suscipitur, ac accubitoris dignitate ornatur.

[P. 590] νβ'. Ἐπεὶ δὲ ὁ ῥηθεὶς Ἰωάννης μάγιστρος ὁ Κρουκόας ἄριστός τις ἐγένετο τὰ πολεμικὰ, πολλά τε καὶ μεγάλα ἀνέστησε τρόπαια, καὶ τὰ Ῥωμαϊκὰ ἐπλάτυνεν ὅρια, πλείστας τε πόλεις ἐπόρθησεν τῶν Ἀγαρηνῶν· διὰ δὲ τὸ περιφανὲς τῆς τοῦ ἀνδρὸς ἀρετῆς ἠβουλήθη ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς εἰς C τὸν ἑαυτοῦ ἔγγονον Ῥωμανὸν, τὸν ἐκ τοῦ Κωνσταντίνου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τὴν τούτου θυγατέρα ἀναλαβεῖν. Φθόνου δὲ αὐτῷ τῆς τοιαύτης ἕνεκεν ὑποθέσεως παρὰ τῶν λοιπῶν βασιλέων κινηθέντος ἐκπίπτει τῆς ἀρχῆς, δομέστικος δὲ ἀντικαθίσταται ὁ πατρίκιος Πανθήριος, συγγενὴς ὢν τοῦ βασιλέως Ῥωμανοῦ.

52. Quia vero dictus Joannes magister Crocoas præstantissima virtute bello fulserat, multaque ac magna erexerat tropæa, atque Romani imperii fines late protulerat, plurimasque Agarenorum urbes everterat, quodque viri illustrissima virtus esset, cogitaverat Romanus imperator **917** ut ejus filium Romano nepoti ex Constantino filio uxorem ascisceret. Conflata vero hinc viro reliquorum Augustorum invidia, officio movetur. Hujus porro loco domesticus constituitur Pantherius patricius, Romani imperatoris propinquus.

νγ'. Ἰνδικτιῶνος α', Ἀπριλλίῳ μηνὶ, ἐπῆλθον πάλιν οἱ Τοῦρκοι μετὰ πλείστης δυνάμεως. Ὁ δὲ πατρίκιος Θεοφάνης ὁ παρακοιμώμενος ἐξελθὼν σπονδὰς εἰρηνικὰς ἐποίησε μετ' αὐτῶν, ὁμήρους τῶν ἐμφανῶν ἀναλαβόμενος· ἐξ οὗ καὶ συνέβη ἐπὶ χρόνοις ε' τὴν εἰρήνην διαφυλαχθῆναι.

53. Indictione prima, mense Aprili, rursus Turci cum ingentibus copiis Romanæ ditionis fines invaserunt. Egressus vero Theophanes patricius accubitor pacis cum eis fœdus percussit acceptis obsidibus ex illustrioribus. Hincque adeo contigit in annos quinque pacem induciasque servari.

νδ'. Δευτέρας δὲ ἰνδικτιῶνος ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς D Πασχάλιον πρωτοσπαθάριον καὶ στρατηγὸν Λογγιβαρδίας πρὸς τὸν ῥῆγα Φραγγίας Οὔγουνα [68] ἐξαπέστειλε, τὴν αὐτοῦ θυγατέρα ἐπιζητῶν εἰς νύμφην Ῥωμανῷ τῷ υἱῷ τοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ Κωνσταντίνου· ἣν καὶ ἀναλαβὼν ὁ εἰρημένος Πασχάλιος μετὰ πλούτου πολλοῦ ἐν τῇ πόλει ἀνήγαγεν. Γέγονε δὲ ὁ γάμος Σεπτεμβρίῳ μηνὶ ἰνδικτιῶνος γ'. Ζήσασα ἔτη ε', ἐτελεύτησεν ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς αὐτοκρατορίας Κωνσταντίνου τοῦ αὐτῆς πενθεροῦ.

54. Secunda porro indictione Romanus imperator Paschalium protospatharium ac Longobardiæ ducem ad Hugonem misit Franciæ regem, ejus filiam Romano Constantini generi sui filio sponsam exquirens; quam et assumens, quem dixi, Paschalius cum multa supellectile atque opibus in urbem induxit. Celebratæ nuptiæ, mense Septembri, indictione tertia. Vixit cum viro annos quinque; tumque vivis exempta est, cum Constantinus illius socer ipse summus imperator esset unusque rerum potiretur.

νε'. Ἀνέμου δὲ βιαίου σφόδρα καταπνεύσαντος Δεκεμβρίῳ μηνὶ, οἱ λεγόμενοι ἐν τῷ ἱππικῷ δῆμοι

55. Mense autem Decembri, valido concitato vento atque turbine, **918** qui in foro ex adverso

VARIÆ LECTIONES.

[68] Οὔγωνα p. 267 d.

regii solii erecti sunt, sic dicti, demi corruerunt, subjectosque gradus et marmora et intercolumnia contriverunt. Anni autem vertente circulo, eodem ipso mense, Romanum imperatorem ejus filii aula dejecerunt.

56. Edessena autem civitate, in qua venerandi Christi effigies linteo expressa erat, a Romano exercitu obsessa et ad extremas angustias redacta miserunt oppidani ad Romanum imperatorem oratores rogantes solvi obsidionem, ejus muneris gratiæ sacram Christi sic expressam effigiem se daturos polliciti; hujusque ipsius muneris vicem ex suis vinctos illustriores recipere petebant, bullaque aurea eam eis præstari fidem ut non amplius Romanæ copiæ Edessenam regionem devastarent. Quod et factum est. Missa itaque sacra effigie ac sudario, jamque haud procul Byzantio, Theophanes patricius et accubitor ad Sagarim fluvium egressus cum cereorum splendido apparatu congruoque cultu et canticis illi obviam processit; mensisque Augusti quinta decima cum illo in urbem intravit, imperatore in Blachernis constituto, ubi et effigiem devote adoravit. Postridie vero ad Auream portam exierunt tum imperatoris duo filii, Stephanus et Constantinus, tum illius gener Constantinus **919** cum Theophylacto patriarcha, debitoque honore susceptum sacrum pignus, universo senatu præeunte maximaque cereorum atque lampadum silva prælucente, adusque sanctæ Dei sapientiæ templum pedibus detulere, atque illic adoratione mysticoque cultu acceptum in palatium intulere.

57. His vero diebus monstrum quoddam ac portentum Armeniacum in urbem invectum est, pueri scilicet duo cohærentes, uno utero effusi, aliis membris omnibus corporis integri, a ventriculi tamen ore et intra pubem inter se concreti, atque vultibus obversis. Hi diu in urbe versati; ac cum omnes ceu immane quoddam portentum oculis usurparent, Romanus imperator velut malum quoddam omen ea expulit. Cum autem solus jam Constantinus rerum potiretur, iterum ingressi sunt. Uno autem ex eis mortuo, periti quidam medici cohærescentem emortuam partem subtili arte putavere, fore sperantes ut illo remedio alter incolumis servaretur; qui tamen ipse triduo superstes obiit.

58. Romanus porro imperator, uti a nobis in superioribus dictum est, cum erga monachos omnes fidem plurimam haberet cultumque iis adhiberet, præ reliquis tamen eximieque Sergium virum monastica institutione præclarum observabat. Erat hic magistri Cosmæ frater **920** Photii patriarchæ nepos, animi ingenuitate quam carnali cognatione nobilior. Ad summam enim virtutem scientiamque evaserat, ut nec utra præstaret discerni facile posset; sic nimirum accurate omnique perfectione utramque excoluerat. Florebat in eo inter alia dis-

A κατέπεσον, οἳ ἀπεναντίας τοῦ βασιλικοῦ θρόνου ἐτύγχανον, καὶ συνέτριψαν τά τε ὑποκάτωθεν αὐτῶν βάθρα καὶ τὰ στήθεα λεγόμενα. Χρόνου δὲ περικυκλεύσαντος τῷ αὐτῷ μηνὶ τὸν βασιλέα Ῥωμανὸν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ τοῦ παλατίου κατήγαγον.

νς'. Τῆς δὲ πόλεως Ἐδέσης, ἐν ᾗ τὸ τοῦ Χριστοῦ τίμιον ἐκμαγεῖον ἀπέκειτο, παρὰ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ πολιορκουμένης στρατεύματος καὶ εἰς ἀνάγκην μεγίστην περιισταμένης, ἀπέστειλαν οἱ ταύτης οἰκήτορες πρὸς τὸν βασιλέα Ῥωμανὸν διαπρεσβευόμενοι τὴν πολιορκίαν λυθῆναι, τὸ τοῦ Χριστοῦ ἅγιον ἐκμαγεῖον παρέχειν ἐπαγγειλάμενοι. Ὑπὲρ τῆς τοιαύτης δὲ χάριτος δεσμίους ᾐτήσαντο τῶν ἐμφανῶν ἀπολαβεῖν, χρυσόβουλλά τε λαβεῖν ὥστε τὴν τούτων χώραν μηκέτι παρὰ τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ ληΐζεσθαι· ὃ B δὴ [P. 591] καὶ γέγονεν. Τοῦ δὲ ἁγίου ἐκμαγείου ἀποσταλέντος καὶ ἤδη τῇ Κωνσταντινουπόλει πλησιάσαντος, Θεοφάνης ὁ πατρίκιος καὶ παρακοιμώμενος ἐν τῷ ποταμῷ Σαγγάρῳ ἐξελθὼν ὑπήντησεν αὐτῷ μετὰ φωταγωγίας καὶ τῆς δεούσης τιμῆς καὶ ὑμνῳδίας. Καὶ τῇ ιε' τοῦ Αὐγούστου μηνὸς σὺν αὐτῷ ἐν τῇ πόλει εἰσῆλθον, τοῦ βασιλέως ἐν Βλαχέρναις ὄντος κἀκεῖ αὐτὸ προσκυνήσαντος. Τῇ δὲ ἐπαύριον ἐξῆλθον ἐν τῇ Χρυσῇ πόρτῃ οἵ τε τοῦ βασιλέως δύο υἱοὶ Στέφανός τε καὶ Κωνσταντῖνος καὶ ὁ γαμβρὸς αὐτοῦ Κωνσταντῖνος σὺν τῷ πατριάρχῃ Θεοφυλάκτῳ· καὶ μετὰ τῆς δεούσης τοῦτο ἀναλαβόντες τιμῆς, τῆς συγκλήτου πάσης προπορευομένης καὶ φωταγωγίας μεγίστης προαγούσης, μέχρι τοῦ ἁγίου ναοῦ τῆς Ἁγίας τοῦ Θεοῦ Σοφίας πεζῇ διεκόμισαν, καὶ προσ- C κυνηθὲν ἐκεῖσε ἐν τῷ παλατίῳ ἀνήγαγον.

νζ'. Ἐν ταύταις δὲ ταῖς ἡμέραις Ἀρμένιόν τι τέρας τῇ πόλει ἐπεδήμησεν, παῖδες συμφυεῖς ἄῤῥενες ἐκ μιᾶς προελθόντες γαστρὸς, σῶοι μὲν καὶ ἄρτιοι πάντα τὰ μέλη τοῦ σώματος, ἀπὸ δὲ τοῦ στόματος τῆς γαστρὸς καὶ μέχρι τῶν ὑπογαστρίων συμπεφυκότες καὶ ἀλλήλοις ὑπάρχοντες ἀντιπρόσωποι. Οἳ ἐπὶ πλεῖστον τῇ πόλει ἐνδιατρίψαντες, καὶ ὑπὸ πάντων ὡς ἐξαίσιόν τι τέρας ὁρώμενοι, τῆς πόλεως ὡς πονηρός τις οἰωνὸς ἐξηλάθησαν. Ἐπὶ δὲ τῆς μονοκρατορίας Κωνσταντίνου πάλιν εἰσήλθοσαν· ἐπεὶ δὲ ὁ ἕτερος αὐτῶν ἐτεθνήκει, ἰατροί τινες ἔμπειροι τὸ συγκεκολλημένον μέρος διέτεμον εὐφυῶς, ἐλπίδι D τοῦ τὸν ἕτερον ζήσεσθαι, ὃς τρεῖς ἡμέρας ἐπιβιοὺς ἐτελεύτησεν.

νη'. Ὁ δὲ Ῥωμανὸς ὁ βασιλεὺς, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται, ἐν πᾶσιν μοναχοῖς πίστιν ἐκέκτητο ἄμετρον, διαφερόντως δὲ ἐτίμα καὶ ὑπερεσέβετο Σέργιον τὸν ἐν μονασταῖς διαλάμποντα, ὃς ἀδελφὸς μὲν τοῦ μαγίστρου ὑπῆρχε Κοσμᾶ, ἀνεψιὸς δὲ τοῦ πατριάρχου Φωτίου· ὃν πλέον τῆς σαρκικῆς εὐσυγγενείας [89] ἡ κατὰ ψυχὴν ἐτίμα εὐγένεια. Ἀρετῆς γὰρ εἰς ἄκρον καὶ γνώσεως ἤλασεν, ὡς δυσχερὲς εἶναι διακρίνειν ποτέρῳ μᾶλλον ἐπλεονέκτει· οὕτως εἰς ἄκρον ἑκατέραν ἐξήσκησεν. Ἐπήνθει τε αὐτῷ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τὸ τῆς διακρίσεως χάρισμα καὶ τὸ χάριεν τοῦ

VARIÆ LECTIONES.

[89] συγγενείας p. 269 b.

ἤθους καὶ τὸ μέτριον τοῦ φρονήματος. Οὐ γὰρ ἀνέσπα τὰς ὀφρῦς ὡς οἱ νῦν σοφοί, οὐδὲ ἀλαζών τις ἐδόκει καὶ ὑπερήφανος, ἀλλὰ τὸν λόγον μὲν εἶχε γλυκύτερον μέλιτος ἀποστάζοντα, τὸ ἦθος δὲ πάγιον καὶ σταθερόν, [P. 592] ταπεινὸν δὲ τὸ φρόνημα. Τοῦτον δὴ τὸν ἀοίδιμον ἀδιαλείπτως μεθ' ἑαυτοῦ εἶχεν ὁ βασιλεύς, κανόνα ὄντως καὶ στάθμην τὸν αὐτοῦ βίον ἀεὶ ῥυθμίζοντα. Ὃς πολλὰ παρῄνει τῷ βασιλεῖ τῶν παίδων ἐπιμελεῖσθαι καὶ μὴ ἀπαιδεύτους ἐᾷν εἰς πονηρίαν ἐκκλίνοντας, μή ποτε αὐτοὺς πάθοι τὸ τοῦ Ἠλί, τιμωρίαν ἐκ τῆς τῶν παίδων παρανομίας ἐκτίσας.

νθ'. Ἐπειδὴ δὲ τοῦ παλατίου τοῦτον οἱ παῖδες κατήγαγον καὶ ἐν τῇ Πρώτῃ νήσῳ ἐξώρισαν, πάλιν τοῦτον εἶχε τῶν συμφορῶν παραμύθιον καὶ τῶν θλίψεων ἀκεσώδυνον φάρμακον. Ὧ συνῆν τότε καὶ Πολύευκτος μοναχὸς εὐλαβέστατος, καὶ αὐτὸς τὰ εἰκότα παραμυθούμενος· ὃς τοῦ πατριάρχου Θεοφυλάκτου τελευτήσαντος πατριάρχης ἐπὶ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου προχειρίζεται Κωνσταντινουπόλεως.

ξ'. Ἐπεὶ δὲ πολλοῖς τρόποις βούλεται ὁ Θεὸς σώζειν τὸν ἄνθρωπον, συνεχώρησε καὶ τὸν βασιλέα Ῥωμανὸν ἀδοκήτῳ περιπεσεῖν συμφορᾷ, ἵνα δι' αὐτῆς σωφρονισθεὶς καὶ τῶν οἰκείων ἐν συναισθήσει παραπτωμάτων γενόμενος σωτηρίας ἀξιωθῇ. Συνεχώρησε γὰρ ἐπαναστῆναι αὐτῷ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Στέφανον, ὥσπερ ποτὲ Ἀβεσαλὼν ἐπανέστη τῷ οἰκείῳ πατρὶ τῷ Δαβίδ. Συμβούλοις οὖν οὗτος πρὸς τοῦτο χρησάμενος τῷ τε ἀπὸ μοναχῶν Μαριανῷ καὶ Βασιλείῳ τῷ πρωτοσπαθαρίῳ τῷ Πετεινάκῃ καὶ Μανουὴλ τῷ Κουρτίκῃ, συνειδότων αὐτῷ καὶ τῶν ἄλλων βασιλέων, τοῦτον τοῦ παλατίου κακῶς κατήγαγε καὶ ἐν τῇ Πρώτῃ νήσῳ ἐξορίσας ἔκειρε μοναχόν.

α'. Ὑπελείφθη οὖν αὐτοκράτωρ Κωνσταντῖνος ὁ τούτου γαμβρός· ὃς παραυτίκα Βάρδαν τὸν τοῦ Φωκᾶ τῇ τοῦ μαγίστρου ἀξίᾳ τιμήσας, χρόνῳ πολλῷ τὴν ἐν πολέμοις ἀνδραγαθίαν ἐπιδειξάμενον, δομέστικον τῶν σχολῶν προχειρίζεται, εἶτα Βασίλειον, ᾧ ἐπίκλην Πετεινάκης, πατρίκιον καὶ μέγαν ἑταιρειάρχην. Τῷ δὲ τοῦ γένους τῶν Ἀργυρῶν Μαριανῷ τὰ μοναχικὰ ἀποδύσας πατρίκιον καὶ κόμητα τοῦ στάβλου πεποίηκεν, ὡσαύτως καὶ Μανουὴλ τὸν λεγόμενον Κουρτίκην πατρίκιον καὶ δρουγγάριον τῆς βίγλης· οὕστινας τρεῖς οὐ μετὰ πολὺν χρόνον ἡ τοῦ Θεοῦ δικαία κρίσις, [P. 593] ὡς εἰς Χριστὸν Κυρίου παροινήσαντας καὶ χεῖρας ἀδίκως ἐπιβαλόντας, τῆς βασιλείας ὀρεγομένους, μετῆλθεν· ἐπὶ καθοσιώσει γὰρ καταληφθέντες ἑκάτερος αὐτῶν οἰκτίστῳ θανάτῳ τὸ ζῆν ἀπέρρηξαν. Τὰ δὲ περὶ αὐτῶν πλατύτερά τε καὶ ἐπεξεργαστικώτερα ἐν τῇ προηγουμένῃ ἐξηγήσει ἐκθήσομαι.

β'. Μετὰ δὲ μ' ἡμέρας, τῇ κζ' τοῦ Ἰανουαρίου μηνός, ὑποπτεύσας Κωνσταντῖνος τὸν τότε βασιλέα Στέφανον καὶ Κωνσταντῖνον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μή ποτε κατ' αὐτοῦ τὰ ὅμοια πράξωνται, καὶ λογισάμενος, ὅπερ ἦν εἰκός, ὅτι εἰ τοῦ ἰδίου πατρὸς οὐκ ἐφεί-

A cretionis donum morumque gratia, animi sensus modestia. Neque enim supercilia attrahebat, uti nostrates sapientes in more positum habent, neque vero arrogantem ac superbum præferebat, sed sermo illi melle dulcior ex ore stillabat. Firma indoles ac constans; sensus animi modestus ac humilis. Hunc itaque virum inclytum imperator una secum continuo habebat, ad cujus normam atque regulam vitæ suæ rationes componeret. Monebat ille serioque hortabatur ut liberorum curam ageret, nec indisciplinatos ad nequitiam declinare sineret, ne idem atque Heli illi accideret, ac liberorum piacula ipse lueret; quod et ita accidit.

59. Quod vero aula dejectum liberi in Protem insulam relegaverant, hunc rursus calamitatem sola-
B tium ac ærumnarum angustiarumque lene levamen habebat. Aderat etiam pariter Polyeuctus reverendissimus monachus, qui ipse perinde ac quem dicebam, Sergius, adversi casus molestiam convenienter apteque leniebat. Hic postea Theophylacto humanis exempto a Constantino imperatore patriarcha provectus est.

921 60. Quandoquidem autem Deus multis modis salutem homini præstare constituit, Romanum imperatorem citra omnem exspectationem in calamitatem incidere permisit, ut is illa castigatus ac de superioris vitæ delictis admonitus salutem consequeretur. Permisit namque Stephanum filium in eum insurgere, uti olim Absalom in Davidem patrem suum. Mariani itaque exmonachi
C Argiri, Basiliique protospatharii Petinacis, necnon Manuelis Curticis consiliis abusus, consciis etiam reliquis imperatoribus, patrem aula perperam deturbavit, inque Prote insula relegatum monachi ritu detondit.

1. Constantinus itaque Romani gener imperator relictus est. Is confestim Bardam Phocæ filium magistri dignitate auctum, quippe longi temporis experientia bellicis facinoribus clara sæpius laude functum atque probatum, legionum domesticum præfecit. Tum Basilium, cui cognomen Petinaces, patricium creat ac magnum hetæriarcham. Marianum Argyrorum stirpe satum, detracto monachi habitu patricii decoratum infulis, comitem stabuli
D facit. Similiter quoque Manuelem dictum Curticem patricium et excubiarum drungarium; quos tres viros, brevi interjecto tempore, justa Dei ultio insecuta est, quod in Christum domini debacchati essent ac inique in eum manus injecissent, cum scilicet imperandi libido eos incessisset. Majestatis enim rei **922** peracti miserando prorsus exitu horum quilibet vitam finiere. Cæterum quæ ad illos spectant fusius operosiusque exsequar, ubi ex professo rem sum narraturus.

2. Post dies quadraginta, Januarii mensis die septimo supra vigesimum, suspectos habens Constantinus Stephanum imperatorem ejusque fratrem Constantinum, ne quando in se quoque paria attentarent; ac secum reputans, quod et par erat,

eos qui nec patri pepercissent haud sibi parcituros, A convivio acceptos jamque mensæ accumbentes, cum adhuc in ore cibus esset, per Tornicios, quos vocant, et Marianum patricium ac reliquos in rem paratos arripit, aulaque dejectos in vicinis urbi insulis clericorum ritu detondit.

3. Haud ita post, invisendi patris impetrata venia, in insulam Protem venere; quo conspecto monachi habitu, intolerabili luctu correpti sunt. Quibus pater collacrymatus ait: *Filios genui et exaltavi, ipsi vero spreverunt me*. Sic deinde relegati sunt, Stephanus quidem in Præconesum; a Præconeso Rhodum transtulerunt, inde Mitylenem. Constantinum vero Tenedum, indeque Samothraciam; ubi et rebellionem **923** molitus a custodi- B bus necatus est. Michaelem Christophori imperatoris filium detractis imperialibus calceis clericum fecit.

4. Imperatore Romano in insula exsule, Theophylactus patriarcha et Theophanes patricius ac accubitor consilium inierunt, ut Romanum in aulam reducerent. Eoque cum ipso communicato consilio ac in sententiam pertracto, opportunum tempus captabant quo molitioni finem imponerent. Deprehensa autem conjuratione, delatisque Constantino imperatori, qui ejus auctores ac conscii forent, in eos animadvertit. Ac Theophanem quidem patricium exsilio relegavit; Georgium vero protospatharium ac pincernam, nec non Thomam C primicerium verberibus subactos detonsosque ac per mediam urbem pompa traductos, ita in exsilium misit.

5. Mense Decembri, indictione sexta, quidam insidias moliti sunt adversus Constantinum imperatorem, hoc consilio ut Stephanum imperatorem ex insula, ubi agebat, in palatium reducerent. Delata Constantino conjuratione per Michaelem, quem Diabolinum vocant, captis imperator qui conjurati essent, aliis nares auresque præscidit, alios intolerando verberum cruciatu exanimatos, asinisque impositos ac per mediam urbem ignominiose traductos exsilio relegavit.

924 9. Quinta decima Julii mensis, indictione D sexta, moritur Romanus imperator, in insula quam Protem vocant. Ejus cadaver in urbem relatum, in illius depositum monasterio est.

Ἀλλὰ καὶ (34) πρὸς τῶν εἴ τι λυσιτελούντων διέγνωστο, φιλοπονίας οὐκ ἔληγεν· δι' ἧς κατά γε Θρᾴκην Μακεδονίαν τε πᾶσαν καὶ ἕως τῶν ὁρίων τῆς Σκυθῶν γῆς πόλεις ἀνενεώσατο, αὐτὸς ἐπελθὼν σὺν στρατιώτισι[25] φάλαγξιν, ὅπως τάς τε πολεμίων ἐφόδους ἐκτρέποιτο καὶ ταῖς τούτων ἐπισκευαῖς παρέχοι τὸ εὐπεράτωτον (35).

VARIÆ LECTIONES.

[22] πολήσει L. [23] προσεντυγχάνειν V. [24] ἐγχρονίζων L. [25] στρατιώτησι L.

STEPH. BERGLERI NOTÆ.

(23) Cont. p. 20.

(24) Cont. l. c., Sym. Log. p. 403, Georg. mon. p. 501.

(25) Χρόνους pro annis, quod inconsiderate negat Ritterhusius notis ad Pythagoram Malchi p. 22. REINESIUS. Sic Eustathius de Ismen. lib. VI, p. 126. Vide et notas ad Lex. Gr. Suidas Γάϊος, μετὰ δύο χρόνους ἐκστὰς τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, etc. OLEARIUS aut BOSIUS. Sed hæc protrita, et nihil notius.

(26) Saulis exemplum, ut Noster quidem ponit, parum huc quadrat; explicatius et aptius id ponit Georg. monachus initio.

(27) Inepta hic et intempestiva erat parenthesis de conditu Byzantii, ut aliæ plures in sequentibus. Fortasse ex margine. Cum interim non alienæ videantur ab auctoris hujus ingenio. Est autem in hac ambiguitas. Nam potuit claudi etiam post *multi*. Atque hoc pacto philosophos etiam et rhetoras D accersivisset. Cæterum in Græco nullibi sunt posita signa parentheseos.

(28) Cont. p. 21.

(29) Cedr. p. 490.

(30) Zon. p. 131 in fine, seq.

(31) Planius hæc Continuator Const. Porph. p. 19 et 20.

(32) Sym. Log. p. 404.

(33) Mallem κἂν τούτων.

(34) Cont. p. 19. — *Εἴ τι.* Ita scriptum. Puto εἴς τι.

(35) Ita scriptum. Bosius descripserat εὐπεράτατον. Quare Reinesius annotavit in ejus marg. *Γρ.* εὐπορώτατον. Quod cum contrarium sensum præbeat eorum quæ debet dicere auctor, uti et ms. lectio, tanto pejus est, quia temere et frustra fit mutatio. Nihil mutandum. Sensus bonus, ut in versione.

Ἦν δὲ τῷ γένει κατὰ συζυγίαν ἐξ Ἀσσυρίων καὶ A Ἀρμενίων ἀναφυεὶς (36), τῶν ἰδίων (37) γεννητόρων ἐπεξαναστάντων [26] αὐτούς τε μιαιφονησαμένων καὶ πρὸς τοῖς τῶν Ἀρμενίων χωρίοις (38) κατὰ φυγαδείαν ἐνσκηνωσάντων, (39) κἀκεῖσε τὸν ἀνήμερον θῆρα τεκεῖν [27]· ἐξ ὧν ἑτερογενές τι τεράστιον κεχρημάτικεν. Ἀρμενίους δέ φασιν ἐξ Ἀρμένου (40) κληθῆναι τοῦ ἀπὸ Ἀρμενίου πόλεως Θετταλίας, ὃς Ἰάσονι συνεστράτευσεν. Ἐκεκρατήκει (41) δὲ Λέων τῆς βασιλείας ζ' ἔτεσι καὶ μησὶ ε' κατὰ Θεοῦ ὑψίστου ἐμμανῶς αὐχησάμενος.

Erat autem misto genere ex Assyriis et Armeniis natus, qui in proprios parentes insurrexerant eosque interfecerant atque in Armeniorum finibus in exsilio habitaverant, ubi immansuetam hanc bestiam genuerunt. **29** Armenios autem aiunt ab Armeno quodam nomen accepisse ex Armenio Thessaliæ oppido, qui Jasoni fuisset comes expeditionis. Tenuit autem Leo imperium septem annis et quinque mensibus, erga Deum altissimum furiose insolens.

VARIÆ LECTIONES.

[26] ἐπεξανιστάντων L. [27] τεκόντων B.

STEPH. BERGLERI NOTÆ.

(36) Loquitur inepte et imperfecte. Hoc vult, B Leonis parentes cum essent partim Assyrii partim Armenii, suos parentes interfecisse, etc.

(37) *Γρ.* ἀναφυεὶς ἀντὶ τῶν ἰδίων vel ἐπὶ τῶν ἰδ. REINESIUS. Plane et intempestivæ et ineptæ conjecturæ in loco sano. — Cont. init. lib. I, Georg. mon. p. 502, 503.

(38) Ita scriptum. Mallem ὁρίοις.

(39) Sym. Log. p. 402.

(40) Armenum quemdam urbe Thessalia oriundum cum Jasone ad Colchos navigasse tradit Strabo lib. XI. Sed ab eo Armeniam denominatam incogitanter scribit auctor. Ita tamen et alii quos tunc nondum potuit Reinesius videre. Meus Chronogr. Græcus ms. genus Leonis Armeni a posteris filiorum Sennacherio, qui interempto patre in terram Ararat vel in Har-mini, i. e. in montana Minyadis, profugerant, de quibus IV Reg. XIX, 37. — (Duæ aut tres voces detritæ legi nequeunt) REINES.

(41) Ita scriptum. Reinesius tamen γρ. ἐπικεκρατήκει, præter necessitatem.

ΒΑΣΙΛΕΙΩΝ Β'.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΞ ΑΜΟΡΙΟΥ ΜΙΧΑΗΛ.

REGUM LIBER II.

DE MICHAELE AMORIENSI.

Ὁ δὲ Μιχαὴλ ἐν ἔτει ,ϛτκθ' (42), ἰνδικτιῶνι ιδ', C παρ' ἐλπίδα (43) ἐξ εἱρκτῆς αὐτοκράτωρ (ὢ τοῦ θαύματος!) ἀνηγόρευτο, τῷ τε βασιλικῷ θρόνῳ καθίδρυται ἔτι ταῖς σιδηροπέδαις ἐπιδεσμούμενος· ᾧ προσίασι πάντες οἱ ἐντυχόντες (44), καὶ τὸ σέβας προσκυνητὸν ἀπονέμουσιν. Παμπόλλης οὖν ὥρας παρῳχηκυίας, καὶ τῆς κλειδὸς ἀπούσης μὴ τούτων ἀνεπτυγμένων, Ἰωάννης ὁ ἐκ γένους Ἐξαβουλίων καὶ τοῦ δρόμου (45) τοὺς λόγους τηνικαῦτα τιθεὶς τοῖς παροῦσι ταύτην ἐμυστολέκτει τεταμιεῦσθαι ἐσθῆτι τῇ ἐνδοτάτω τοῦ φονευθέντος, δι' ἧς αἱ πέδαι ἀποδεδέσμηνται. Ἑβδόμης δὲ ὥρας διατελούσης ἄπεισι [28] Μιχαὴλ βασιλεὺς τῷ μεγίστῳ ναῷ (46) σὺν ἅμα τοῖς δεδρακόσι τὸ τόλμημα, τῆς θείας τελεταρχίας ἀξιωθῆναι, μηδ' ὅλως μήτε τῷ δήμῳ δειματωθεὶς μήτε τῷ D δείματι τοῦ Θεοῦ κατερυθριάσας, (47) ἀλλὰ τεθαῤῥηκὼς μάλιστα ἐπί τε τοῖς λοιποῖς συναντήμασι καὶ

30 Porro Michael anno mundi sexies millesimo trecentesimo vicesimo nono, indictione decima quarta, præter spem ex carcere imperator (o rem mirandam) appellatur et in imperatorio solio collocatur adhuc compedibus vinctus. Ad quem accedunt omnes qui aderant et adorationis honorem deferunt. Multo autem spatio elapso cum clavis non adesset et compedes non essent solutæ, Johannes de prosapia Exabuliorum, tunc temporis cursus publici logotheta, iis qui aderant revelavit eam asservari in intima veste interfecti: qua compedes laxatæ sunt. Cum autem septima esset hora, abit Michael in templum maximum cum patratoribus facinoris **31** ut divinam inaugurationem acciperet, plane nec populi metu nec timore Dei absterritus, sed confidens quam maxime cum aliis eventibus ac

VARIÆ LECTIONES.

[28] ἄπισι L.

STEPH. BERGLERI NOTÆ.

(42) Sym. Log. p. 113 habet ,ϛτιδ', Georg. mon. ϛτιϛ', p. 510.

(43) Contin. lib. II init., Cedr. p. 495.

(44) Debuit dicere παρατυχόντες.

(45) I. e. qui erat λογοθέτης τοῦ δρόμου.

(46) Cont. p. 27, Cedr. p. 495 in fine, πρὸς τὸν μέγαν τῆς Ἁγίας Σοφίας ναόν.

(47) Cont. p. 30, Cedr. l. c.

præsagiis, tum quæ ei prædicta fuerant ab Athingano quodam vate, qui ejus temporis præfecto orientalis thematis, cum documenta multorum eventuum dedisset, clare indicaverat Michaelem et alterum quendam ex inferioribus diadema gestaturum, perspicue vaticinans. Quare hi præfecto magnæ curæ fuere, ut sponsos filiabus suis conciliaret. Huic itaque scopo intentus erat. Atque aliquando, cum is qui curam invitandorum ad mensam habet, quem a triclinio vocant, ingressus ad eum consignationem ostendisset, noluit multos interesse convivio, illos solos mensa dignatus. Cum igitur hæc instructa esset filiæque considerent, jubet eos cum illis locum occupare. Qui inopinato honore obstupefacti accumbere recusarunt. At is nonnihil offensus coegit postremoque persuasit ut accumberent. Hilaritate autem exorta, utpote ipsis inebriatis, tradit eis filias uxores. At illi æstuantes ad hoc jussum paulisper renuunt, interea indignitatem suam reputantes, præcipue Michael, eo quod ex pauperrimis esset ortus et obscuræ sortis parentibus: sed tamen morem gerunt, cum urgerentur.

προῤῥήσεσιν (48). Ἔτι δὲ καὶ τοῖς προαναπεφωνημέναις Ἀθιγγάνου [29] παρά τινος μάντεως (49), ὃς τῷ τηνικαῦτα στρατηλάτῃ [30] τοῦ τῶν Ἀνατολικῶν θέματος πεῖραν δεδωκὼς πολλῶν ἀποβάσεων διετράνου τὸν Μιχαὴλ καί τινα ἕτερον τῶν δευτέρων [31] διαδηματοφορήσειν, (50) σαφῶς ἀπομαντευόμενος. Ἀμέλει τούτους ὁ στρατηγέτης διὰ μερίμνης εἶχε πολλῆς ὅπως νυμφίους ταῖς ἑαυτοῦ θυγατράσιν ἁρμόσαιτο. Ἐξείχετο οὖν τοῦ τοιούτου σκοποῦ, καί ποτε τοῦ τὴν ἐπιστασίαν ἔχοντος τῶν εἰς τράπεζαν κεκλημένων, ὃν ἀτρικλίνην [32] φημίζουσι, κατὰ τὸ ἔθος εἰσιόντος [33] αὐτῷ καὶ τὴν γραφὴν ἐμφανίζοντος, (51) ἀπείπατο τῶν πολλῶν τῆς συνεστιάσεως, ἐκείνους δὲ μόνους τῆς τραπέζης καταξιῶσαι. Ταύτης γοῦν διευτρεπισθείσης καὶ τῶν αὐτοῦ θυγατέρων συνεδριασασῶν, προστάττει τούτοις ὁμοταγεῖς γενέσθαι αὐταῖς. Οἱ δὲ τῇ ἀπροσδοκήτῳ θαμβηθέντες τιμῇ τῆς κατακλίσεως ἀπαναίνονται· ὁ δὲ διαχεόμενος ἐπαχθέστερον κατηνάγκαζε, καὶ τελευταῖον πεῖθει κατακλιθῆναι. (52) Διαχύσεως δὲ γεγονυίας, ἅτε κατεμφορηθέντων αὐτῶν, ἐπιδίδωσι τούτοις τὰς θυγατέρας εἰς γαμετάς. Οἱ δὲ κατιλιγγιάσαντες (53) τοῦ προστάγματος πρὸς μὲν μικρὸν δυσανασχετοῦσιν ἐν τούτῳ τὸ παρ' ἀξίαν αὐτῶν λογιζόμενοι, καὶ μάλιστα Μιχαὴλ διὰ τὸ ἐκ πενεστάτων προήχθαι καὶ τὴν τύχην ἀνεπιφάντων, ἀλλ' ὅμως πειθαρχοῦσιν ἐγκελευόμενοι.

32 Cum autem audivisset Thomas Michaelem imperatorem, tradunt eum statim rebellionem instituisse conflata ingenti hominum multitudine. Ab initio enim inter se contrarii dissidebant: ac Michael quidem erat toti Orientalium themati præfectus, sed non parum invidiæ obnoxius, cum ob patriam quæ Athinganorum multitudinem alebat, ut videtur, tum propter linguæ vitium, tum vero etiam quod non satis strenuus ac fortis putaretur: Thomas contra ab omnibus diligebatur, eo quod fortis et strenuus, nec tamen non urbanus et affabilis esset, atque in rebus optimis Leone non inferior, quamvis genere ad Scythas pertinens, atque insuper senex, et in altero pede mutilus. Iste igitur, conciliatis sibi publicorum vectigalium exactoribus, scripto vindicabat exactiones usitatas, unde largitionibus in populum factis militiam contra Michaelem roborat. Nemo ex Orientalibus

Ἀκηκοὼς δὲ, ὥς φασιν (54), ὁ Θωμᾶς τὸν Μιχαὴλ βασιλεύσαντα, ταχέως [κατ' αὐτοῦ] νεωτερισμὸν πολυάνθρωπον ἐντυρεύεται κατ' αὐτοῦ. (55) Ἀνέκαθεν γὰρ ἀλλήλοις ἀντιπεπονθότως διΐσταντο· (56) καὶ ὁ μὲν Μιχαὴλ παραπαντὸς (57) τοῦ τῶν Ἀνατολικῶν στρατεύματος ἐτύγχανε στρατηγὸς, οὐχ ἧττον δὲ καὶ ἐπίμωμος ἀπό τε τῆς πατρίδος αὐτοῦ Ἀθιγγάνων (58) πληθὺν ἐκτρεφούσης, ὡς ἔοικε, (59) καὶ διὰ τὸ τῆς γλώττης ἐλάττωμα καὶ τὸ μὴ ἱκανῶς ἔχειν τισὶ πρὸς ἀνδρείαν νομίζεσθαι, ὁ δὲ Θωμᾶς πᾶσι φιλοστοργούμενος διά τε τὸ ἀνδρειόφρον οὐκ ἔλαττον καὶ ἀστεῖον (60) καὶ εὐπροσήγορον, καὶ τῶν (61) βελτίστων οὐκ ἐλαττούμενος Λέοντος, εἰ καὶ Σκυθίζων τῷ γένει, πρὸς δὲ καὶ γηραιὸς ὢν, τὸν πόδα πεπήρωτο. Οὗτος οὖν κατασχὼν (62) τοὺς τῶν δημοσίων φόρων πάντας ἀπαιτητὰς ἐγγράφως τὰς νενομισμένας ἀπεκληροῦτο εἰσπράξεις, ἐξ ὧν διανομὰς ἐν λαοῖς ποιησάμενος στρατηγεσίας κατὰ τοῦ

VARIÆ LECTIONES.

[29] ἀθιγγάνω L. [30] στρατηλάτει L. [31] τῶν B L, τῶν δύο V. [32] ἀτρικλῖν L. [33] εἰσιόντι L, o supra ι scripto.

STEPH. BERGLERI NOTÆ.

(48) Ut monachi illius in Philomelio, de quo init. lib. I.

(49) Cont. p. 30, τὴν τοῦ Ἀθιγγάνου μάντεως φωνήν. Vid. p. 135 Cont. Theophanis p. 29, τῶν Ἀθιγγάνων τις γνωστὸς καὶ οἰκεῖος τῷ στρατηγῷ, etc. Ineptissime loquitur et intricate, quasi Athingano alicui prædictum fuerit a vate quodam; cum vates fuerit Athinganus et prædixerit præfecto, ut constat ex iis quos adduxi. Solet autem res etiam leves tenuesque mire involvere verbis insolentibus et eorum structura, ut scilicet lectores *magis admirentur amentque, Inversis quæ sub verbis latitantia cernunt.* — *Τῷ.* Ita scriptum, cum deberet potius τό.

(50) Cedr. p. 497.

(51) Cont. p. 29, Cedr. p. 497.

(52) Cont. p. 29, Cedr. p. 497.

(53) Cont. p. 29, Cedr. p. 497, Zon. p. 135, qui tantum de Michaele loquitur.

(54) Cont. p. 33, Zon. p. 136, Cedr. p. 499, 500, Georg. mon. p. 511.

(55) Cont. p. 33, Cedr. p. 500.

(56) Cont. p. 33, Cedr. p. 500.

(57) Ita scriptum. Potius διαπαντός.

(58) Cont. p. 27 et præcipue 34; Cedr. p. 496, et præcipue 500; Zon. p. 135.

(59) Cont. p. 34, Cedr. p. 500.

(60) Cont. p. 34, Cedr. p. 500.

(61) Cont. p. 32 in fine, et præcipue 34; Cedr. p. 499 et 500; Zon. p. 136.

(62) Cont. p. 34, Cedr. p. 500.

Μιχαὴλ ἐγκρατῶς διατίθησιν. (63) Οὐδεὶς δὲ τῶν ἐξ Ἀνατολῆς ὡρμημένων ἀπελιμπάνετο, οὐδὲ τῆς Ἑσπέρας αὐτῆς, οὐ τῶν ἐξ ἐθνῶν ἐπηλύδων, οὐκ αὐτοχθόνων, οὐ γειτονούντων, οὐ τῆς δουλικῆς μοίρας ὅσον [34] παρῆν μισοδέσποτον, οὐχ ὁλοκλήρων ἐθνῶν, κατὰ διαφόρους καιροὺς οἳ οὐκ αὐτῷ προσεῤῥύησαν καὶ συνείποντο, οἱ μὲν κατὰ γῆν, οἱ δὲ κατὰ θάλασσαν, νέῳ Ξέρξῃ κἂν ὁμοπίστοις ἀναφανέντι, ὡς ἐντεῦθεν καὶ πάντα τὰ θέματα σὺν τοῖς στρατηγοῖς σπένδεσθαι τούτῳ συνέβαινεν, (64) Ὀλβιανοῦ μόνου, τοῦ τῶν Ἀρμενιακῶν στρατηγοῦντος, τούτους περινοίαις ἐπιπειθεῖς ἄγοντος, καὶ Κατάκυλα [35] τοῦ Ὀψικίου τῷ βασιλεῖ Μιχαὴλ γε προσκειμένων. Καὶ τοσοῦτον ἐπολυπλασίαζε τὸ πλῆθος κατὰ τῶν ὁμοφύλων, ὥστε (65) καὶ τοὺς Σαρακηνοὺς ἐπ' ἀδείας λαβέσθαι καὶ πάσας νήσους καὶ χώρας καταληΐζεσθαι, καὶ καθέξειν ὅλως αὐτάς, εἰ μὴ [36] (66) μετὰ ταῦτα τούτοις διὰ πολλῆς φήμης ἀναντανώνιστος ὁ Θωμᾶς ἀνεδέδεκτο [37]. Δι' ὃ καὶ πειρᾶται πρὸς αὐτοὺς κηρυκεύεσθαι τρόπῳ τοιῷδε, (67) πανούργως ἐνδελεάσας ὅπερ αὐτοῖς βουλητὸν ἡτμενίζετο τῇ ἐκείνου παμπληθεῖ δυνάμει καταπλαγεῖσιν. Διαπέμπεται οὖν πρὸς αὐτοὺς εἰρήνην ἀνακαλούμενος, πολλῷ δὲ μᾶλλον συνασπισμὸν (68), τῆς βασιλικῆς ἀνθέξεσθαι ἀποπτώσεως. Ποιεῖται τοίνυν σπονδὰς μετ' Ἀγαρηνῶν, εἰδήσει τοῦ αὐτῶν ἀρχηγοῦ, ἀναδεῖται (69) στέφος βασίλειον παρὰ τοῦ ἀρχιερέως Ἀντιοχείας Ἰὼβ, εἶτα μετ' Ἀγαρηνῶν (70), Ἰνδῶν, Αἰγυπτίων, Ἀσσυρίων, Μήδων, Ἀβασίων, Ζηχῶν, Ἰβήρων, Καβείρων [38], Σκλάβων, Οὔννων, Βανδήλων, Γετῶν, καὶ ὅσοι τῆς Μάνεντος βδελυρίας μετεῖχον, Λαζῶν τε καὶ Ἀλανῶν, Χάλδων τε καὶ Ἀρμενίων, καὶ ἑτέρων παντοίων ἐθνῶν πολυθρύλλητον πανστρατιὰν στρατοπεδευσάμενος, ἁπάσης τῆς Ἀνατολῆς ἐκυρίευσεν, (71) τελευταῖον μέρεσι τοῖς κατὰ Θρᾴκην προσεμπελάσας (72) ἑλεπολεῖν τὸ Βυζάντιον ἐκβιάζεται ἱππεῦσιν εὐόπλοις καὶ πετροβολισταῖς τοῖς ὑπὸ [39] χεῖρα (73) πεζοῖς, (74) ἔτι καὶ σφενδονισταῖς γε καὶ πελτασταῖς ἀμέτροις ἐπιῤῥωννύμενος, προσέτι μὴν καὶ πολιορκητικοῖς οὐκ ὀλίγοις τεχνάσμασι κρατυνόμενος. Μεθ' ὧν πολλάκις τοῖς κατ' ἤπειρον τείχεσι προσβαλὼν ἄπρακτος ἀποκρούεται, (75) τοῦ βασιλικοῦ παιδὸς Θεοφίλου αὐτοῖς ἐπιόντος καὶ διαγωνιζομένου τὰ μάλιστα, (76) ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦ πατρὸς Μιχαὴλ ἔσθ' ὅτε ὑπεξιόντος καὶ τοῖς ὑπεναντίοις ἐπιτιθεμένου αὐτόχειρος. (77) Ὅθεν ἀμηχανῶν ὁ Θωμᾶς καὶ ἐπὶ ναυμαχίαν προέρχεται,

A relinquebatur neque ex Occidentalibus, non ex advenis quisquam, non ex indigenis, non ex vicinis, non ex iis qui servilis conditionis, si qui essent dominis infensi, qui diversis temporibus ad eum confluerent eumque sequerentur terra marique, novum Xerxem inter suos habitum; ut propterea omnia themata et eorum duces cum eo paciscerentur, Olbiano solo, qui erat Armeniorum dux, his sua **33** solertia morigeris utente, nec non Catacyla Opsicii præfecto suis, ut cum Michaele imperatore manerent. Ac tanta incrementa capit apparatus belli civilis, ut etiam Saraceni auderent insulas omnes et regiones populari et occupare, et omnino eas habituri fuissent, nisi postea Thomas his propter magnam famam major visus esset
B quam ut ei se opponere possent. Quod ipse sentiens conatur cum eis per legatos agere, tali modo astute eos inescans ut proponeret quod ipsi vellent et cuperent, ingentibus ejus copiis et potentia consternati. Mittit igitur ad eos pacem petens, immo potius societatem, ut auxiliarentur rebellibus imperatoris. Itaque fœdus pacis init cum Agarenis, sciente duce illorum, coronatur a patriarcha Antiochiæ Jobo, deinde cum Agarenis, Indis, Ægyptiis, Assyriis, Medis, Abasiis, Zechis, Iberis, Cabiris, Sclavis, Hunnis, Vandalis, Getis, et omnibus quotquot de Manentis abominabili secta erant, Lazis item et Alanis, nec non Chaldis et Armeniis, aliisque omnis generis nationibus, multarum linguarum
C exercitu collecto, omnem Orientem in suam potestatem redegit; postremo, postquam partibus Thraciæ appropinquasset, Byzantium occupare vi conatur, equitibus bene armatis et lapidum jactoribus pedestribus, funditoribus item et scutatis innumeris valde roboratus, insuper et machinis bellicis obsidionalibus **34** non paucis instructus. Cum quibus mœnia urbis versus orientem aggressus, re infecta repellitur, imperatoris filio Theophilo in eos impetum faciente et quam maxime depugnante, cum subinde et pater ejus Michael egressus invaderet adversarios proprio Marte. Unde in angustia constitutus, ad navale prælium progreditur, ingentem navigiorum numerum secum ducens. Atque ibi itidem male rem gerit: illa enim omnia
D bellico igne consumpta fuere. Cujus quidem ignis conficiendi propemodum jam scientia deperdita fuerat, tunc autem sic denuo reperta: Callinicus

VARIÆ LECTIONES.

[34] ὅσον περ ἦν B. [35] κατακύλα L. [36] μὴ] καὶ L. [37] ἀνεδέδοκτο L. [38] Καβείρων] Σαβήρων L. [39] ὑπὸ B, ἀπὸ L.

STEPH. BERGLERI NOTÆ.

(63) Cont. p. 34, Cedr. p. 500.
(64) Cont. p. 34, Cedr. p. 500, Zon. p. 137.
(65) Cont. p. 35, Cedr. p. 500 in fine, Zon. p. 136.
(66) Loquitur perverse.
(67) Cedr. p. 501.
(68) Cont. p. 35, συμμαχίαν.
(69) Cont. p. 35, ubi Ἰακὼβ pro Ἰώβ, Cedr. p. 501, ubi Ἰώβ. Zon. p. 136, ubi Ἰώβ.
(70) Cont. p. 35, Cedr. p. 501.
(71) Cedr. p. 501.
(72) Contin. p. 36 et 37 plene et copiose.
(73) Contin. pag. 37 et 38; Cedren. p. 503; Zonar. p. 137.
(74) Cont. p. 38, Cedr. p. 502.
(75) Cont. p. 38, Cedr. p. 503 et 505; Zon. p. 138.
(76) Cont. p. 28.
(77) Zon. p. 137.

quidam ex Ægypto, vir prudens solusque eam scientiam habens, sumpta loquendi audacia, dixit ad imperatorem se contra Thomam ei sociam operam navaturum ad mare, si vellet: atque is ignem illum artificiose a se compositum præbuit navium præfectis.

Tribus autem annis perditus ille rebellavit. Cujus rebellionis sub imperio Leonis prodigium horrendum sic apparuit: Visus est cometa in cœlo sub specie duarum lunarum clare sese conjungentium rursusque separantium per diversas conjunctiones, ex quibus figura quædam hominis sine capite formata fuit, portendens quodammodo postea invectum contra Christianos dogma rebellis sectæ acephalum, vel etiam Thoma illo pestifero tanquam capite et duce vano seditionis externorum instructæ **35** quodammodo prænuntians. Strenue autem rem gesserunt in hoc bello Olbianus et Christophorus, tunc magister factus, cujus filii Barsacius et Nasar patricii, Catacylas item ipsius Michaelis imperatoris patruelis, et ipse patricius, de quibus a nobis jam dictum. Per hos rebellis illius venena dissipata.

Hoc etiam modo dicunt de Thoma rem accuratius per historiam tradi. Iste rebellis, ex patria misera et conditione obscura oriundus, rerum ad vitam sustentandam necessariarum gratia in Constantini imperatoriam urbem venit. Cumque se applicasset cuidam patricio (Barbanes iste fuit, de quo diximus), crimine adulterii ab hoc viro

A πολλὴν ὁλκάδων σωρείαν [60] ἐπαγόμενος, κἀκεῖσε παραπλησίως ἐνδυστυχεῖ. (78) Αὗται γὰρ τῷ πολεμικῷ πυρὶ κατανάλωντο, τῆς περὶ τούτου παρὰ βραχὺ τὸ πρὶν διολλυμένης εἰδήσεως, τηνικαῦτα δὲ οὕτως ἀνευρεθείσης [61] (79)· Καλλίνικός τις, τῶν ἐξ Αἰγύπτου, ἀνὴρ ἐχέφρων καὶ αὐτὸς μόνος εἰδήμων τόδε [62], παῤῥησιασάμενος (80) ἔφη τῷ βασιλεῖ κατὰ Θωμᾶ συμπονήσειν αὐτῷ παρὰ θάλασσαν, εἴπερ προέλοιτο. Ὃς τεχνικῶς τόδε συνθεὶς τοῖς ναυάρχαις [63] ἐπεχορήγησεν.

Ἐπὶ τρισὶ (81) δὲ ὁ δείλαιος ἐνεωτερίσατο ἔτεσιν. Οὗτινος νεωτερισμοῦ ἐπὶ βασιλείας Λέοντος τέρας τῶν ἀποφράδων ὧδε προδέδεικται· Ὡράθη κομήτης (82) κατ' οὐρανὸν ἐν σχήματι σεληνῶν [64] β' λαμπρῶς συνιουσῶν καὶ αὖθις διαιρεθεισῶν κατὰ διαφόρους συστάσεις, ἐξ ὧν ἐκτύπωμά τι ἀκέφαλον ἐπλάσθη ἀνδρὸς, δηλοῦν πως τῶν μετὰ ταῦτα παρεισαγαγόντων (83) κατὰ Χριστιανῶν τὸ ἀκέφαλον δόγμα τῆς στασιώδους αἱρέσεως (84), ἢ καὶ Θωμᾶν
B τὸν ἀλάστορα, ὡς ἔοικε, κεφαλὴν καὶ ἀρχηγὸν ματαιάζοντα τῆς ἐξ ἑτέρων διαστάσεως κεκτημένων πως προεφήτευσεν [65] (85). Ἠνδραγαθήκεσαν δὲ ἐν τούτῳ ὅ τε Ὀλβιανὸς, καὶ Χριστοφόρος, τηνικαῦτα μάγιστρος γεγονὼς (86), οὗ οἱ υἱοὶ Βαρσάκιός τε καὶ Νάσαρ πατρίκιοι, καὶ Κατάκυλας αὐτοῦ Μιχαὴλ βασιλέως ἐξάδελφος καὶ πατρίκιος (87), περὶ ὧν προδεδήλωται· δι' ὧν τοῦ στασιώτου τὰ φάρμακα διεσκέδαστο.

Καὶ οὕτω φασὶ (88) τὰ κατὰ Θωμᾶν ἀκριβέστερον διεξιστορεῖσθαι (89). Οὗτος γοῦν ὁ μουλτίων (90), ἐκ πατρίδος οἰκτρᾶς καὶ τύχης ἀφανοῦς γεγονὼς, τῶν ἀναγκαίων εἰς τὸ ζῆν χάριν εἰς τὴν Κωνσταντίνου καὶ βασιλεύουσαν πόλιν εἰσῆλθεν, καὶ κολληθεὶς
C τινι τῶν πατρικίων (Βαρδάνης οὗτος ἦν ὁ λεχθεὶς) ἐγκλήματι μὲν μοιχείας παρὰ τούτου τοῦ

VARIÆ LECTIONES.

[60] σωρειὰν L. [61] ἀνευρεθείσης B, ἀναιρεθείσης L. [62] τόδε] τότε L. [63] ναυμάρχαις L. [64] σελήνων L. [65] προεφύτευσεν L.

STEPH. BERGLERI NOTÆ.

(78) Sym. Log. p. 412. Sed tempestate dispersam dicit classem Cont. p. 38, ignem autem adhibuisse Thomam, uti et Cedr. p. 503. Post amissam primam classem, altera combusta σκευαστῷ πυρί. Cedr. p. 505, Zon. p. 138, ubi ὑγρῷ πυρί. [Ὁ βασιλικὸς πυρφόρος στρατός Cont. p. 40.]

(79) Vix dubitem auctorem scripsisse ἀναιρεθείσης, ut fatali quadam perversitate contrarium ejus quod vult dixerit, nempe scientiam illam dudum deperditam tunc sublatam fuisse et abolitam; quod non potuit velle dixisse, cum per illum ignem combustæ tunc fuerint naves hostiles. — Expressi ἀνευρεθείσης, cum id voluisse videatur ponere auctor necessario. Videtur autem hæc tradere contra historiæ fidem: nam ignis iste bellicus, qui Græcus dicitur, præparatus ab isto Callinico fuit sub Constantino Pogonato, nempe sesquisæculo ante Michaelem istum. Videatur Zonaras lib. xiv, num. 20. Videtur autem cognitus fuisse etiam ante ipsum Const. Pogon. itidem non multo minus quam ante sesquisæculum aliud, nempe sub Justiniano, aut etiam ante eum: nam memini me de igne illo legere apud Malalam.

(80) *Παῤῥησιασάμενος*. Hoc verbo hic vix opus erat. Sed mirum quod Cedr. p. 502 eodem verbo utitur σχέσει in re ex parte simili, nempe de Gregorio, qui ad Thomam transierat, cum Michaelem *audacius loquendo* offendisset. Et suspicari licet utrumque eumdem auctorem legisse, Nostrumque oblivione quadam confuse cogitasse.

(81) Negligit transitiones et connexiones hic auctor sæpe.

(82) De hoc cometa videor ad eumdem modum legisse scriptum in tomo illo ubi Theophanes habetur. [In Leonis Gramm. Chronographia p. 446.]

(83) Ibid. 19. Græca vere sunt portentosa, uti
D et mox de Thoma monstrose loquitur.

(84) Consideretur autem judicium et memoria hominis, qui cum dixisset cometam portendisse rebellionem Thomæ, mago [?] illo enarrato, portendisse ait Acephalorum hæresin aut Thomam. Ita in fine lib. I cum dixisset Leonem contra percussores se defendisse catena thuribuli aut secundum alios signo crucis, mox affirmat eum concisum fuisse crucis signum tenentem, oblitus catenæ suæ.

(85) Græca sunt intolerabilia. Videtur autem hic etiam contrarium ejus quod volebat dixisse, et κεκτημένων posuisse passive, ut sit, *quos ipse habuit*.

(86) Cedr. p. 505.

(87) Tantum et Olbiano et Catacyla dictum, quod sciam.

(88) Cont. p. 32 in fine et p. seq.; Cedr. p. 499.

(89) Cont. p. 33, Zon. p. 136, ubi barbarus ut supra. Sed Sym. Log. p. 412, Ῥωμαῖος γὰρ ἦν καὶ ἀφανής.

(90) A μοῦλτος, *tumultus*.

A ἀνδρὸς ἑάλω, ἣν ὑπέθετο καταπράξασθαι τούτῳ Νικηφόρος ὁ τηνικαῦτα τὸ βασιλεύειν λαχὼν, τῷ Βαρδάνῃ βασκαίνων διὰ τὴν προσοῦσαν καλοκαγαθίαν αὐτῷ· φεύγων δὲ τὴν ἐπὶ τῇ μοιχείᾳ δίκην (91), ἣν καταπράξασθαι μὲν ἐπειράθη, οὐκ εἰς ἔργον δὲ προέβη (92), εἰς Συρίαν ἀπέδρα. Καὶ πρῶτον μὲν τὴν εἰς Χριστὸν ἐξήρνηται πίστιν, καὶ χρόνον συχνὸν ἐν αὐτοῖς διατρίψας (93), ὡσεὶ ε' καὶ κ' παρελκυσθῆναι ἐνιαυτοὺς, ψευδῆ φήμην ἑαυτῷ περιποιεῖται (94) Κωνσταντῖνον εἶναι αὐτὸν εἰσηγούμενος τὸν Λέοντος καὶ Εἰρήνης. Οὗτος δὲ (95) ἄρα διὰ τὴν μοχθηρίαν τῶν τρόπων μετὰ τῶν ὀφθαλμῶν καὶ τῆς βασιλείας ἐστέρηται καὶ ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνισται μετὰ βραχὺ τῆς ἐκπτώσεως, καὶ ὁ τοῦδε νεκρὸς ἔν τινι κατετέθη σορῷ τότε τῶν ἐν τῇ βασιλευούσῃ σεμνείων. B Ἀλλ' ὅγε παλαμναῖος οὗτος ἀνὴρ μετὰ Σαρακηνῶν διαζῶν (96), ὑποσχέσεσι τούτους ἐπαίρει [66] λαμπραῖς, ὡς ὑποτελῆ ποιήσειν αὐτοῖς τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν, εἰ καὶ χρήματα ἱκανὰ καὶ στρατὸν ἀξιόχρεων δοῖεν πρὸς τὸ ἔργον αὐτῷ. Καὶ δὴ τῶν αἰτουμένων τυχὼν ἐκστρατεύει κατὰ Ῥωμαίων εὐθὺς, ποιεῖται δὲ καὶ διὰ τὸ μέγεθος (97) τῶν ἐγχειρουμένων υἱὸν ἀνθρώπιόν τι μιξοβάρβαρον εὑρηκὼς, μετὰ τῆς ψυχικῆς (98) φαυλότητος καὶ ἀνοίας ἔτι δὴ καὶ δυσμορφίαν σώματος δυστυχοῦν καὶ τἄλλα τῶν τούτου· ὃ δὴ [67] καὶ Κωνστάντιον ἐπιτρέπει καλεῖσθαι, ἀπόμοιράν τε τούτῳ Σαρακηνῶν στρατεύματος δοὺς σὺν αὐτῷ εἰς τὰ Ῥωμαίων εἰσβάλλει ἤθη. Λέων δὲ τότε καιροῦ τούτων ἦν βασιλεὺς, ὁ Βάρδα μὲν τοῦ πατρικίου υἱὸς, ἐξ Ἀρμενίων δὲ κατάγων τὸ γένος· C οὐ πολυωρίας δὲ ἀξιώσας τὸ ἐπιφυὲν Ῥωμαίοις κακὸν (99), σχεδιάσας δὲ πλῆθος στρατεύματος βραχὺ [68] καὶ καθηγεμόνα στρατιώτην μᾶλλον ἢ στρατηγὸν ἐπιστήσας κατὰ Θωμᾶ ἀποστέλλει. Καὶ δὴ τῶν στρατευμάτων ἀμφοτέρων συμπεσόντων ἀλλήλοις κατά τι τῶν ἐν τῇ ἕῳ χωρίων, πταίει μὲν ὁ τοῦ βασιλέως στρατὸς καὶ εἰς φυγὴν τρέπεται· ἐπ' ἀδείας (1) δὲ ὁ ἀποστάτης γενόμενος πάντα πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ἐπιτρέχει καὶ πρὸς βίαν τὰ ἑαυτοῦ ποιεῖται φρονεῖν.

Οὐ πολὺ δὲ τὸ ἐν μέσῳ (2), καὶ Μιχαὴλ Λέοντα φονεύει καὶ τὴν βασιλείαν ἐκδέχεται. Ὁ δέ γε στασιάρχης Θωμᾶς, ὡς μὴ ἀρκούσης αὐτῷ τῆς κατὰ γῆν ἐπικρατείας σχεδὸν ἁπάσης, ἤδη τὸ ναυτικὸν D ἅπαν τὸ ὑπὸ Ῥωμαίους ὂν (3), πλὴν τοῦ βασιλικοῦ κληθέντος, ὑποποιεῖται, καὶ ναῦς πλείστας (4) ναυπηγήσας ἑτέρας σίτου τε παραπομποὺς καὶ ἵππων τάς τε πολεμιστηρίους, ταύτας κατὰ Λέσβον κελεύει

reus fuit factus, ad quod perpetrandum hortatus eum fuerat Nicephorus illo tempore imperator, Bardani invidens propter insitam ei probitatem. Reus autem factus crimine adulterii, quod perpetrare quidem conatus fuerat, sed in actum non devenerat, in Syriam profugit. Ac primum quidem fidem in Christum abnegavit: dein cum satis longo tempore inter ipsos habitasset, elapsis jam viginti quinque annis, falsam famam sibi acquirit, Constantinum se esse dictitans, illum Leonis et Irenes filium. At is propter morum improbitatem et oculis et imperio orbatus fuerat, ac non multo post, ut imperio exciderat, e medio sublatus fuit, cadaver autem **36** ejus loculo impositum in quodam augustali imperatoriæ urbis. Iste vero sceleratus homo cum apud Saracenos viveret, pollicitationibus istos sollicitavit, se tributarium illis facturum Romanorum imperium, si et pecunias, quantum satis, et exercitum idoneum ad eam rem ei præbeant. Et ecce petitis potitus mox expeditionem suscipit in Romanos: adoptat etiam propter magnitudinem rerum susceptarum, filium homuncionem quemdam semibarbarum nactus, cum animi improbitate et amentia etiam corporis et deformitate et cæteris laborantem, atque Constantium jubet appellari, cumque partem ei Saracenorum exercitus tradidisset, cum illo in Romanorum ditionem impetum facit. Leo illo tempore erat imperator, Bardæ quidem patricii filius, sed genus ducens ex Armeniis. Cum autem hic non magna cura dignum existimaret imminens Romanis malum, extemporali opera collegit numerum copiarum exiguum, impositoque eis duce, aut gregario potius milite quam duce, contra Thomam misit. At concurrentibus utrinque exercitibus apud oppidum quoddam in Oriente, vincitur imperatoris exercitus atque in fugam vertitur. Cumque sine metu esset desertor, per totum Orientem grassabatur omnesque vi cogebat suarum esse partium.

Nec multo interjecto tempore Michael Leone interfecto imperium suscipit. Princeps autem seditionis Thomas, ut cui non esset satis **37** obtinere terram fere omnem, etiam rem nauticam universam Romanorum, excepta classe illa quæ imperatoria dicebatur, in suam potestatem redegit, navesque plurimas fabricatus alias tritico et equis portandis, bellicas item, apud Lesbum exspectare

VARIÆ LECTIONES.

[66] τούτοις ἐξαίρει L. [67] δὴ] δὲ L. [68] οὐ βραχὺ L.

STEPH. BERGLERI NOTÆ.

(91) Cedr. p. 499, Cont. p. 33.

(92) Sym. Log. p. 412, Georg. Mon. p. 511. Sed Cont. p. 33, πρὸς τοὺς ἐξ Ἄγαρ, et Cedr. p. 499, πρὸς Ἀγαρηνούς.

(93) Cont. p. 33, Cedr. p. 499.

(94) Cont. p. 33, Cedr. p. 499, Zon. p. 136 in fine. Sym. Log. p. 412; Georg. Mon. p. 511.

(95) Nempe Constantinus verus. Cont. p. 33, Cedr. p. 499.

(96) Cont. p. 33, Cedr. p. 499.

(97) Cont. p. 33, Zon. p. 137.

(98) Cont. p. 33.

(99) Cont. p. 33, Cedr. p. 501.

(1) Cedr. p. 501, ubi ἀδείας τυχών.

(2) Cont. p. 33, Zon. p. 136, Cedr. p. 499, 500.

(3) Alii addunt etiam imperatoriam classem, ut Cedr. p. 501, et Zon. p. 137, et Cont. p. 35 in fine, ubi apud istum τοῦ θεματικοῦ.

(4) Cont. p. 35 in fine.

jubet: ipse autem cum innumeris copiis occupat fretum inter Sestum et Abydum. Cumque Pseudoconstantium, quem adoptaverat in filium, cum maxima multitudine a tergo reliquisset, ea quæ ipse nondum occupasset et reliqua essent pergrassari jubet. Iste porro dæmonum monitis et vaticiniis impulsus tempus et diem prædicit convivis suis quo imperatoriam urbem esset ingressurus cum gloria quadam ineffabili. Jamque instante statuto illo die, in Olbiani exercitum incidit; cujus impetum cum ad breve tantum tempus sustinuisset, fugam arripit statimque capitur. Ejusque caput egregius ille Olbianus amputatum mittit imperatori Michaeli: iste autem rebelli et patri falsi nominis transmittit. Sed is nihil a dementia remisit, verum una cum classe a Lesbo veniente, et ipse hippaginibus utens, nocte observata illuni, a maritimo quodam oppido quod ab illius loci hominibus vocatur Horcosium, in diversis Thraciæ locis clam appulit invenitque Thraces universos sibi addictos; quamvis imperator, cum fama nuntiaret rebellem navibus trajicere fretum apud Abydum, exercitum quendam **38** perexiguum eduxisset contra eum et ex omnibus civitatibus Thracicis fidem auxilii præstandi et societatis accepisset. Sed istis eam negligentibus, magna incrementa capit tyrannus, his etiam ad eum confluentibus. Statim igitur imperator in urbem revertitur, atque ut licebat ea firmata, terrestres simul et navales collegit copias ex Orientalibus, qui post discessum desertoris jam aliquantisper tyrannide liberati erant. Immisit autem imperator etiam ignem bellicum navibus, atque ferream catenam ab arce usque in castellum ex adverso extendit, ne urbis Keras quod vocatur (i. e. Cornu) ab hostili classe infestaretur. Porro Gregorium, qui olim quidem fuerat dux militaris, sed in offensionem imperatoris venerat atque ob id in Scyrum unam ex Cycladibus insulis relegatus fuerat, hunc inquam nactus desertor, utpote ad ipsum se conferentem, præficit exercitui decem mille virorum, atque hunc præcursorem suum adversus imperatoriam urbem mittit, simul autem et classem nauticumque exercitum, ut ambo eodem tempore Constantinopolin pervenirent. Id quod cito admodum factum fuit, cum convenissent terra marique ad Barbysi fluvii ostia, neque ferrea illa catena valuisset prohibere adventum navium hostilium. Nec

A μένειν αὐτόν (5)· ὁ δὲ ἅμα μυρίῳ δή τινι στρατῷ καταλαμβάνει τὸν μεταξὺ Σηστοῦ [49] καὶ Ἀβύδου πορθμὸν, κατὰ νώτου δὲ λιπὼν ἑαυτοῦ (6) τὸν ψευδοκωνστάντιον καὶ ποιηθέντα υἱὸν ἅμα μεγίστῃ δυναστείᾳ τῶν προκατειλημμένων αὐτῷ τὰ λοιπὰ καταδραμεῖν ἐπιτρέπει. Δαιμόνων δὲ (7) εἰσηγήσεσιν οὗτος καὶ μαντείαις ἠγμένος χρόνου ἡμέραν ταῖς συμπόταις προλέγει καθ' ὃν τῇ βασιλευούσῃ προέλθοι πόλει ἐν ἀῤῥήτῳ δόξῃ τινί· ἤδη δὲ τῆς κυρίας ἐνστάσης αὐτῆς τῷ ὑπὸ τὸν Ὀλβιανὸν περιπίπτει στρατῷ, οὗ πρὸς βραχὺ μὴ ἐνεγκὼν τὴν ὁρμὴν φεύγει τε καὶ εὐθέως ἁλίσκεται. Καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ὁ γενναῖος Ὀλβιανὸς ἐκτεμὼν πέμπει τῷ βασιλεῖ Μιχαήλ· ὁ δὲ τῷ στασιώτῃ ταύτην καὶ ψευδωνύμῳ (8) ἀποστέλλει πατρί. Ἀλλ' οὗτος μὲν οὐδέν B τι τῆς ἀπονοίας ἠφίετο, ἀλλ' ἅμα τῷ νηΐτῃ Λεσβόθεν ἥκοντι στόλῳ, καὶ αὐτὸς ναυσὶν ἱππαγωγοῖς κεχρημένος, νύκτα διασκοπήσας ἀσέληνον, ἐκ παράλου τοπίου τινὸς ὃ δὴ πρὸς τῶν ἐγχωρίων καλεῖται Ὀρκόσιον, πολλαχοῦ περαιοῦται τῆς Θρᾴκης λαθὼν, εὑρὼν [50] δὴ πάντας Θρᾷκας κατηκόους αὐτῷ, καίτοι τοῦ βασιλέως (9), ὅτε δὴ φήμῃ περιηγγέλη [51] ὡς διαβαίνει ναυσὶν ὁ ἀποστάτης τὸν κατὰ τὴν Ἄβυδον τῆς θαλάττης πορθμὸν, ἐνστρατεύσαντός τε κατ' αὐτοῦ ὀλιγίστῳ στρατῷ καὶ ἐκ πασῶν πόλεων Θρᾳκικῶν ὡς συμμαχήσουσι βασιλεῖ πίστεις λαβόντος· ὅμως ταύτας ἁπάσας παρ' οὐδὲν θεμένων αὐτῶν (10), πολὺς ὁ τύραννος ἐγεγόνει, καὶ τούτων προσρυέντων αὐτῷ. Παραχρῆμα ὁ βασιλεὺς πρὸς C τὴν πόλιν ὑπονοστεῖ (11), καὶ ὡς ἐνῆν τὰ κατ' αὐτὴν ἀσφαλέστατα διαθεὶς, πεζὸν ἅμα καὶ ναυτικὸν [52] συναθροίζει στρατὸν ἐκ τῶν κατ' ἀνατολὴν ἤδη τοῦ ἀποστάτου ὑποχωρήσαντος πρός γε βραχὺν χρόνον [53] (12) τῆς τυραννίδος ἀπηλλαγμένων. Ἐνίησι δὲ βασιλεὺς καὶ πῦρ πολεμιστήριον ταῖς ναυσὶ (13), καὶ τὴν σιδηρᾶν σχοῖνον ἀπ' ἀκροπόλεως μέχρι τοῦ πέραθεν φρουρίου διέτεινεν (14), ὡς ἂν τὸ κατὰ τὴν πόλιν καλούμενον Κέρας μὴ ἐκ τοῦ στόλου τῶν ἀντιπάλων πημαίνοιτο. Γρηγόριον (15) δὲ, πάλαι μὲν χρηματίσαντα στρατηγὸν, δι' αἰτίας δὲ βασιλεῖ γεγονότα καὶ διὰ τοῦτο εἰς Σκῦρον, μίαν τῶν Κυκλάδων νήσων, φυγαδευθέντα, λαβὼν ὁ ἀποστάτης, ἅτε δὴ προσχωρήσαντα αὐτῷ, χειροτονεῖ στρατεύματος ἡγεμόνα μυρίων ἀνδρῶν, καὶ τοῦτον πρόδρο- D μον (16) αὐτοῦ κατὰ τῆς βασιλευούσης προπέμπει, ἀλλὰ δὴ καὶ στόλον ναυτίλων ἀνδρῶν, ἵνα δὴ ἄμφω κατὰ ταυτὸν [54] ἐν τῇ Κωνσταντίνου γένοιντο πόλει. Καὶ δὴ γέγονε τοῦτο ταχέως [55], συνελθόντες (17)

VARIÆ LECTIONES.

[49] σειστοῦ L. [50] εὑρὼν δὲ L. [51] φήμη περιηγγέλει L. [52] πεζῶν o supra script ἅμα καὶ ναυτικῶν o supra script. [53] βραχὺ χρόνον L. [54] κατ' αὐτὸν L. [55] ταχαίως L.

STEPH. BERGLERI NOTÆ.

(5) Cedr. p. 501. Non apparet quo respiciat αὐτόν. Cont. p. 36.

(6) Cont. p. 36, Cedr. p. 501.

(7) Cont. p. 36, Cedr. p. 501.

(8) Et hic contrarium ejus quod vult dicit: nam non pater, sed filius adoptivus fuit ψευδώνυμος.

(9) Cont. p. 36, Cedr. p. 502.

(10) Cont. p. 36, Cedr. p. 502.

(11) Cont. p. 36, Cedr. p. 502.

(12) Ita recte ms., nescio tamen quis in margine Bosiani apogr. annotavit leg. χρόνων.

(13) Alieno hæc loco de igne.

(14) Cont. p. 36, 37; Cedr. p. 502; Zon. p. 137.

(15) Cont. p. 37, Cedr. p. 502.

(16) Cont. p. 37, Cedr. p. 502.

(17) Ibid. 19. Requireretur συνελθόντων sed pro

A ἀλλήλοις ἀπό τε γῆς καὶ θαλάττης κατὰ τὰς Βαρβύσου (18) τοῦ ποταμοῦ ἐκβολὰς, οὐδὲ τῆς σιδηρέας ἐξαρκεσάσης (19) σειρᾶς κωλῦσαι τὴν τῶν πολεμίων ἔφοδον πλοίων. Μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ αὐτὸς σὺν π' χιλιάσιν ἐπιστατεῖ [56] τῇ πόλει, ἐπὶ δὲ τῷ προτέρως (20) ποιηθέντι υἱῷ καὶ ἕτερον ἀναδείκνυσιν, Ἀναστάσιον ὄνομα, πάλαι μὲν εἰς τοὺς καλουμένους τελέσαντα μοναχοὺς, εἰς κοσμικῶν δὲ τρόπων φαυλότητι [57] τάξιν ἐληλυθότα, αἰσχρὸν τὸ εἶδος, ὥστε δοκεῖν ἐξ οἰνοποσίας Ἰνδογενὴς εἶναι (21), μοχθηρότερον τῇ ψυχῇ ὑπὸ ἐμπληξίας ἐσχάτης. Μετὰ τούτου οὖν καὶ παντὸς τοῦ στρατοῦ προσβάλλει τῇ πόλει, ἅμα τῷ φανῆναι οἰόμενος ἀνοιγῆναι τὰς πύλας αὐτῷ. Ἐπεὶ δὲ τῆς ἐλπίδος (22) διαμαρτάνει, τῶν πολιτῶν μεθ' ὕβρεων ἀποπεμψάντων αὐτὸν, σκηνοῦται κατὰ τῶν (23) σεβασμίων Ἀναργύρων νεὼν, B καὶ πάντας ἔσχεν ὑπηκόους τοὺς κατὰ τὸν Θρᾴκιον οἰκοῦντας Βόσπορον (24). Εἶτα πόλεμον μετὰ τῆς πόλεως συγκροτεῖ (25) τοξεύμασιν ἀφάτοις καὶ τοῖς ἐκ τῶν πετροβόλων λίθοις ὀργάνων, μάλα δὴ κατὰ μέρος τῶν Βλαχερνῶν ἐλπίζων ταύτην ἑλεῖν. Ὅθεν δὴ καὶ ὁ βασιλεὺς (26) Μιχαὴλ ἀναβὰς ἐπὶ τῆς ὀροφῆς τοῦ τῆς Θεοτόκου ναοῦ τὸ πολεμικὸν σημεῖον πήγνυσι, κελεύει δὲ καὶ Θεόφιλον (27) τὸν υἱὸν λαβεῖν γε τὸ νικοποιὸν τοῦ σταυροῦ ξύλον καὶ τὴν σεβαστὴν ἐσθῆτα τῆς Θεομήτορος, καὶ περιελθεῖν τὸν τοῦ Βυζαντίου τείχους περίβολον μετὰ λιτανείας, σὺν ἅμα τῷ ἱερῷ κλήρῳ καὶ τοῖς ἄλλοις πολίταις, τῆς θείας ἐπικουρίας δεόμενον. Παρατάττεται δὴ παντοίῳ πολέμου εἴδει ὁ ἀποστάτης καὶ μηχαναῖς· (28) ἀλλ' C ἐξ ὑπερδεξίου οἱ τοῦ βασιλέως ταῖς τε βολαῖς καὶ τοῖς ἀντιμηχανήμασι κεχρημένοι διωθοῦνται τοὺς ἐναντίους, ὥστε καὶ κλίμακας καὶ χελώνας κριούς τε καὶ πᾶν εἴ τι τοιοῦτον ὄργανον λιπόντας [58] (29) ὑπὸ τὰς ἰδίας διαδρᾶναι σκηνάς. Ἀλλὰ καὶ ὁ ναυτικὸς τοῦ ἀποστάτου στρατὸς καὶ αὐτὸς τῷ ὑγρῷ κεχρημένος πυρὶ (30), κυκλοῖ [59] τὴν πόλιν τούτῳ τε καὶ τοξεύμασιν ἀριθμοῦ πλείοσι, πρὸς δὲ καὶ τετρασκελέσιν ἐλεπόλεσι καλουμέναις, πνεύσαντι ἐναντίῳ πνεύματι ἀποκρούεται, ἅτε δὴ καὶ χειμερίου τῆς ὥρας οὔσης.

Ἤδη δὲ τοῦ ἡλίου (31) ταῖς ἀρκτῴοις οἰκήσεσιν ἐπιθέοντος διά τε τοῦ πεζικοῦ καὶ τοῦ ναυτικοῦ στρατοῦ προσβάλλει τῇ πόλει κατ' ἐκεῖνο μάλα [60]

A multo post ipse etiam cum octoginta millibus adfuit 39 ad urbem. Adoptavit etiam, post priorem adoptivum filium, alterum quoque, Anastasium nomine, qui olim quidem monachus fuerat, sed ad secularium improbitate morum ordinem defecerat; turpi facie, ut videretur ob vinolentiam ex India oriundus, sed pejore animo propter extremam vecordiam. Cum isto igitur et universo exercitu accedit ad urbem, simul atque apparuisset putans apertum iri portas sibi. Cum autem hæc spes eum fefellisset, civibus eum cum contumelia ablegantibus, tabernacula ponit apud venerabilium Anargyrorum templum, omnesque habuit sibi subjectos eos qui in Thracio habitabant Bosporo. Deinde bellum adversus urbem instaurat cum sagittis innumeris et lapi- B dibus ex machinis ad id paratis, potissimum a parte Blachernarum sperans se eam capturum. Quapropter et Michael, conscenso tecto templi Deiparæ, belli signum figit: jubet Theophilum filium sumere lignum crucis victoriæ efficiens venerandamque vestem Deiparæ, et obire mœnium Byzantii ambitum, supplicando, una cum sacro clero aliisque civibus, divinum auxilium implorantem. Oppugnat ergo desertor omni genere bellandi atque machinis. Sed ex superiore loco ii qui erant cum imperatore, jactibus et machinis contra instructis usi, repellunt adversarios, ita ut scalas et testudines et arietes et quidquid ejusmodi esset instrumenti 40 relinquerent inque sua diffugerent tabernacula. Sed et nava- C lis exercitus desertoris ipse etiam humido utens igne, oppugnans urbem illo, et sagittis innumeris, insuper et machinis quaternorum crurum, flante adverso vento rejicitur.

Sole autem jam septentrionalia lustrante, terrestri et navali exercitu oppugnat urbem, illa præcipue parte quæ Keras (i. e. Cornu) a figura vocatur,

VARIÆ LECTIONES.

[56] ἐπίστατα: L. [57] φαυλότητα L. [58] λειπόντας L. [59] κυκλῶν coni. B. [60] μάλα] fort. πάλιν.

STEPH. BERGLERI NOTÆ.

hoc illud posuisse videtur ipse auctor, aliorum D etiam exemplo, qui talem syntaxin ἀσύστατον fecere.

(18) Cont. p. 37 ita: Ἐν τῷ πρὸς Βλαχέρναις κόλπῳ, uti Cedr. p. 502.

(19) Cont. p. 37.

(20) Cont. p. 37, Cedr. p. 502, Zon. p. 137.

(21) Absurde, quasi aliquis ex temulentia Indus fieret. Itaque transposui. Si legatur δοκεῖ pro δοκεῖν, erit: turpi facie ex vinolentia ut videtur, ab India oriundus. Sed tunc sequens infinitivus in participium mutandus.

(22) Cont. p. 37, Cedr. p. 502, Zon. p. 137.

(23) Ita scriptum. Debebat potius τὸν aut τὸν τῶν, ut Cont. p. 37, ἔνθα δὴ καὶ τὸ τῶν σεβασμίων Ἀναργύρων τέμενος, uti et Cedr. p. 502, et Zon. p. 137.

(24) Ita omnino per duplex omicron. Mox μετὰ scriptum, cum debuisset potius κατά.

(25) I. e. bellum conflat, molitur, quasi nunc id faciat, nec dudum fecerit. Itaque posui *instaurat*. Nam iste sæpe nescit quid loquatur.

(26) Cont. p. 38, Cedr. p. 583.

(27) Cont. p. 38, Cedr. l. c.

(28) Cont. p. 38.

(29) Cont. p. 39.

(30) Cont. p. 38, Cedr. p. 503, 504. Eadem plus semel narrat et diversa confundit hic et in antecedentibus et seqnentibus, sine connexionibus et transitionibus. Mox forte κυκλῶν, aut δὲ ante πνεύσαντι.

(31) I. e. ἤδη δὲ τοῦ ἔαρος ἐπιλάμποντος, ut Cont. p. 39 et Cedr. p. 502, Zon. p. 137, i. e. vere aut æstate ineunte. Sed considerentur transitiones et connexiones hominis.

machinas cum quaternis crucibus fabricatus, atque missis per eas lapidibus e navibus muros se concussurum putans. Cæterum imperator cum quibusdam ex hostibus de muro collocutus oblivionem et veniam patratorum, si pœnitentiam præ se ferant, promisit, sed non persuasit. Itaque postquam exercitum perexiguum armasset, subito ex urbe erumpit et occurrentes sibi magna strage vincit; pariter et in mari, ut navibus ad terram actis et colligatis, ad eos qui in continente pugnabant confugerent, in mari pugnare haud sustinentes, multique ex hostibus ad Michaelem deficerent; inter quos et Gregorius, abstrahens secum partem quandam exiguam exercitus, atque nocte quadam nactus opportunitatem, properans se confert in Thraciam et a tergo fit tyranno. **41** Sed rebellionis princeps, simul atque id intellexit, cum militari manu aggreditur Gregorium captumque interficit, reversusque ad urbem obsidionem continuat, litterisque fictis, quasi terra marique vicisset, decipiens, naves e Græcia insulisque universis subvehi jubet ad prœlium cum imperatore committendum. Itaque navibus vehendo frumento bellicisque instructis unanimiter provehuntur appelluntque in littore Byridensi, haud minore numero quam priores; nam ad CCCL earum excreverat numerus. Erat autem et ab australi et a boreali parte urbem navibus aggressurus. Sed imperator præveniens misit igniferas naves, quæ hostiles naves in loco prædicto adortæ partim comburunt integras, partim dispergunt, plerasque autem capiunt una cum hominibus et imperatori adducunt.

A τὸ μέρος (32) ὃ δὴ Κέρας τὸ σχῆμα καλεῖται, τετρασκελεῖς ἑλεπόλεις κατασκευάσας καὶ ἐκ τῶν πεμπομένων δι' αὐτῶν ἀπὸ τῶν νεῶν λίθων κατασείειν τὸ τεῖχος οἰόμενος. Ὁ δέ γε βασιλεὺς τισὶ τῶν ἐναντίων διὰ τοῦ τείχους εἰς λόγους ἦλθεν ἀμνηστίαν τῶν εἰργασμένων αὐτοῖς ἕξειν (33), εἰ μεταμεληθεῖεν, παρεγγυῶν· οὐ πείθει (34) δὲ τούτους, ἀλλὰ στρατόν τινα καθοπλίσας ὀλίγιστον, ἀθρόον [61] τῆς πόλεως ἔξεισι καὶ τοὺς ὑπαντήσαντας αὐτῷ κατὰ κράτος νικᾷ, καὶ κατὰ θάλατταν (35) δὲ τοσοῦτον ὥστε τὰ πλοῖα πρὸς γῆν διοκείλαντας [62] συνδεδεμένα πρὸς τοὺς ἐκ τῆς χέρσου μαχομένους ἀναφυγεῖν (36) καὶ τὸν ἐκ θαλάττης ἀπαγορεύσασθαι πόλεμον, (37) ἑκόντας τε πολλοὺς τῶν πολεμίων προσχωρῆσαι τῷ βασιλεῖ. Ἐν οἷς καὶ Γρηγόριος (38) B συνελκύσας ἑαυτῷ καί τινα μοῖραν βραχεῖαν στρατοῦ καὶ κατὰ νύκτα τινὰ λαβόμενος εὐκαιρίας, φεύγει πρὸς τὴν Θρᾴκην καὶ κατὰ νώτου [63] (39) γίνεται τοῦ τυράννου. Ἀλλ' ὅγε στασιάρχης ἅμα τῷ [64] τοῦτο μαθεῖν στρατεύει κατὰ Γρηγορίου, καὶ τοῦτον καταλαβὼν ἀναιρεῖ, καὶ πάλιν εἰς τὴν πόλιν ἐλθὼν τῆς ἐξ ἀρχῆς ἔχεται προσεδρείας, γράμμασί τε πεπλασμένοις (40), ὡς κατά τε γῆν καὶ θάλασσαν εἴη νενικηκὼς, τῷ κατά τε τὴν Ἑλλάδα (41) καὶ τὰς νήσους ἁπάσας ναυτικῷ ἐξαπατήσας ἀναχθῆναι κελεύει καὶ τῷ βασιλεῖ διαμάχεσθαι (42). Καὶ δῆτα [65] (43) πλοῖα σιταγωγὰ τοῖς πολεμιστηρίοις προσκαθοπλίσαντες πανθυμαδὸν ἀναπλέουσι, προσορμίζονταί τε τῇ τῶν καλουμένων Βυρίδων (44) ἀκτῇ, τῶν προτέρων οὐκ ἐλάττους οὖσαι τὸ πλῆθος· καὶ C γὰρ εἰς ν' καὶ τ' ὁ τούτων ηὔξητο ἀριθμός (45). Ἔμελλε δὲ ἄρα ἔκ τε νοτίου μέρους καὶ βορείου τῆς πόλεως αὐτῇ προσβαλεῖν [66] ταῖς ναυσίν. Βασιλεὺς δὲ προφθάσας ἀποστέλλει πυρφόρους ναῦς (46) αἳ δὴ ταῖς τῶν ἐναντίων ναυσὶ κατὰ τὸν εἰρημένον ἐπιθέμεναι χῶρον, ἃς μὲν ὁλοκαυτοῦσιν (47) αὐτῶν' ἃς δὲ σκεδαννύουσιν, τὰς πλείους δὲ τούτων αὐτῶν συλλαμβάνουσιν ἀνδράσιν αὐτοῖς καὶ τῷ βασιλεῖ προσάγουσιν.

Cum autem audivisset Mortagon Bulgariæ dominus quæ quantaque imperatoriæ urbi accidissent, per legationem agit cum imperatore, deposcitque sibi societatem belli. Nam fœdus illud tricennale sub Leone imperatore cum ipsis factum jam fere

Ἀκηκοὼς δὲ Μορτάγων (48) ὁ κύριος Βουλγαρίας ὅσα τε καὶ οἷα κατὰ τὴν βασιλίδα πόλιν συνηνέχθη γενέσθαι, διαπρεσβεύεται πρὸς βασιλέα καὶ συμμαχεῖν αἰτεῖται αὐτῷ· αἱ γὰρ ὑπὸ Λέοντος τοῦ βασιλέως (49) πρὸς αὐτοὺς τριακοντούτεις σπονδαὶ

VARIÆ LECTIONES.

[61] ἀθρῶον L. [62] διοκείλαντα L. [63] νῶτον L. [64] τῷ om. L. [65] καὶ δὴ τὰ L. [66] προσβαλλεῖν L.

STEPH. BERGLERI NOTÆ.

(32) Cont. p. 39, κατ' ἐκεῖνο γοῦν πάλιν ἧει τὸ μέρος — ᾗ καὶ πρότερον, τὸν κόλπον τῶν Βλαχερνῶν.

(33) Cont. p. 39, Cedr. p. 504

(34) Cont. p. 39, Cedr. p. 504, Zon. p. 137.

(35) Cedren. p. 137.

(36) Cont. p. 39 in fine.

(37) Cont. p. 39, Cedr. p. 504.

(38) Cont. p. 40, Cedr. p. 504.

(39) Cont. p. 40, Cedr. p. 504.

(40) Scil. ἐπιστέλλων, ut Cont. p. 40 et Cedr. p. 504.

(41) Zon. p. 138.

(42) Cont. p. 40, Cedr. p. 504.

(43) Ita scriptum, cum oporteret τὰ σιταγωγὰ πλοῖα aut τὰ πλοῖα τὰ σιταγωγά.

D (44) Zon. p. 138; κατὰ τὰς Βυρίδας. Cedr. p. 504 ubi τῷ χωρίῳ τῶν Βηρίδου προσορμίζεται. Cont. p. 40, τῷ τῶν Βυρίδων κατὰ Θρᾴκην λιμένι προσορμίζονται. Debet autem apud Nostrum subaudiri αἱ νάυς aut νῆες, per synonymiam a superiore πλοῖα, propter αὗται· alias est solœcismus.

(45) Cont. p. 40 et Cedr. p. 504, in fine.

(46) Cont. p. 40.

(47) Scil. τῷ σκευαστῷ πυρί, Cedr. p. 505, sive ὑγρῷ πυρὶ Zon. p. 138.

(48) Cont. p. 41, Cedr. p. 505, Zon. p. 138. Solus Georg. mon. ipsum Michaelem auxilia Bulgarorum petiisse p. 513. Perverse nunc etiam loquitur. αἰτεῖται συμμαχεῖν αὐτῷ, *petit ut ei auxiliaris fiat*. Illum dicit petiisse, qui ipse ultro offerebat.

(49) Cont. p. 41, Cedr. p. 505, Zon. p. 138.

ἤδη τὴν πρώτην δεκαετηρίδα συνεπλήρουν σχεδὸν (50). Ἀποδοχῆς δὲ μεγάλης ὁ βασιλεὺς τὴν γνώμην αὐτῶν ἀξίαν [67] κρίνας ἀπολογεῖται μὴ χρῆναι τοὺς ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον ὡμολογηκότας Χριστιανικῶν αἱμάτων ἀφέξεσθαι ἐπὶ τῷ τῶν στασιωτῶν πολέμῳ τὰ καλῶς δόξαντα καταλύειν· φιλοφρονησάμενος δὲ αὐτοὺς τῆς προθυμίας ἀξίω; πρὸς τὴν ἑαυτῶν ἀποστέλλει. Ἀλλ' οὗτοι μὲν κατ' οὐδὲν τῶν τοῦ βασιλέως φροντίσαντες λόγων κατά τε τοῦ τυράννου στρατεύουσι καὶ εἰς τὰ Ῥωμαίων εἰσβαλόντες ἤθη κατὰ τὸν Κηδούκτου (51) καλούμενον στρατοπεδεύονται χῶρον. Μαθὼν δὲ ὁ ἀποστάτης τὴν κατ' αὐτοῦ τῶν Βουλγάρων ἔφοδον, τοῦ καταλειφθέντος αὐτῷ ναυτικοῦ λόγον οὐδένα ποιεῖται, ὅθεν (52) δὴ τοῦτο πᾶν τῷ βασιλεῖ προσχωρεῖ· (53) ὅλος δὲ τοῦ πεζοῦ στρατοῦ γεγονὼς ἀπαίρει μὲν τοῦ προσεδρεύειν τῇ πόλει, κατὰ δὲ τὸ εἰρημένον χωρίον προσβαλὼν τοῖς Βουλγάροις κατὰ κράτος ἡττᾶται (54). Καὶ πλεῖστοι μὲν τῶν αὐτοῦ κτείνονται καὶ πυρπολοῦνται (55) πρὸς τούτων· οἱ δὲ περιλειφθέντες (56) ὡς εἶχον σθένους σκεδάννυνταί που. Λείαν δὲ πολλὴν τῶν πολεμίων οἱ Βούλγαροι συμφορήσαντες πρὸς τὴν ἑαυτῶν ὑποστρέφουσιν.

A primum decennium implebat. Sed imperator, quamvis magnopere probandam judicaret voluntatem ipsorum, se excusavit, haud oportere eos inter quos conventum sit tanto tempore **42** abstinere a Christiano sanguine, propter rebellium bellum ea quæ recte probassent et decrevissent rescindere. Condigne ergo pro ipsorum promptitudine atque humane exceptos habitosque in patriam dimittit. Sed isti, nihil curantes imperatoris dicta, adversus tyrannum infesto exercitu proficiscuntur, atque apud Cedocti locum ita dictum castra ponunt. Porro desertor, cognito Bulgarorum hostili adventu, relictæ quidem a se classis rationem habet nullam; unde etiam ea tota imperatori se adjunxit: totus autem terrestri exercitui intentus ab obsidenda B urbe discedit et apud prædictum locum congressus cum Bulgaris ingenti clade afficitur, plurimique suorum occiduntur et cremantur, reliqui autem quantum possunt fugientes disperguntur. Multis autem spoliis hostium congestis Bulgari in patriam revertuntur.

Οὐκ ἀπολήγει δὲ καὶ οὕτως πράξας κακῶς τῆς ἀπονοίας ὁ τύραννος, ἀλλὰ τοὺς σκεδασθέντας συλλέξας [καὶ] πρὸς τὴν καλουμένην Διάβασιν (57), ἅτε δὴ πρὸς τὸ στρατοπεδεῦσαι πάντα οὖσαν ἐπιτηδείαν (58), διά τε τὴν τῶν ἵππων νομὴν καὶ πρὸς τὴν ἄλλην χρείαν τῶν ἀνθρώπων ἀφθονωτέραν τυγχάνουσαν, ἐκεῖσε σκηνοῦται τῷ τέλματι τοῦ χωρίου θαῤῥήσας, ἐκεῖθέν τε ὥσπερ ἐξ ἀκροπόλεως (59), ὄντως τύραννος ὤν, συχνὰς ποιεῖται καταδρομὰς καὶ τὰς πλησιαζούσας πυρπολεῖ κώμας. Ὅπερ δὴ μαθὼν ὁ βασιλεὺς Μιχαήλ, ὡς εἶχε δυνάμεως (60), εὐαρίθμητον σχεδιάζει στρατὸν καὶ κατὰ τοῦ τυράννου πρὸς τὸν εἰρημένον ἔρχεται χῶρον σὺν κόσμῳ στρατηγεσίας παντί, λόγοις καὶ ταῖς ἄλλαις ὑποσχέσεσι τοὺς συνόντας ἐπιρωννύς. Ὁ δὲ τύραννος πλήθει πολλῷ δὴ μάλα ὑπαντιάζει τῷ βασιλεῖ (61), σχηματίζεται (62) τε φυγήν, ὥστε τὸν τοῦ βασιλέως στρατοῦ διαλυθῆναι συνασπισμόν· διαμαρτάνει δὲ τοῦ σκοποῦ, μήτε τὴν τάξιν τοῦ βασιλικοῦ διαλύσας στρατοῦ, μήτε τοῖς ἑαυτοῦ συναφ-

Non desinit tamen, quamvis re ita male gesta, tyrannus insanire. Sed postquam dispersos collegisset, ducit ad Diabasin locum ita dictum, castris omnino idoneum, pabulis equorum rebusque aliis ad usus hominum abundantiorem: illic tabernacula ponit, palude illius loci tutum se fore ratus, atque inde tanquam ex arce verus tyrannus crebras facit incursiones proximosque vicos incendiis vastat. C Quo intellecto imperator **43** Michael, modico coacto exercitu adversus tyrannum in prædictum locum proficiscitur bene instructa acie, verbis et pollicitationibus suos confirmans. Tyrannus porro cum ingenti multitudine adversum proficiscitur, simulat autem fugam, ut imperatoris acies dissolvatur: sed ab hoc scopo aberravit, cum nec imperatoris exercitus ordinem turbaret, nec ipse cum suis conjungere se posset. Itaque, adversæ partis impetum sustinere non valens, qua poterat celeritate fugit, atque in Arcadiopolin cum quibusdam ex suis evadit. Porro imperator, cum plerosque ex rebelli-

VARIÆ LECTIONES.

[67] ἀξίως L.

STEPH. BERGLERI NOTÆ.

(50) Cont. p. 41, Cedr. p. 505.

(51) Cont. p. 41 itidem κατὰ τὸν Κηδούκτου χῶρον οὕτω καλούμενον, et ita Cedr. etiam p. 505 ubi in versione *Cedoctus*. Zon. p. 138, κατὰ τὰ Κηδούκτου, ubi itidem versio *Cedoctum*.

(52) Cont. p. 43.

(53) Cont. p. 41, Cedr. p. 505, Zon. p. 138.

(54) Cont. p. 41, ἡττᾶται ἰσχυρῶς. Cedr. p. 505 in fine et p. seq. init. ubi ἡττᾶται κατὰ κράτος.

(55) *Cremantur*. Græcum πυρπολοῦνται apud eos qui serio loquuntur, de agris et regionibus igne vastandis solet usurpari. Sed nec crematos aut combustos fuisse victos verosimile est: aliud ergo fortasse voluit dicere.

(56) Cont. p. 42, Cedr. p. 506, Zon. p. 138.

(57) Cont. p. 43, κατά τι πεδίον, Διάβασιν οὕτω D καλούμενον, ut et Cedr. p. 506. Paulo ante aut καὶ delendum, aut aliquod participium, ut ἀγαγών aut simile, excidit.

(58) Zon. p. 138.

(59) Zon. p. 138.

(60) Zon. p. 138. Cont. p. 42, et Cedr. p. 506, ubi ἀξιόλογον συστήσας στρατόν. Sed Noster suo more hic etiam contrarium dicit ejus quod videtur voluisse; nam debuisset fortasse οὐκ εὐαρίθμητον dicere. Cedr. p. 505 conjungit οὐκ εὐαρίθμητον πλεῖστον et ἀξιόλογον, non de hac re tamen. Etiam σχεδιάζειν incommode adhibuit, quasi subito, ex tempore atque tumultuarie id fecisset.

(61) Cont. p. 43.

(62) Cont. p. 43, Cedr. p. 506.

(29) Loquitur imperfecte.

(30) Scriptum Κωνσταν. τ supra script. Erat ex marmore.

(31) Cont. p. 120. — Apud Cont. p. 120 ἐναποκλείσαντες. Apud Sym. Log. p. 441, Οἳ καὶ περιέκλεισαν αὐτόν. Unde et apud Nostrum potius περικλείσαντες legendum videri possit. Apud Cedren. p. 551, Τῷ τοῦ Κοπρωνύμου τάφῳ ἀποκλείει. Zon. p. 161, D, Ἐγκλείει τάφῳ. Nihil tamen mutandum apud Nostrum, sed tantum περισκελίσαντες uno λ scribendum, *divaricatis cruribus imposuerunt arcæ.* Contin. ita: Ἐν τῷ μετεώρῳ ἐπικαθίσαντες. — Scriptum καταγύμνωσιν.

(32) Cont. p. 120.

(33) Cont. p. 120, Sym. Log., p. 441; Nostri verbis, nisi quod ἐκ τῶν, melius.

(34) Rursus tanquam declamator: et satis apparet D melius sermonis genus. — *Καὶ μᾶλλον.* Ita scriptum.

(35) Sym. Log. p. 441, iisdem cum Nostro verbis.

(36) Ita scriptum, non γήρᾳ.

(37) Ita scriptum, male. Emendandum ex Homero. Negligenter hæc ut pleraque et supine tractata sunt, partim a librario, partim ab ipso auctore. Loca Homeri, in quibus Noster multus est et ineptus, id ostendunt, plerumque vitiose descripta. Apud Hom. Il. ο, v. 511, hæc ita: Βέλτερον ἢ ἀπολέσθαι ἕνα χρόνον ἠὲ βιῶναι· Ἢ δηθὰ στρεύγεσθαι ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι. Quæ ibi Ajax dicit suos prælio acuens. Sed Noster, lapsu memoriæ, ut videtur, sociis Ulyssis tribuit, deceptus fortasse similitudine loci Odyss. μ, v. 350. Βούλομ' ἅπαξ — ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσαι Ἢ δηθὰ στρεύγεσθαι ἐὼν ἐν νήσῳ ἐρήμῃ. ubi unus sociorum Ulyssis reliquos hortatur ad mactandos Solis boves, cum fame laborarent. Atque eo nunc respicit. Supra etiam indidem, occasione famis, verba reddebat.

Ἔλαττον ἡ πάλη πρὸς σάρκα καὶ αἷμα τῆς πρὸς τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν κατὰ τὸ μέγιστον, ἴσος ὁ ἀγὼν ἐπ' ἀμφότερα (38). Τοιγαροῦν τινα διανίστησιν[93] τῶν συνόντων τῷ μακαρίῳ κατὰ φρουράν, οὐ πρὸς πήμανσιν, ἀλλὰ παρηγορίαν, ὡς δι' αὐτὸν κινδυνεύοντι (39). Κωνσταντῖνος ἦν ὁ Ἀρμένιος, οὗ πολλάκις κατὰ μνείαν κατέστην. Οὗτος πάνυ κρύφα βαστάζων τι ἀγγείδιον ἐξ ὑέλου ἔμπλεον οἴνου, πρὸς ἐπὶ τούτῳ καὶ ἄρτον, ἔστιν ὅτε καὶ μῆλα, τῶν κακοποιῶν ἀνδρῶν τὴν ὑποχώρησιν πρὸς μικρὸν ἐμεθόδευεν, καὶ τῷ ὁσίῳ εἰσῄει, καὶ τοῦ λάρνακος[94] αὐτὸν κατεβίβαζεν, καὶ παρεῖχε τὸν ἔλεον, ἀποκουφίζων κἂν ἐπ' ὀλίγον τῆς συμφορᾶς, μέχρι τῆς ἐκείνων ἐλεύσεως (40). Ὦ πολλὴν τὴν εὐχαριστίαν ἠμείβετο μετὰ τὴν τῶν κακῶν λύτρωσιν· οὐ γὰρ ὡς Καίσαρος ὤν, εἰ καὶ τῶν οἰκείων, τοῖς αὐτοῦ κακοῖς ἐνεδίδου, εἰδὼς ἀπονέμειν Θεῷ τὰ Θεοῦ καὶ τὰ Καίσαρος Καίσαρι, ὥστε μὴ παροξῦναι τὸν Ὕψιστον.

Τὰ δὲ πρὸς ἱπποδρομίαν (41) τῷ βασιλεῖ Μιχαὴλ διεσπούδαστο ἐν τοῖς κατὰ Προποντίδα παλατίοις περιφανέσιν, ἔνθα ναὸς του μεγαλομάρτυρος Μάμαντος ἥδρασται (42)· ἐκεῖσε τὰς ἁμίλλας συνεχεῖς ἐποιεῖτο, αὐτὸς ἱππάζων ἐφ' ἅρματος, τῶν εἰωθότων πάντων κατὰ τὴν βασιλίδα πόλιν περὶ τὸν ἀγῶνα συντιθεμένων· καθ' ὃν τῆς Θεομήτορος τιμία εἰκὼν ἐπὶ τῆς βασιλικῆς ἱδρύσεως ἵστατο, ἐξ ἧς τοὺς νικητικοὺς ἐπάθλους ὁ βασιλεὺς ἀνεδέχετο. Καὶ τοσοῦτον αὐτῷ τὰ τῆς ἱπποδρομικῆς ἔριδος ἐπεφιλοτέχναστο, ὥστε ποτὲ συνηνιοχοῦντι (43) Κωνσταντίνῳ τῷ δηλωθέντι ἐκ περιτροπῆς ἀκουσίου τοῦτον ἀνεσκευάσθαι[95], καὶ παρὰ μικρὸν διολέσθαι τῇ περιπτώσει τοῦ ἅρματος. Ὅθεν προσεπετίθεντο τὰ τῆς εὐτελείας αὐτῷ, καὶ πολλῷ πλέον (44) τὰ τῆς ἐξουδενώσεως ἐκ τοῦ ψευδοφανοῦς πατριάρχου καὶ συνεπαγομένου αὐτῷ αἰσχίστου κλήρου, καὶ τῷ ἀληθεῖ πατριάρχῃ κακὴν ἅμιλλαν διαμιλλωμένων καὶ δυσωνύμοις ἐνθρονιζομένων κακῶς μητροπόλεσι καὶ μεταποιούντων ἐναγέσι θυσίαις τὰ ἅγια, ὡς[96] ἐντεῦθεν (45) καὶ βεβηλοῦσθαι αὐτὸν παρὰ παντός [τε] Χριστιανικοῦ γε πληρώματος καὶ κατεύχεσθαι τῆς βασιλείας διαῤῥῆξιν, ἥτις οὐκ ἐπὶ χρόνον μακρὸν ἀποβέβηκεν, προηγησαμένης τῆς Καίσαρος ἀναιρέσεως, ὥς φασι, συνεγνωκότος αὐτὴν Μιχαὴλ βασιλέως ἐξ ἀστατούσης τῆς διαθέσεως· καθ' ἣν καὶ τὴν ἐσχάτην δίκην αὐτὸς ἐκληρώσατο, ὡς ὧδε λεχθήσεται.

A erat colluctatio cum carne et sanguine quam cum principatibus et potestatibus tenebrarum hujus sæculi, aut, ut plus etiam dicatur, par certamen cum utrisque. Itaque quemdam suscitat Dominus ex iis qui erant cum beato viro custodiæ causa, non ad nocendum, sed ad solatium præstandum, tanquam propter ipsum periclitanti. Erat is Constantinus Armenius, cujus sæpe mentionem feci. Iste admodum occulte portans vasculum vitri plenum **102** vino, insuper et panem, quandoque et poma, infestorum hominum abitum ad breve tempus procurabat, ingrediebaturque ad sanctum virum ac de loculo eum tollebat, præbebatque misericordiam, saltem ad breve tempus sublevans ejus calamitatem, usque ad eorum reditum. Cui magnam gratiam retulit B a malis illis liberatus. Non enim quasi Cæsaris esset, quamvis ex propinquis, illius vexationibus cedebat, cum sciret dare Deo quæ Dei sunt et Cæsari quæ Cæsaris, ne irritaret Altissimum.

Porro imperator Michael circo et aurigationi studebat in palatiis ad Propontidem visendis, ubi templum magni martyris Mamantis situm est, ipse agens equos in curru, rebus necessariis ad certamen in imperatoria urbe comportatis. In eo templo Deiparæ pretiosa imago in imperatorio solio collocata erat, a qua victoriæ præmia imperator accipiebat. Ac tantopere studebat circo, ut auriganti aliquando cum Constantino, de quo diximus, currus subverteretur ipseque subversione currus C pene periret. Unde adhuc magis contemnebatur. Sed multo despicabilior fiebat propter falsum patriarcham eique adjunctum turpissimum clerum, qui improbo certamine contendebant cum vero patriarcha, infamesque **103** faciebant metropoles occupandis thronis, et imitabantur exsecrabilibus sacrificiis sanctissima; ut proinde profanus haberetur ab omni Christianorum multitudine, eique dissolutionem imperii imprecarentur: quæ etiam non longo post tempore accidit, præcedente Cæsaris interfectione, cum ejus, ut aiunt, conscius esset imperator Michael, affectu erga illum parum firmo et constanti. In qua supremum supplicium ipse sortitus est, ut hoc loco dicetur.

VARIÆ LECTIONES.

[93] τοιγαροῦν διανίστησιν αὐτῷ Κύριος Symeon Logoth. p. 441 C. [94] τῆς λάρνακος V. [95] ἀνασκευάσθαι L. [96] ὡς om. L.

STEPH. BERGLERI NOTÆ.

(38) Sym. Log. p. 441, Cedr. p. 551. — Non additur quis excitaverit, ut aliquid excidisse necesse sit, ut Θεὸς aut Κύριος, ut apud Log. p. 441, Τοιγαροῦν διανίστησιν αὐτῷ Κύριος.

(39) Cont. p. 120. Sym. Log. p. 441.

(40) Cont. p. 120. Sym. Log. p. 441, iisdem fere cum Nostro verbis.

(41) Redit ad imperatorem et ejus studium aurigationis, de quo obscure supra quædam, ubi annotavi auctores. Vid. Const. Porph. Bas. Maced. p. 151, et 152. Cedr. p. 552.

(42) Zon. p. 162 et 166. Const. Porph. Bas. D Maced. p. 152.

(43) Ita scriptum una voce, solœcissante oratione, ut dativus sit pro genitivo.

(44) Non de Photio hæc intelligenda, sed de Gryllo, de quo Const. Porph. in Bas. Maced. p. 153, Sym. Log. p. 437, Contin. Theophanis, p. 124, Cedr. p. 554. Zon. p. 163. Noster hæc in brevitate obscure. Nec autem Photio iste Gryllus oppositus fuit, sed ante illum is Ignatio.

(45) Imperfecte, ut desit vel ὥστε vel verbum aliquod, ut συνέβη aut simile.

Parant ambo simul expeditionem navalem in A Cretam, omnemque militarem multitudinem terra marique commovent, ac proficisci ipsi voluerunt. Ut autem ad Cepos ita dictos accesserunt, statim adversus Bardam Cæsarem consilia locum inveniunt. Illuc enim hæc instructa fuerant divino et imperatorio nutu, ut et ipsi Bardæ patesceret, ad quem spectabat conatus. Nam quodam die ante profectionem Bardas ingressus ædes suas accersitos amicos suos extremo complexu convivioque accepit ac familiarissimis amicorum legata distribuit, interitum suum conjectans. Abit ergo in monasterium vicinum, Hodegi dictum: ut autem adstitit ad vestibulum propitiatorii, facem tenens ac vota faciens pro abitu, ibi tum ei chlamys ab hu- B meris avulsa palam decidit. Quod cum sensisset, lacrymans **104** implorabat Deiparam ardentibus precibus orans ut ab instantibus malis liberaretur.

Εὐτρεπισμὸν[97] ναυστολίας κατὰ Κρήτης ἄμφω συντίθενται (46), καὶ πάντα στρατὸν συγκινοῦσι κατ' ἤπειρόν τε καὶ θάλασσαν, καὶ αὐτοὶ ἐφικέσθαι (47) προῄρηντο. Ὡς δὲ τοῖς πρὸς τὸ ὄνομα Κήποις προσκεχωρήκεσαν, εὐθέως τὰ κατὰ Βάρδα τοῦ Καίσαρος χώραν λαμβάνει. Ἐνταῦθα γὰρ προμεμηχανούργητο ταῦτα ἔκ τε Θεοῦ καὶ βασιλικῆς ἐπινεύσεως, ὡς καὶ αὐτῷ τῷ Βάρδᾳ γνωσθῆναι, περὶ οὗ ἡ ἐπίθεσις. Μιᾷ γὰρ τῶν ἡμερῶν πρὸ τῆς ἐξελεύσεως Βάρδας[98] προσφοιτήσας κατὰ τὸν ἑαυτοῦ οἶκον καὶ τοὺς γνωστοὺς μετακαλεσάμενος, τὴν ἐσχάτην αὐτοῖς ἀνετίθει δεξίωσιν, καὶ συμποσιάσας τοῖς οἰκειοτάτοις τῶν φίλων λεγάτα παρέσχετο, τὴν ἰδίαν καταστροφὴν τεκμηράμενος (48). Ἄπεισι πρὸς μονὴν λοιπὸν γείτονα, ἥπερ Ὁδηγοὶ κατωνόμασται (49). Ὡς δὲ παρεστήκει τοῖς τοῦ ἱλαστηρίου προθύροις λαμπαδούχων ἀφιερῶν τε προπεμπτηρίους φωνάς, τηνικαῦτα ἡ τούτου χλαμὺς τῶν ὤμων ἀποσπασθεῖσα ἐμφανῶς συγκεχάλακεν (50)· ἧς ἐν] ἐπαισθήσει γενόμενος ἀπωλοφύρετο δάκρυσι πρὸς τὴν Θεοτόκον διαπρύσιον,[99] βοὴν εὐκτικῶς ἀναπέμπων τῆς τῶν ἐλπιζομένων λυτρώσεως.

Non solum autem in hac re præsagium ei factum, sed et aliud quoddam signum præcessit. Insomnium apparuit Cæsari tali forma quasi festo die imperator et Cæsar contenderent in templum Sapientiæ Dei cum solito splendore; progressisque ad fenestras, in his candidas vestes gerentes eis apparerent angeli, atque in penetralibus conspiceretur quidam senex in sublimi solio sedens; quis ille? Petrus apostolorum primarius, eique C supplicans in genubus cum lacrymis Ignatius super iis quæ contumeliose passus esset; qui acerbitate rei condolens ei diceret ultionem a manu Domini illum accepturum: quo dicto uni ex duobus ei astantibus tanquam præpositis, in aureis vestibus, exiguum traderet gladium, nutuque præciperet imperatorem quidem ad dextram separandum esse, Cæsarem autem, Deo exosum eum dicens, ad sinistram, eoque gladio frustatim concidendum: quo exeunte etiam de Michaele diceret, ei etiam exspectandam esse percussionem, impium filium eum vocans.

Οὐ μόνον δὲ ἐν τούτοις αὐτῷ τὰ τῆς προδηλώσεως, ἀλλὰ καὶ ἕτερόν τι συμβόλαιον (51) προηγήσατο. Ἔδοξεν ὄναρ ὁρᾷν γε τῷ Καίσαρι· τὸ δὲ τοιοῦτον διεμόρφωτο, ὡς ἐν ἑορτασίμῳ ἡμέρᾳ ὅ τε βασιλεὺς καὶ ὁ Καῖσαρ ἐπῄει τῷ Σοφίας Θεοῦ ἱερῷ μετὰ τῆς συνήθους λαμπρότητος. Ὡς δὲ προσπεφοιτήκεσαν οἷα θυρίσι (52), ταύταις εἰκονισμένοι λαμπροφοροῦντες[1] τούτοις ἀνεφάνησαν ἄγγελοι, καὶ πρὸς (53) τοῖς ἔσω διώπτετό τις ὑπεράνω γηραιὸς θρονιζόμενος· τίς οὗτος; Πέτρος ὁ ἀποστόλων προβάθμιος, αὐτῷ τε γονυπετῶν δάκρυσιν ὁ Ἰγνάτιος ὑπὲρ ὧν λωβηθεὶς ὑπομεμενήκει (54). Ὁ δὲ τῷ πάθει συνδιατεθεὶς αὐτῷ ἔφη τὴν ἐκδίκησιν ἐκ χειρὸς Κυρίου ἀποίσασθαι (55), καὶ ἅμα τῷ λόγῳ ἑνὶ δύο τινῶν παρ' αὐτῷ ἱσταμένων ὡσεὶ πραιποσίτων χρυσοενδύτων (56) βραχεῖαν ἐπιδίδωσι μάχαιραν, καὶ προσετετάχει ἐννεύσας (57), τὸν μὲν βασιλέα τοῖς δεξιοῖς ἀφορίσαι, τὸν δὲ θεόργιστον Καίσαρα (58), οὕτως εἰπών, τοῖς ἀριστεροῖς, καὶ διὰ ταύτης μεληδὸν τιμωρήσασθαι. Οὗ δῆθεν ἐξιεμένου καὶ περὶ τοῦ Μιχαὴλ διειρήκει τὴν τομὴν ἀπεκδέχεσθαι (59), ἀποκαλῶν αὐτὸν ἀσεβότεκνον (60).

VARIÆ LECTIONES.

[97] εὐπραπισμὸν D. [98] Βάρδα L. [99] διαπύρσιον D. [1] λαμπροφοροῦντες et in marg. στολοῦντες L. λαμπροφόροι Symeon Log. p. 447 C.

STEPH. BERGLERI NOTÆ.

(46) Cont. Theoph. p. 127, Sym. Log. p. 446, D in fine. Georg. Mon. p. 537, Cedr. p. 555, Zon. p. 165.

(47) Ita scriptum. Debuit potius ἀφικέσθαι, quod ipse solet perverse pro *proficisci* ponere. — *Κήποις*. Vid. omnino Cont. p. 127, Sym. Log. p. 537 in fine. Noster infra p. 104, 105.

(48) Cont. p. 127, Cedr. p. 555.

(49) Cont. p. 127, Cedr. p. 555, Zon. p. 165.

(50) Cont. p. 127, Cedren. p. 155, Zon. p. 105.

(51) Alius σύμβολον dixisset: nam illud aliud est. Mox etiam alius dixisset: Ἔδοξεν ὄναρ ὁρᾷν ὁ Καῖσαρ. — *Ἔδοξεν ὄναρ — τοῦτ. ἀνεφάνησαν ἄγγελοι*. Cont. p. 126, Sym. Log. p. 447, Cedr. p. 554.

(52) Videtur ex declamatione quadam hæc sumpsisse, ubi orator digitis ostendebat fenestras. In antecedentibus bis oratorum more alloquitur auditores, quæ loca ibidem ex declamatione...

(53) Cont. p. 126, Sym. Log. p. 447, ut Noster Sed ibi male τοὺς pro τοῖς. Cedr. p 554, in fine. — Scriptum ὑπὲρ ἄνω. Sed apud Logoth. rectius ὑπεράνω.

(54) Sym. Log. p. 447.

(55) Ita scriptum, cum deberet ἀποίσασθαι potius, uti recte apud Log. p. 447. — *Καὶ ἅμα τῷ λόγῳ — ἐπιδίδ. μάχαιραν*. Cont. p. 126 in fine.

(56) Apud Logoth. est χρυσενδυτῶν. *Ibid*. male πραιποσίτοις.

(57) Apud Logoth. pro istis male καί φησιν τάχει ἐκνεύσας. Male ibidem ἀφώρισεν.

58) Cont. p. 127; Cedr. p. 555.

(59) Iisdem verbis Sym. Log. p. 447, Cedr. p. 555, ubi μεληδὸν διάτεμνε.

(60) Cont. p. 127.

Καὶ ἄλλο τι σημεῖον ἐπὶ τῷ θανάτῳ παρηκολουθήκει τοῦ Καίσαρος. Ἐξαπεστάλη κατὰ Κήπους διάγοντι (61) παρὰ Θεοδώρας τῆς αὐτοῦ ἀδελφῆς ἐσθὴς τοῦ προσήκοντος μήκους ἐλλείπουσα [a], ἥτινι πέρδιξ χρυσόπαστος καθιστόρητο· ἣν προσδεξάμενος ἐπυνθάνετο· Αὕτη τί κεκολόβωται; καὶ ὁ ἐν ταύτῃ πέρδιξ τί δηλῶν ἀναγέγραπται; ν ἀμφοτέρων τὴν λύσιν διεζωγράφει, διὰ μὲν τοῦ πέρδικος τὸ πρὸς αὐτὸν δολερὸν, ὡς ἔοικε, τῆς στειλάσης διὰ τὴν ἐπὶ τῷ ἀναιρεθέντι Θεοκτίστῳ ἀντέκτισιν, διὰ δὲ τοῦ ἐλλιποῦς τὸ ἐλλιπὲς τῶν ἑαυτοῦ ἡμερῶν αἰνιττόμενος (62). Ὅθεν (63) καὶ Ἀντιγόνῳ τῷ πατρικίῳ καὶ καθηγεμονεύοντι τῶν σχολῶν (64), τῷ υἱῷ αὐτοῦ, προσετετάχει τὸν ὑπ' αὐτὸν λαὸν ἅπαντα συντελεῖν καὶ τῇ βασιλίδι κατευθῦναι τὴν ἄφιξιν. Ὁ δὲ πρὸς τὴν τοιαύτην δυσανασχετεῖ βούλησιν (65). Καὶ πλέον τὰ κατὰ Μιχαὴλ βασιλέως ἐπεφανέρωτο παρὰ Καίσαρι (66). Πρὸ δέ τινος χρόνου σεισμοῦ γεγονότος τῶν πώποτε μνημονευομένων φρικωδεστέρου (67), ἐπεπτώκει τὸ ἄγαλμα ὃ κατὰ τὴν ἁγίαν Ἄνναν, ᾗ [b] ἐπώνυμον (68) τὸ Δεύτερον, κατὰ κίονα διεστήλωτο· ὅπερ διαγγελθὲν παρὰ Καίσαρος Λέοντι φιλοσόφῳ σαφῶς διηρμήνευτο (69), τὸν ἐκ πρώτου ἄνακτος δεύτερον (70) ἐκπεσεῖσθαι διὰ θανάτου, τῷ τε Καίσαρι Βάρδᾳ τὸν διαδεξόμενον δακτυλοδεικτεῖσθαι (71) Βασίλειον· ὃν ἔκτοτε οὗτος βασκάνως ἐπέβλεπεν.

Καὶ ταῦτα κατὰ προφητείαν συνωμαρτήκεσαν Καίσαρι. Ἐπὶ Κήπους γὰρ ἐφεστηκότων αὐτῶν (72), ὁ μὲν βασιλεὺς τὰ τῆς βασιλείας ἐνήργει πρακτέα, ὁ δὲ Καῖσαρ τὰ τῆς φιλαρχίας πλέον ἐπετηδεύετο, καὶ πολὺς ἦν, ὑπεραίρων τοῦ βασιλέως καὶ ἑτέρων τῶν κατὰ θεραπείαν ᾠκειωμένων αὐτῷ. Ὡς δὲ πρὸς τοῦτο δυσφορήτως διέκειντο, ἐμηχανῶντο κατ' αὐτοῦ βουλὴν δολερὰν, ὅπως μιαιφονήσειαν (73)· ἀλλὰ τὴν ἑταιρειῶτιν τούτου πληθὺν ἐδεδοίκεσαν, ἵνα μὴ παρ' αὐτῆς καταδυναστεύοιντο. Πρὸς (74) ἁμιλλητήριον δρόμον ἵππων συμφύρονται σὺν Ἀντιγόνῳ τῷ τούτου υἱῷ, καὶ αὐτὸν πόρρω τῆς βασιλικῆς σκηνῆς διορίζουσιν, καὶ Καίσαρος τοὺς πρωταγωνιστὰς ἐπὶ τούτῳ συνέλκουσιν, ὡς ἂν ἐνησχολημένων αὐτῶν ἀφυλάκτως τῷ Καίσαρι ἐπίθωνταί τινες καὶ διαχειρίσωνται. Σαββατίου (75) δὲ γαμβροῦ ἐπὶ θυγατρὶ Καίσαρος

A Etiam aliud quoddam signum super morte Cæsaris secutum. Missa fuit ei apud Cepos commoranti a Theodora sorore sua vestis justa minor **105** longitudine, cui perdix auro intertextus erat: qua accepta quæsivit cur ea brevior esset et ad quid significandum perdix esset inscriptus? Utriusque solutionem depinxit, per perdicem quidem dolosum, ut videtur, animum erga ipsum mittentis, occisi Theoctisti ulciscendi causa, per brevitatem autem brevitatem dierum suorum conjectans. Unde et Antigono patricio, duci scholarum, filio suo, præcepit ut omnes copias suas colligeret et ad imperatoriam urbem dirigeret iter. At ille ejus voluntati segnem se præbebat. Magisque res ut se haberet erga imperatorem Michaelem mani- B festabatur apud Cæsarem. Porro non ita multo ante, facto terræmotu omnium qui unquam fuerunt maxime horribili, ceciderat statua, quæ ad Sanctam Annam, cognomento Deuteron, in columna erecta fuerat: quod cum a Cæsare nuntiatum fuisset Leoni philosopho, clare ab hoc expositum fuit, eum qui a primo imperatore secundus esset morte casurum, Cæsarisque Bardæ successorem indice digito monstrari Basilium: quem ille ab eo tempore oculis haud æquis aspexit.

Eaque ut prædicta fuerant Cæsari consecuta sunt. Cum enim ad Cepos constitissent, imperator quidem functiones imperii peragebat, Cæsar autem C imperium magis magisque affectabat, nimiusque erat supra imperatorem cæterosque ministros ejus et domesticos. Quam rem graviter **106** ferentes struebant adversus eum consilium dolosum, ut interficeretur: sed sodalitium ejus cœtum timebant, ne ab hoc superarentur. Itaque certamen cursus equorum instituunt] cum Antigono, eumque longe ab imperatorio tentorio abducunt, Cæsaris etiam actores primarum partium una abstrahunt, ut occupatis istis Cæsarem custodibus destitutum aggrediantur alii et interficiant. Sabbatio autem, genero Cæsaris patricio et logotheta cursus, ingresso ad Cæsarem qui una cum imperatore erat, atque

VARIÆ LECTIONES.

[a] ἐλλίπουσα L. [b] ᾗ] ἡ L.

STEPH. BERGLERI NOTÆ.

(61) Vide supra p. 103, cum not. — *Παρὰ Θεοδώρας — ὡς ἔοικε τῆς στειλάσης*. Cont. p. 128, Sym. Log. p. 447. Iisdem fere cum Nostro verbis, sed imperfectius et vitiosius.

(62) Sym. Log. p. 447.

(63) Cont. p. 127.

(64) Const. Porph. p. 147.

(65) Involute et perturbate.

(66) Sym. Log. p. 447, Zon. p. 162.

(67) Cont. p. 122, Cedr. p. 552, Sym. Log. p. 447, ubi male interpres: *secundo ordine*.

(68) Scriptum ἐπωνυμ, o supra script.

(69) Cont. p. 122, Sym. Log. p. 447. Iisdem cum Nostro verbis, Cedr. p. 552.

(70) Quia δεύτερος secundus.

(71) Forte quia ille senex in throno sedisset, quod est βασιλέων, imperatorum. — *Δακτυλοδεικτ.* — D *συνωμαρτ. Καίσαρι*. Const. Porph. p. 145, ubi καὶ τῷ δακτύλῳ τοῦτον ὑποδεῖξαι τῷ Καίσαρι, etc. ἐξ οὗ καὶ ὑφωρᾶτο. Καὶ ἐνήδρευεν ὁ Καῖσαρ ἀεὶ τὸν Βασίλειον. Vid. Georg. Mon. p. 536, et Cedr. p. 664.

(72) Const. Porph. p. 147, Georg. Mon. p. 537 in fine. Cedr. p. 566.

(73) Const. Porph. p. 147, Cont. p. 127, et 128, Cedr. p. 555, Zon. p. 165.

(74) Nulla adest particula connectens, qualis esset οὖν.

(75) Const. Porph. p. 148, ubi Συμβάτιος. Cont. p. 127, ubi itidem Συμβάτιος. Varietas orta ex similitudine litteræ β cum μ in mss. Apud Georg. Mox etiam Συμβάτιος p. 537, et apud Cedr. p. 554, Συμβάτιος.

porlectis publicis relationibus recedente, ante autem se crucis signo signante, utpote duce insidiarum, ii qui in occulto loco tentorii insidiabantur cum gladiis eum adoriebantur, atque in conspectu imperatoris crudeliter trucidantes concidunt Cæsarem, mensis Aprilis die XXI, indictione XIV: cum quibus Chaldus quidam inveniebatur, cui Tziphinarites cognomen. Cæterum conjuratis magno impetu incumbentibus, atque imperatore perturbato involuntario impulsu, vigiliæ imperatoriæ drungarius Constantinus protegebat imperatorem, quo minus una occideretur, tanquam fidelis protector et ad vitæ periculum usque benevolentiam præ se ferens. Ac fortasse simul periisset, nisi idem ille faustis acclamationibus manibusque suis opem tulisset animumque addidisset imperatori **107** eumque ab homicidis eduxisset, virtute et benevolentia præditus. Porro homicidæ, cadavere in multa frusta dissecto, genitalia ejus conto suspensa ostentantes traducebant. Propter Cæsarem autem turba haud exigua concurrebat, bellumque inter eos ortum fuisset, nisi ab eodem Constantino omni vi fuisset repressum, per quem quædam mala prohibebantur. Sed pleraque perturbatius ferebantur quam Icarium mare Euro vehementi flante, nemoque de rebus adversus hostes gerendis cogitabat, sed separatim quisque sollicitus erat, alius de Cæsare, alius de magnanimo Basilio, alius de ipso imperatore, a quo Basilius magnopere diligebatur. Atque continuo in partes imperatoriæ urbis revertitur imperator.

A τιμῆς τε πατρικίων ἠξιωμένου καὶ τὰ τοῦ δρόμου διέπειν διειληχότος, εἰσιόντος τῷ βασιλεῖ συμπαρόντι [4] Καίσαρι τάς τε δημοσίους ἀνεγνωκότος ἀναφορὰς (76), ἀπιόντος δὲ κατὰ τὰ [5] πρόσθεν τύπῳ σταυρικῷ σχηματισαμένου (77) ἅτε καθηγουμένου τῆς συσκευῆς, οἱ ἐν παραβύστῳ σκηνῆς ἐνεδρεύοντες ξιφηφόροι ἐπῆεσαν, καὶ πρὸς ἐνώπιον βασιλέως ἀνηλεῶς ἀποκτέννοντες (78) κατακερματίζουσι Καίσαρα, μηνὶ Ἀπριλλίῳ κα' (79), ἰνδικτιῶνι (80) ιδ'· μεθ' ὧν Χάλδος τις παρεύρητο, ᾧ Τζιφιναρίτης ἐπώνυμον. Τῆς οὖν στασιώτιδος ἐπηρείας ἀθρόως ἐπισυστάσης τοῦ τε βασιλέως ἐνθροηθέντος (81) καὶ τῷ πτώματι ἀκουσίως ἐγχρημνισθέντος, ὁ ἐπὶ τῆς βασιλικῆς βίγλης ὑπερασπίζων ἦν βασιλεῖ Κωνσταντῖνος δρουγγάριος, τὸ μὴ συμπεφονεῦσθαι αὐτὸν, οἷα πιστὸς ὑπερασπιστὴς καὶ B μέχρι ψυχῆς τὸ εὔνουν ἐπιδεικνύμενος. Καὶ τάχα ἂν ἀμφότεροι διεφθάρησαν, εἰ μὴ αὐτὸς ἐκεῖνος εὐφημίαις ἐπιδημίοις (82) καὶ αὐταῖς παλάμαις ἐπήμυνε θαρσοποιήσας τὸν ἄνακτα καὶ τῶν μιαιφόνων ἐξήνεγκε, καλοκἀγαθίᾳ γνώμης καὶ εὐτολμίᾳ φραττόμενος. Ὡς οὖν οἱ μιαιφόνοι τὸ λείψανον πολλοῖς τμήμασι διενείμαντο, τὰ τούτου *αἰδοῖα* κοντῷ [6] διαρτήσαντες ἐθριάμβευον (83)· οὕτως γὰρ καὶ μετὰ θάνατον αἰκίζειν ἐξέμηναν [7] (84). Ὑπὲρ Καίσαρος δὲ οὐκ ὀλίγος ὄχλος ἐπέτρεχεν· καὶ προσεκεχωρήκει ἂν πόλεμος κατ' ἀλλήλων, εἰ μὴ παρὰ τοῦ αὐτοῦ Κωνσταντίνου πάσῃ δυνάμει ἀνέσταλτο. Δι' οὗ τινα τῶν κακῶν ἀνεκεχαίτιστο [8], τὰ πλείω δὲ ἐκυμαίνετο μεῖζον ἢ τὸ Ἰκάριον πέλαγος Εὔρου δεινοῦ ἐπιπνέοντος· οὐδείς τε τῶν κατὰ πολεμίων ἐπιχειρήC σεων ἢ καθ' ἑαυτὸν ἕκαστος ἔμφροντις ἦν, τοῦ μὲν ὑπὲρ βασιλέως γε νήφοντος, τοῦ δὲ ὑπὲρ Καίσαρος, ἑτέρου δὲ ὑπὲρ Βασιλείου τοῦ μεγαλόφρονος, διὰ τὸ πεφιλοστοργῆσθαι [9] λίαν παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος. Καὶ εὐθέως περὶ τὴν βασιλεύουσαν ἀναζεύγνυσιν (85).

Basilius autem genus ducebat a prisco Arsace Partho, qui sibi Assyriorum imperium acquisivit animi corporisque fortitudine, deinde et a Teridate rege ejusdem prosapiæ, quin et a Philippo et Alexandro præstantissimis principibus. Is in Macedonia natus parentibus haud obscuris nec ignobilibus, educatusque ab ipsis egregie, tanquam aliquis Achilles a Chirone centauro, exercebatur studiis factisque fortium virorum inclarescebatque

Ὑπῆρχε δὲ ὁ Βασίλειος ἐκ γένους μὲν πρεσβυτέρου (86) Πάρθου Ἀρσάκου αὐχῶν, τοῦ περιθεμένου τὴν Ἀσσυρίων ἀρχὴν ἑαυτῷ ἐκ ψυχικῆς καὶ σωματικῆς καρτερότητος, καθεξῆς δὲ καὶ Τηριδάτου τοῦ βασιλέως τῆς αὐτῆς σειρᾶς ἐξημμένου· ἀλλὰ μὴν καὶ Φιλίππου καὶ Ἀλεξάνδρου τῶν ἀρίστων ἡγεμόνων ἐξείχετο (87). Ὃς Μακεδόσης [10] (88) γῆς ἐκφυεὶς γεννητόρων ἦν κατὰ γενεὰν οὐκ ἀσήμων, τραφείς τε νεανικῶς (89), ὡς εἴ τις Ἀχιλλεὺς Χείρωνι τῷ κεν-

VARIÆ LECTIONES.

[4] σὺν παρόντι L. [5] τὰ om. L. [6] κόντω L. [7] potius ἐξεμεμήνεσαν vel ἐξεμάνησαν. [8] ἀνεχαίτιστο L. [9] πεφιλοστοργεῖσθαι L. [10] Μακέσσης γῆς.

STEPH. BERGLERI NOTÆ.

(76) Cont. p. 127, in fine Cedr. p. 555, Ἄρτι γὰρ ἐξῄει τὰς ἀναφορὰς ἀναγνούς.

(77) Cont. p. 127, in fine, ubi Τὸ σημεῖον ἐδίδου σταυρὸν εἰς τὸ πρόσωπον ἐγχαράττων αὐτοῦ, et Cedr. p. 555. Vid. Const. Porph. p. 148.

(78) Ita scriptum.

(79) Const. Porph. p. 148, Zon. p. 165. — I. e. εἰκάδι πρώτῃ, ut Contin. Theophanis p. 128.

(80) Ita scriptum [?] : requiritur ῳ, ut Bosius vidit.

(81) Ita scriptum. Mallem ἐκθροηθέντος. — *Καὶ τῷ πτώμ. — συμπεφον. αὐτόν.* Cont p. 128, Cedr. p. 556.

(82) Cont. p. 128, Cedr. p. 556.

(83) Contin. p. 128, Cedr. p. 556.

(84) Ita scriptum, sine dubio pro ἐξέμηναν, quamvis ἐκμαίνω sit μεταβατικόν.

(85) Zon. p. 165 in fine. Cont. p. 118 in fine. Const. Porph. p. 148, Georg. Mon. p. 538, Cedr. p. 556, et 566.

(86) Hæc in gratiam Constantini Porphyrogenneti videtur comminisci. Const. Porph. in Bas. Mac. p. 133. Negat. Zon. p. 163.

(87) Cont. p. 135.

(88) Ita omnino scriptum, non Μακεδόνων, ut apud Const. Porph. in Basilio Mac. ubi, ὡρμᾶτο μὲν ἐκ τῆς Μακεδόνων γῆς, p. 133.

(89) Hanc similitudinem videtur tacite reprehen-

A ταύρῳ, παρ' αὐτῶν τοῖς ἀνδρικοῖς ἐγεγύμναστο φρονήμασί [11] (90) τε καὶ πράγμασιν, καὶ πᾶσι μὲν κατ' ἄμφω ἐξάκουστος διετέλει καὶ φίλιος (91). Καὶ δὴ παραδόξως διὰ τῶν Χρυσέων πυλῶν εἰσῄει τῇ βασιλευούσῃ τῶν πόλεων (92), κατὰ μονήν γε τὴν ἔναγχος προσαναπαυσόμενος, ἥτις νῦν μὲν ἱερὸν Διομήδους τοῦ μάρτυρος (93), Ἡλίου [12] δὲ τὸ πρὶν κεχρημάτικεν. Εἰσῄει δὲ τὴν τεκοῦσαν ἐκβιασάμενος· καὶ δὴ ἂν ἐκεκράτητο παρ' αὐτῆς, εἰ μὴ τὸ θεαθὲν αὐτῇ ὄναρ τινὸς ἔτυχεν ἐπικρίσεως παρὰ τῶν ἐν τούτοις ἐσπουδακότων (94). Ἑωράκει γὰρ φυτὸν μέγιστον ἐκφυῆναι, καθώς ποτε ἡ Ἀνδάμη (95), καὶ ἄνθεσιν ἐγκομᾷν κατὰ τὸν οἶκον αὐτῆς, χρυσῷ τε τὸ γῆθεν μέγα στέλεχος καὶ τὰ πρέμνα διηρέφθαι καὶ φύλλα, καὶ ἐντεῦθεν ἀπομεμαντεῦσθαι (96) σὺν ὅρκῳ ταύτῃ τῷ [13] ἐξ αὐτῆς τὴν τῆς B βασιλείας ἐπίτευξιν καὶ ταύτης μεγαλειότητα καὶ τὴν ἐπὶ μῆκος διάτασιν συγγένοις τε καὶ ἀπογόνοις ἐκβήσεσθαι (97), καὶ αὐτάρκη πλοῦτον τῇ κατ' αὐτὸν [14] χώρᾳ μεθήσειν ἐξ ἧς ἐγεγέννητο· σὺν τούτοις καὶ προεισηγηθῆναι αὐτῇ παρά τινος ῥῆσιν εὐάγγελον, ὡς τοῦ παιδὸς κατὰ παιγνίαν τῶν ὁμηλίκων ἔν τινι λίμνῃ ἀετὸν ἐπιπτῆσαι τῇ κεφαλῇ (98), σκέπειν τε ταύτην πτερύσσοντα· καί ποτε γηραιὸν ἄνδρα, οὗ διὰ στόματος πῦρ ἐξαπέπνει, τὸν Ἡλιοῦ τε ἑαυτὸν ταύτῃ παραδηλοῦντα (99), τὴν βασιλείαν προσήκασθαι τὸ τεκνίον ἐμήνυεν [15] (1).

apud omnes et diligebatur. Mirabilis etiam fuit introitus **108** ejus in imperatoriam urbem per Aureas portas, ubi in propinquo apud monasterium requievit, quod nunc quidem Diomedi martyri consecratum, Heliæ olim fuit. Venit autem in urbem, matre invita: et sane ab ea retentus fuisset, nisi somnum ab ea visum interpretatione quadam expositum fuisset ab earum studiosis et gnaris. Viderat enim germen maximum enatum, ut olim Andame, idque floribus comare in domo sua, auroque stipitem magnum, qui e terra exsurgebat, et ramos etiam ac folia tegi. Unde jurejurando prædictum imperium ejus filio, cujus longam durationem in cognatos et posteros futuram, multasque ipsum opes ei regioni missurum ex qua natus fuisset. Ad hæc, faustus nuntius aliquando mulieri venerat, puero ludente in palude cum æqualibus, aquilam super ejus caput advolasse, alisque expansis id contexisse. Atque aliquando senem virum, cujus per os ignis spiraret, quique se Heliam esse diceret, puerum imperio potiturum, sibi indicasse professa est.

Σχολάζοντος δὲ τοῦ Βασιλείου κατὰ τὴν εἰρημένην μονήν, τινὶ μοναχῷ, ἢ ὥς ἔνιοι, αὐτῷ τῷ ταύτης καθηγουμένῳ, καθ' ὕπνον ὁ μάρτυς ἐπιφανεὶς ἐξιέναι κελεύει περὶ πυλῶνα καὶ τὸν ἐκεῖσε προσμεμενηκότα εἰσαγαγεῖν (2), βασιλέα ἐσόμενον, ὃν περιποιή- C σασθαι δέον ἐπί τε σκέπῃ καὶ τοῖς ἐνδύμασιν, οἷα τήνδε μονὴν ἀνοικοδομῇ [16] (3) συστησόμενον. Τῷ δὲ ἐξιόντι καὶ τὸν νεανίαν τεθεαμένῳ κατεσκληκότα ῥυπῶντά τε καὶ ἀπρονόητον ἐξ ἐνδεοῦς περιστάσεως, ὑφεωρᾶτό [17] τι κατὰ φαντασίαν εἴδωλον ἐμπαρεῖναι, οὐ τῆς κομιδῆς κατημέλησεν. Διὰ τοῦτο αὖθις ὁ μάρτυς τῷ αὐτῷ διωρᾶτο κατεμβριμώμενος ἐξιέναι καὶ τὸν βασιλέα Βασίλειον πάντως εἰσενεγκεῖν (4) καὶ κηδεμονίας δεούσης καταξιῶσαι. Τοῦ δὲ νεανίου κατὰ τὴν λεχθεῖσαν κλῆσιν ἀποκριναμένου (5) καὶ

Commorante autem Basilio apud prædictum monasterium, cuidam monacho, aut, ut aliqui, ipsi præfecto monasterii, per somnum martyr ille apparens exire eum jubet ad portam et illum qui ibi exspectaret introducere, **109** ut qui imperator esset futurus, eumque fovere tecto et indumentis, ut qui illud monasterium esset instauraturus. Qui egressus adolescentemque conspicatus emaciatum et sordidatum atque incultum propter inopem statum, spectrum imaginatus phantasiæ suæ oblatum introducere et curare neglexit. Quare rursus martyr ei apparuit, increpans, exiret atque imperatorem Basilium omnino intro vocaret curamque ejus haberet. Cumque adolescens ad pronuntiatum nomen respondisset, introitus perficiebatur: cujus rei

VARIÆ LECTIONES.

[11] φρονίμασί L. [12] Ἡλιοῦ V. [13] τῷ B, τὸ L. [14] κατ' αὐτῶν L. [15] an μηνῦσαι? [16] ἀνοικοδομεῖ L. [17] ὑφορᾶτό L.

STEPH. BERGLERI NOTÆ.

dere Const. Porph. in Bas. Mac. p. 137, ubi τρεφόμενος τοίνυν ὁ παῖς παρὰ τῷ πατρὶ — οὔτε μιξανθρώπου Χείρωνος ἐδεήθη ὡς Ἀχιλλεύς, οὔτε, etc. ut semihominis educatoris mentio eum offenderit.

(90) Cedr. p. 450.

(91) Jamdudum dissolute loquitur et incondite.

(92) Abrupte, sine transitione, sine apta connexione, nec præparato lectore. — Const. Porph. in Bas. Mac. p. 139, Sym. Log. p. 434, Georg. Mon. p. 531, Cedr. p. 560, Zon. p. 163.

(93) Georg. Mon. p. 531, Log. p. 164, Sym. Log. p. 434, Const. Porph. in Bas. Mac. p. 139, Cedr. p. 560. — Sym. Log. p. 434, ubi ὃς πρὶν Ἡλιοῦ ναὸς κεχρημάτικεν.

(94) Const. Porph. in Bas. Mac. p. 139, Cedr. p. 561.

(95) Varie scribitur hoc nomen apud veteres, apud Herodotum Μανδάνη.

(96) Infinitivus requirit aliquod verbum, aut ὡς pro καί. Loquitur et alibi ita imperfecte.

D (97) Loquitur horride.

(98) Alia occasione Cont. Porph. in Bas. Mac. p. 136, et p. seq. Cedr. p. 556. Zon. p. 163.

(99) Const. Porph. in Bas. Mac. p. 139.

(1) Loquitur profligatissime.

(2) Const. Porph. in Bas. Mac. p. 140. Sym. Log. p. 434. Georg. Mon. p. 531. Cedr. p. 560. Zon. p. 164.

(3) Ita scriptum; f. ἀνοικοδομεῖν. Apud Const. Porph. p. 140. et apud Cedr. p. 560, ita: Αὐτὸν μέλλειν εἰς ἀνοικοδομὴν καὶ αὔξησιν τῆς παρούσης γενέσθαι μονῆς. Unde apud Nostrum melius: Οἷα τῆσδε μονῆς εἰς ἀνοικοδομὴν συστησόμενον, aut omisso εἰς. — Scriptum συστησόμ. ε supra script. — B. τὸ νεανίας, et vide quot fuerit annorum. Bosius. Fuit XXV.

(4) Εἰσκαλεῖν potius legendum propter sequens ἀποκριναμένου.

(5) Omittit dicere quod vocatus fuit, et tamen respondisse dicit.

occupato imperio memor esse voluit et a se mercedem exigi. Quod et observavit: nam postquam purpuram induisset, multa et splendida donaria venerabili martyri obtulit, præterea monasterium possessionibus multis ornavit et ædificando instauravit.

Tunc autem per præfectum monachorum applicavit se ad quemdam de familia imperatoria magnatem, qui amicitiæ gratia in monasterium venerat, et cui id curæ erat ut juvenum statura conspicuorum sibi cœtum compararet, cum jam invenisset alios etiam tales, sed minores (nam multo majore statura quam isti Basilius præditus erat), et gloriabatur istis jactabundus. Theophiliscus is audiebat: contra quem ab imperatore certamen motum speciosorum et fortium juvenum. At mittitur a Cæsare **110** ad eum Antigonus, hujus charissimus, convivio excipiendus, cumque eo sæpius commemoratus Constantinus. Cum autem satiati fuissent epulis, etiam lætitia et ludus excitatur, accersitis ex iis qui domi commorabantur qui ad luctandum essent idonei, atque mox certamen instituitur. Atque omnes palæstrici et luctatores imperatoris et Cæsaris vincunt reliquos, præter Basilium qui in luctatione non aderat. Quare et hic vocatur et ad luctandum cum potiore ex illis adducitur. Erga hunc amice propter affinitatem affectus Constantinus jubet pavimentum palea conspergi, ne forte laberetur Basilius. Convenerunt igitur, convenerunt ad luctandum ambo. Tum alter sublimem tollere conatur Basilium, sed non ferens Basilii contrarium nisum, in sublime ab isto tollitur prævalide et circumrotatur celerrimo motu, atque amplexu illo qui κατὰ πόδρεζαν dicitur vernaculo sermone, in terram dejicitur, passus casum incelabilem, ita ut ea res præsentibus omnibus delectationi esset. Et quamvis diu multumque aquis conspergeretur, vix sese recollegit. Cum igitur Antigonus cum iis qui apud ipsum erant abiiset ad Cæsarem, narrat ei de eis quæ facta essent. A quo et imperator de iis certior factus, accersit eum cum aliis duobus æqualibus: quos ut vidit, probavit speciem,

A πρὸς [18] αὐτὴν τὰ τῆς εἰσόδου διήνυστο (6), δι' ἧς ἐν τῇ καταλήψει τῆς βασιλείας ἐπιμνησθῆναι ταύτης εἰσπράττεσθαι (7). Ὃ καὶ παρεφυλάξατο· μετὰ γὰρ τὴν τῆς ἁλουργίδος ἀμφίασιν πολλά τε καὶ πάνυ λαμπρὰ ἀναθήματα τῷ σεβαστῷ μάρτυρι προσενήνοχεν, ἔτι μὴν τὴν μονὴν καὶ κτήμασιν ἱκανοῖς κατελάμπρυνε καὶ οἰκοδομίαις ἐνεοποίησεν.

Τότε δέ τινι (8) προσκεκόλληται τῶν πρὸς γένους βασιλικοῦ μεγιστάνων διὰ τοῦ προστατοῦντος τῶν μοναχῶν, φιλίως κατὰ τὴν αὐτὴν μονὴν προσφοιτῶντι, ᾧ τῆς ἐπάνδρου καὶ νεανικῆς συλλογῆς ἐπεφρόντιστο (9), προσευρηκότι καὶ ἄλλους τοὺς καθ' ἡλικίαν αὐτῷ, ἀλλ' ἐλάττονας (πολὺ γὰρ τὸ μεῖζον ἐν τούτοις Βασίλειος ἐπεκέκτητο), καὶ τούτοις ἐμεγαλαύχει σοβαρευόμενος. Θεοφιλίσκος (10) οὗτος ἐξ-
B ήκουστο· πρὸς ὃν παρὰ βασιλέως ἀνθαμίλλησις ἐκεκίνητο εὐθεάτων καὶ ἀνδρείων νεανιῶν ἕνεκα (11). Καὶ παρὰ μὲν Καίσαρος Ἀντίγονος (12) ὁ τούτου φίλτατος ἐκπέμπεται πρὸς αὐτὸν δεξιωθησόμενος, σὺν αὐτῷ δὲ καὶ ὁ ἐπὶ συχνῷ ῥηθεὶς Κωνσταντῖνος (13). Ἐμπεφορημένῳ [19] δὲ τῆς εὐωχίας αὐτῷ (14) καὶ τὰ πρὸς χαρμοσύνην διεγείρεται φιλοπαίγμονα, προσκαλεσαμένῳ (15) τῶν οἴκοι διατριβόντων τοὺς εἰς πάλην ἐπιτηδείους, καὶ δὴ κατ' αὐτὴν ἀγὼν διανίσταται. Καὶ δὴ πάντες παλαιστρικοὶ βασιλέως καὶ Καίσαρος ἡττῶσι τοὺς ἄλλους, ἄνευθε Βασιλείου μὴ τῇ παλαίστρᾳ παρόντος. Προσκέκληται διὸ καὶ αὐτὸς [20] καὶ πρὸς μονομαχίαν τοῦ κρείττονος (16) ἄγεται· καθ' ὃν τὰ πρὸς φιλίαν ἐξ ἀγχιστείας ὁ Κωνσταντῖνος καλῶς διακείμενος προστάττει τὸ ἔδαφος
C ἀχύρῳ περιραντίζεσθαι, ἵνα μή πως διολισθαίνοι Βασίλειος. Συνῆλθον οὖν, συνῆλθον κατὰ παλαίστραν ἀμφότεροι· ὧν ὁ μὲν μετεωρίζειν πειρᾶται Βασίλειον, ὁ δὲ μὴ ἐνεγκὼν τὴν Βασιλείου ἀντίβασιν μετεωρίζεται παραυτὰ [21] γενναιότατα καὶ περιστρέφεται ταχίστῳ κινήματι, καὶ τῇ κατὰ πόδρεζαν (17) προσπλοκῇ, ὡς ὁ ἐγχώριος λόγος, πρὸς γῆν καταφέρεται, ὑποστὰς πτῶσιν ἀλάθητον, ὡς καὶ παραψυχὴν τοῖς πᾶσιν εἶναι λογίζεσθαι, εἰ καὶ μετὰ πολὺν χρόνον ὕδασι πολλοῖς καταραντισθεὶς μόλις ἀνέσφηλεν. Ὡς οὖν ὁ Ἀντίγονος μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ ἐπανῆκε πρὸς Καίσαρα, φησὶ περὶ τῶν δεδραμένων αὐτῷ· δι' οὗ καὶ ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ τούτων ἐγεγόνει κατήκοος, καὶ ἀναχαλεῖται τοῦτον σὺν ἑτέροις ἥλιξι

VARIÆ LECTIONES.

[18] καὶ πρὸς τὴν μονήν? sed etiam quæ sequuntur perturbata sunt et vix integra. [19] ἐνπεφορημένων (ν finali punctis notato) δὲ τῆς εὐνουνίας αὐτῷ L. [20] καὶ αὐτοὺς L. [21] παρ' αὐτοῦ B.

STEPH. BERGLERI NOTÆ.

(6) Const. Porph. p. 140. Cedr. p. 560.

(7) Ita hæc scripta. Loquitur horride, imperfecte.

(8) Const. Porph. p. 142.

(9) Const. Porph. p. 141.

(10) Theophilus iste alia forma diminutiva et Θεοφιλίδιον et Θεοφιλίτζης barbare dicebatur. Const. Porph. p. 140. Sym. Log. p. 543. Georg. Mon. p. 532. Cedr. p. 561. Zon. p. 164.

(11) Hæc obscure narrat. Sed vid. Const. p. 145. Cedr. p. 561.

(12) Filius erat Cæsaris. Cedr. p. 563. Const. Porph. p. 143.

(13) Scriptum Κωνσταν, τ supra script. Vide Const. Porph. p. 143.

D (14) Forte εὐωχίας scripserat auctor, et ita omnino legendum. Voce εὐωχίας utitur Cedr. in hac re, p. 563, ubi ἀκμαζούσης τῆς εὐωχίας. — Αὐτῷ. Ita scriptum. Potius αὐτῶν.

(15) Ita scriptum, nisi quod iota non subscr., ut solet hic librarius.

(16) Bulgarus quidam fuit. — *Καθ' ὃν — μετε. p. πειρᾶται Βασίλειον*. Constant. Porph. p. 143, in fine, et p. seq. init. Cedr. p. 563.

(17) Hinc emendandus forte Const. Porph. p. 144, ubi οὕτω ῥᾳδίως αὐτὸν ἐπάνω τραπέζης μετεωρίσας ἀπέρριψεν. Ita tamen et Cedr. p. 563, quasi sublatum in mensam abjecisset, quod non videtur verisimile.

δύο. Ὡς δὲ τούτους τεθέατο, ἠγάσθη τῆς ὄψεως, ἐπῄνεσε τὴν ἡλικιῶτιν, καὶ τῶν δύο πολλῷ πλέον ἐτεθαμβήκει Βασίλειον, καὶ διαφόροις βαθμοῖς καταλέγει καὶ πρὸς μείζονας εὐποιίας ἀῤῥαβωνίζεται (18). Οὓς γὰρ ὁ Θεὸς εἰς βασιλέας (19) διέγνωκε, τούτους προώρισε καὶ τὰ πρὸς αὐτὴν πάντως προδιατίθησι σύμβολα. Οὓς ἡ βασίλισσα Θεοδώρα θεασαμένη τῶν μὲν δύο ἐμεμελήκει κατὰ μηδὲν, τοῦ δὲ ἑνὸς ἐν φροντίδι ὅλως καθίστατο, ἀπὸ βάθους ψυχῆς κεκραγυῖα, ὡς « Εἴθε, ὦ τέκνον, τοῦτον σήμερον μὴ ἑωράκειν, ἄνδρα τοιοῦτον τῆς ἡμετέρας βασιλείας ὑπερτερήσοντα, καθὼς ὁ ἐμὸς ἐν λήξει μακάρων ἀνὴρ περιὼν ἀπεφοίβασεν (20). » Πρωτοστάτην οὖν αὐτοῦ τῶν ἱπποκόμων καθίστησι τὸν Βασίλειον (21), καὶ ἵππον αὐτῷ δυσήνιον ἐπιδίδωσι διοχήσασθαι (22), ὃν ἐπεφιλήκει τὰ μάλιστα (23). Οὗτος αὐτοῦ ἐφαλλόμενος ὡς εἴ τις ἄλλου Βουκεφάλου Ἀλέξανδρος, ὡς Βελλεροφόντης Πηγάσῳ (24) γενναίως ἱππάζεται, θάμβος λιπὼν (25) ἁπάσαις ἐν ὄψεσιν εὐκατάπληκτον. Ἐντεῦθεν καὶ κρεῖττον αὐτῷ τῆς δεσποτικῆς ἀγάπης τὰ πρακτέα διηύξητο, ὡς καὶ τῇ τῶν πατρικίων εὐκλείᾳ συντόμως προσεμπελάσαι, γαμετῇ τε συναρμοσθῆναι [22] κοσμιωτάτῃ τῶν εὐγενίδων ἐξ Ἴγγερος (26), υἱόν [23] τε θετὸν ἐπὶ πᾶσι βασιλέως ὀνομασθῆναι, εἶτα μάγιστρον [24], καὶ παρὰ τῷ κοιτῶνι τῶν προσυπνούντων (27) φυλάκων προτιμηθῆναι κατά τινας (28), καὶ μετὰ βραχὺ τὴν βασίλειον εὐδοξίαν κληρώσασθαι.

111 laudavit staturam, sed præ duobus illis multo magis admirabatur Basilium, et variis dignitatum gradibus evehit, atque ad majora beneficia sese offert. Quos enim Deus præscivit imperatores futuros, hos et prædestinavit omniaque ad eam rem prædisponit. Hos imperatrix Theodora conspicata, duos quidem illos neglexit, unius autem illius causa plane in sollicitudinem data est, ab imo pectore exclamans: « Utinam, o fili, hunc hodie non vidissem, talem virum nostro imperio superiorem futurum, quemadmodum meus beatæ memoriæ maritus adhuc superstes vaticinatus est. » Hinc equisonibus præficit Basilium, atque equum ei tradit effrenem domandum, quem valde amabat. Iste ei insiliens tanquam aliquis Alexander alteri Bucephalo, tanquam Bellerophontes Pegaso egregie equitat. Res admiranda et obstupescenda in oculis omnium visa est. Majoraque incrementa capiebat amor domini erga ipsum, ita ut ad patriciorum dignitatem celeriter accederet, uxorique jungeretur venustissimæ ex nobilibus, Ingere prognatæ, ac post hæc omnia filius adoptivus imperatoris nominaretur, deinde magister atque inter cubiculi custodes præcipuus fieret secundum aliquos, ac paulo post imperatoriam gloriam adipisceretur

Ὡς (29) οὖν (30) περί τινα χρόνον παρῆν ὁ ἄναξ τοῖς περὶ τὸν καλλίνικον Μάμαντα μάρτυρα (31) βασιλείοις, ἐπεφύη τούτῳ σκοπὸς κἂν γελοῖος [25], ὃν τῶν πρὸς (32) αὐτὸν οὐ πᾶσιν ἐγνώρισεν. Ἐγκελεύεται δυσὶ τῶν οἰκείων, οἷς τὰ κατὰ ψυχὴν ἐπεθάῤῥει περὶ τοῦ προκειμένου γε δράματος, καὶ κατὰ τὴν βασιλίδα πόλιν περιχωρεῖ, πρὸς ἕω τε τὴν ῥητὴν ἑορτῆς διαγελῶσαν (33) Πεντηκοστὴν ἡμέραν τινὶ κοιτώνων ἐγκλείσας Βασίλειον τοῖς σὺν αὐτῷ προστάττει ἐν νεύματι ἀπογυμνοῦν τοῦτον τὼ χεῖρέ τε διατεῖναι. Τούτου δὲ γινομένου κατὰ τὸ προσταχθὲν, ὁ Βασίλειος καταπλήττεται, ἀλλ' ὅμως νεανικὸς ὢν

[Cum igitur aliquo tempore imperator esset in illa quæ est apud Mamantem, egregium martyrio victorem, regia, subnatum ei fuit consilium, **112** etsi ridiculum, quod non omnibus qui circa ipsum erant indicavit. Mandat duobus familiaribus, in quorum animositate fiduciam habebat de proposito negotio, et per imperatoriam urbem proficiscitur, maneque certo die Pentecostes illucescente cum cuidam cubiculo inclusisset Basilium, iis qui cum ipso erant innuit ut eum nudarent manusque extenderent. Quod cum fieret prout præceptum erat, Basilius consternatus est, sed tamen, quod esset fortis, sese

VARIÆ LECTIONES.

[22] κοσμιοτάτη L. [23] τε] γε L. [24] μαγίστρος L. [25] γελοίως L.

STEPH. BERGLERI NOTÆ.

(18) Const. Porph. p. 144, in fine.

(19) Videtur βασιλείαν legendum propter sequens αὐτήν. Sed potest utcunque, mutatione facta ἀπὸ κοινοῦ, βασιλείαν ad αὐτήν a βασιλέας.

(20) Const. Porph. p. 146 Sym. Log. p. 434. Georg. Mon. p. 532 Cedr. p. 564, 565.

(21) Const. Porph. p. 145, ubi εἰς τὴν τοῦ Πρωτοστράτωρος ἀξίαν ἐβίβασεν. Unde Noster forte emendandus. Sym. Log. p. 436. Cedr. p. 564. Zon. p. 164. — *Igitur*. Sine judicio ponit particulam hanc, ut alias, ignorans usum.

(22) Zon. p. 164.

(23) Tale quid Const. Porph. p. 144. Cedr. p. 593. Zon. p. 164.

(24) Ita scriptum in dativo, prius in genitivo

(25) Ita scriptum. Potest et λοιπόν, ut ante hoc ponatur punctum.

(26) Cedr. p. 565, ubi αὕτη δὲ θυγάτηρ — Ἴγγερος. Zon. p. 165 in fine, καὶ ζεύγνυσι τῷ Βασιλείῳ Εὐδοκίαν τὴν θυγατέρα τοῦ Ἴγκηρος. Const. Porph. p. 147, θυγάτηρ — Ἴγγερος. — Const. Porph. p. 148 et p. 149. Const. Theoph. Porph. p. 128 in fine.

(27) Cont. p. 124 in fine.

(28) Const. Porph. p. 149. Zon. p. 166.

(29) Hæc intempestive inserta sine præparatione lectoris, cum sint abhorrentia a re præsenti. Est autem narratio monstrosa, sine mente, nec sani aut sobrii hominis. — Hæc tam aliena et inopinata hic intrusa, signis [ ] inclusi saltem in versione. Quibus junctim lectis existimabitur Michael Basilium præ nimio amore verberibus sævissimis affecisse: quod ut facere rabiosi et insanientis est, ita et ad hunc modum narrare quo Noster narrat.

(30) Abusive ponit hanc particulam, ut paulo ante. Et ferme ignorat verum usum particularum.

(31) Scriptum καλλίνιζ μάμαν (τ supra script.) μαρ (τ supra script.)

(32) Ita scriptum, non περί.

(33) Mox dicet festo Pentecostes collegam creatum Basilium a Michaele.

recolligit, suusque fit et imperatoris (34), atque ab eo cæditur duplici flagello triginta verberibus, ut memoriæ mandatum haberet illius erga ipsum benevolum affectum. Atque maximum templum ingressus mane ipso coronatum imperatorem populo ostendit d. XXVI mensis Maii, indictione XIV, et secundario imperio convenientia ei tradit. Cui etiam multum amorem exhibens, et paria, insuper et ad eminentiam, præbet.]

A τῆς ἐκπλήξεως ἀνακτᾶται, ἑαυτοῦ τε καὶ τοῦ βασιλέως καθίσταται, καὶ μαστίζεται παρ' αὐτοῦ διπλοῖς ἐν φραγελλίοις λ', μνήμην ἔχειν (35) τοῦτον ἀνάγραπτον τῆς πρὸς αὐτὸν φιλοστόργου προθέσεως. Καὶ τῷ μεγίστῳ (36) ναῷ ἐπελθὼν πρωΐας αὐτῆς στεφηφόρον ἄνακτα λαοῖς ἀναδείκνυσι, μηνὶ Μαΐῳ κϛ' (37), ἰνδικτιῶνι ιδ', καὶ τῆς κατὰ δευτερείαν [26] αὐτῷ βασιλείας τὰ πρόσφορα δίδωσιν. Ὧ καὶ πολὺ φίλτρον ἐπιδιδούς, καὶ τὰ ἴσα, πρὸς δὲ καὶ τὰ καθ' ὑπεροχὴν ἐμπαρέχεται.

Tam prolixa erat voluntas explendi illius animum. Invidia proinde magna multorum se præbet, qui et dissolutionem eorum concordiæ et amoris moliuntur, omnibus modis discordiam inter illos machinantes, ut pacificam domum domini clauderent inimicitiis, modo verbis dolosis, modo scriptis inficientes illorum animos, male animati. Persuadent enim per hæc fore ut Michael a Basilio interficiatur, idemque iste a Michaele **113** patiatur ex inconstantia animi, temulentum vocantes ac vecordem. Atque ut aliqui aiunt, voluit Michael omnino interficere Basilium : præcipue ad venationem cum ipso egressum hasta conjecta petere cuidam mandaverat. Ut autem alii, non ita ; sed benevole erga eum affectum fuisse, etsi a quibusdam turbaretur. Unde ii qui Basilio favebant ad necem imperatoris eum incitabant : cum autem non possent impellere, a benevolentia erga illum nullo modo aversum, aut etiam ab homicidio abhorrentem, ipsi suis manibus perpetrant cædem, ne uno cum illo perirent.

Τοσοῦτον τὰ τῆς πληροφορίας ὁλικῶς διεξήπλωτο, καὶ φθόνος ἐκ τούτου δαψιλὴς παρὰ πολλῶν ἐξεκέχυτο, οἳ καὶ τὰ πρὸς διάλυσιν τῆς αὐτῶν ὁμονοούσης ἀγάπης ἐντεχνιτεύουσι, τρόπῳ παντὶ τὰ κατ' αὐτῶν ἀλλήλων ἐκμηχανώμενοι, εἰρηναῖον οἶκον Κυρίου B κλεῖσαι τῇ ἔριδι, ποτὲ μὲν λογίοις (38) δολίοις, ποτὲ δὲ γραφαῖς δολοῦντες τὰς αὐτῶν φρένας κακόφρονες. Συμπείθουσι γὰρ ἐκ τούτων βιαίως τὸν Μιχαὴλ παρὰ Βασιλείου ἀναίρεσιν πείσεσθαι, ταυτὸ δὲ [27] τοῦτο αὐτὸν ὑποστήσεσθαι παρὰ Μιχαὴλ ἐξ ἀστάτου φρονήματος, οἰνοφλυγίαν (39) καλοῦντες καὶ ματαιόφρονα. Καὶ καθώς φασί τινες, βουλὴν ἔσχεν ὁ Μιχαὴλ ἀναγκαίως ἀναιρήσειν Βασίλειον· μάλιστα δὲ κατὰ κυνηγέσιον σὺν αὐτῷ ἐξελθόντα ἐπαφεῖναι λόγχην τινὶ διετάξατο (40). Ὡς δ' ἕτεροι, οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τὰ πρὸς αὐτὸν εὐνοϊκῶς διακεῖσθαι, κἂν παρά τινων ἐσεσάλευτο. Ὅθεν οἱ τὰ συνοίσοντα φρονοῦντες τῷ Βασιλείῳ πρὸς φόνον ἐκίνουν τοῦ αὐτοκράτορος· ὡς δ' οὐκ ἔπειθον τῆς πρὸς αὐτὸν εὐνοίας μηδ' ὅλως ἐκτετραμμένον ἢ καὶ πρὸς μιαιφονίαν ἰλιγγιῶντα, αὐτόχειρες γίνονται τῆς σφαγῆς [28] (41), ἵνα μὴ σὺν αὐτῷ διαπόλοιντο.

Itaque ab homicidio propriam utilitatem captans, et cum sciret imperium sibi divinitus, neque ut antea, datum, grates Deo persolvens, inaugurat templum principum incorporeæ militiæ a se ædificatum, magnitudine et pulchritudine et magnificentia valde speciosum et admirandum. Quo perfecto voluntate et pietate imperatoris, in eoque sacris rite peractis, spirituali lætitia confluente, ibidem imperatoriam coronam a manibus summi sacerdotis accipit, aliud principium sibi constituens imperii, quod auxilio archangelorum adeptus esset.

C Τοῦ δὲ (42) μιαιφονήματος τῆς οἰκείας εὐχρηστίας ἀντεχόμενος [29], καὶ τὴν βασιλείαν ὡς ἤδει [30] θεόθεν δοθεῖσαν αὐτῷ, καὶ οὐχ ὡς τὸ πρότερον, τὰς πρὸς Θεὸν εὐχαριστίας ἀποδιδοὺς προσεγκαινίζει τῶν Ἀρχιστρατήγων τῶν ἀΰλων ταγμάτων ναὸν καινουργήσας (43), μεγέθει τε καὶ κάλλει καὶ πολυτελείᾳ τῶν συντεθέντων λίαν ὡραῖον καὶ ἀξιάγαστον· οὗ τελεσιουργηθέντος σὺν πόθῳ καὶ πίστει τοῦ αὐτοκράτορος, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ ἱερῶς ἀφορισθέντων συντελεσμάτων, πνευματικῆς τε θυμηδίας συναθροισθείσης, ἐν ταύτῃ τὸ αὐτοκρατορικὸν στέμμα χειρῶν

VARIÆ LECTIONES.

[26] δευτερίαν L. [27] δὲ] δὴ L. [28] διαπώλυντο L. [29] ἀντεχομένους L. [30] ἤδη L.

STEPH. BERGLERI NOTÆ.

(34) *Suusque fit et imperatoris.* Hæc mire dicuntur : sed fideliter exprimo, ut alias, nisi quod sæpe multa mollire cogor, et dextre accipere ac reddere quod ille sinistre dat. Hic autem sensus erit, Basilium, recepto animo, sese accommodasse imperatori et tergum præbuisse.

(35) Ita scripta, ut aliquid exciderit aut truncata male exscripserit ipse auctor. Sed si legatur ἔχει, excusabitur utcunque. Sed puto potius aliquid deesse, ut φοβηθεὶς δέ, aut simile.

(36) Const. Porph. p. 149. Cont. Theoph. p. 129. Zon. p. 166. Cedr. p. 566.

(37) I. e. εἰκάδι ἕκτῃ.

(38) Λόγια sunt oracula : sed ad γραφαῖς ex opposito requiritur potius λόγοις. Si λογίοις retineatur, γραφαῖς erit Scripturis, scilicet dictis S. D Scripturæ.

(39) Ita scriptum, non οἰνόφλυγα.

(40) Cont. p. 130. Const. Porph. p. 155. Sym. Log. p. 451.

(41) Cont. p. 130. Const. Porph. Cedr. p. 567.

(42) Ita scriptum. requiritur τοῦδε una voce. -- *Ἀντεχομένους*. Ita scriptum. Requiritur ἀντεχόμενοι. Occasio errandi videtur, quia librarius novum folium inchoavit, ut hinc oblitus fuerit quem casum antecedentia requirant, intercedente mora dum membrana expeditur.

(43) Const. Porph. p. 190, sed cum jamdudum imperator fuisset. Forte de eodem Sym. *Log.* p. 455. Sed Ignatium ædificasse dicit, uti et Georg. Mon. p. 545. Zon. p. 172, Michaeli, quia ejusdem nominis imperatorem occiderat.

ἀρχιερέων ἐκδέχεται (44), ἄλλην ἀρχὴν καθιστῶν ἑαυτῷ βασιλείας ἣν συμμαχίᾳ τῶν ἀρχαγγέλων κεκλήρωτο, υἱέσι τε τρισὶν ἑαυτοῦ (45), Κωνσταντίνῳ Λέοντι καὶ Ἀλεξάνδρῳ, τὴν ὁμοίαν στεφοδοξίαν μετὰ καὶ τῆς βασιλικῆς ἐντίθησιν, τὸν δὲ Στέφανον ἱερώσας τῷ πατριαρχικῷ θρόνῳ πρὸς τὸ μέλλον ἀφώρισεν. Καὶ περὶ μὲν τὸν πρῶτον μετά τινα χρόνον διηλλαχότα τὸν βίον δυστυχεῖ παρ' ἐλπίδα (46)· τούτῳ γὰρ μᾶλλον προσετετήκει τῶν ἄλλων θαῤῥῶν κατὰ τὴν τῆς βασιλείας διαδοχὴν, κἂν τοῦ ἐφετοῦ οὐκ εὐστόχησεν. Λέοντι γὰρ τῷ περιωνύμῳ καὶ πανευκλεεῖ βασιλεῖ τὸ τῆς βασιλείας συνετετήρητο μόνιμον, τῷ μετ' αὐτὸν [31] ὁμαίμονι Ἀλεξάνδρῳ διαδόχῳ γενησομένῳ κατὰ πατρικὴν θεσμοθέτησιν. Φθείρουσι δὲ κἀν τούτῳ τὰ φυσικὰ σπλάγχνα οἱ πονηροὶ, τῆς πατρῴου φιλοστοργίας κατά τι παραθραυσθείσης ἐπὶ τῷ Λέοντι μικρὸν ὅσον (47). Καὶ τὰ τῆς πονηρίας νεῦρα διακοπέντα, ἐπείπερ αὐτῇ οὐδὲν τῶν ἰσχυρῶν παρυφίσταται, καὶ οἱ συκοφάνται κακῶς ἀπελήλανται, καὶ Λέων τῆς βασιλείας ἐγκάτοχος γίνεται καὶ τὰ πατρόθεν διωρισμένα ἀποπληροῖ καλοκἀγαθίᾳ καὶ ἀγχινοίᾳ νευρούμενος. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ γεννήτορος.

Ἐπεὶ δὲ διὰ μέσου χρόνου τινὸς (48) τὰ τῶν πολέμων ἔργα κατωλιγώρουν [32], οἷάπερ σκανδάλων παρεμπεσόντων τῷ πολιτεύματι ὧν προμεμνήμεθα, δι' ὧν (49) ἡ Ἰσμαηλῖτις ὀφρὺς ἐκορύσσετο καὶ μεγίστην ἐπεποίητο τὴν ἐπίθεσιν, ὥστε μέχρι τῶν Μαλαγηνῶν ἐλάσαι στρατὸν κἀκεῖθεν τὴν βασιλέως ἱππότιν συναγωγὴν ἀνιμήσασθαι, εἰς ἑαυτῶν μὲν στρατηγίαν ἀείμνηστον, ἡμῶν δὲ καταστρατηγίαν σιωπῆς ἄξιον. Ὡς δὲ περὶ τούτων τῷ θεοστεφεῖ ἄνακτι διέγνωστο, διοκλάζειν αὐτῷ οὐ παρῆν ἐπὶ τηλικούτῳ τῷ ἀτοπήματι, ἀλλὰ σπουδαίως ἐπαναιρεῖσθαι ὄντως ἐκδίκησιν τῶν οὕτως ἐνηνεγμένων. Ἀνδρέαν γάρ τινα στοχασάμενος (50), ἄνδρα πολύφρονα καὶ πολυπειρίας μεταδιώκοντα, οὐχ ἧττον δὲ καὶ ἀνδρείας, κἂν ἐπεκέκρυπτο, καθὼς ἡ τῶν πραγμάτων ἀλήθεια παρεδήλωσεν (οὗτος Σκυθῶν ἑσπερίων ἐξώρμητο [51]) ὑποστράτηγον τοῦτον τοῦ κατὰ τὸ Ὀψίκιον προτίθησι θέματος. Ὃς τὸν ὑπ' αὐτὸν στρατὸν στρατηγικῶς διαθεὶς καὶ τοῖς πολεμίοις παρεμβαλὼν μεγίστην ἀπηνέγκατο νίκην καὶ καταβεβλήκει τέως τὴν τούτων ἀλαζονείαν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ταῖς συχναῖς αὐτοῦ εὐανδρείαις μετά γε πατρικιότητα τῆς τῶν σχολῶν εὐμοιρεῖ (52) κυριότητος. Καὶ πολλῷ κρείττων κατὰ τῶν ἐχθρῶν διανίστατο (53) καὶ κατ' αὐτῶν ἄγαν ἠρίστευσεν, καὶ μετὰ τοῦτο ἐπείληπτο μαγιστρότητος οὐ μετὰ πολλοῦ χρόνου (54).

Filiis etiam suis Constantino ac Leoni atque Alexandro similem coronæ atque imperii gloriam tribuit: Stephanum autem patriarchali sedi consecratum in futurum destinavit. **114** Ac circa primum quidem mox vita defunctum adversa usus est fortuna præter spem: huic enim magis erat addictus præ cæteris, sperans eum imperio successurum: sed voti compos non est factus. Leoni enim inclyto et gloriosissimo principi, imperium servabatur stabile, et post illum fratri Alexandro, qui successor erat futurus secundum paternam ordinationem. Corrumpunt autem et in hac re naturalem affectum homines maligni, paterno amore nonnihil labefactato erga Leonem. Sed improbitatis nervi incisi, cum eis nihil firmitatis inesset, atque sycophantæ turpiter abacti sunt, Leoque imperio potitus est ac paternam ordinationem implevit, virtute et ingenio firmus. Verum hæc quidem posterius, post obitum parentis.

Cum autem intermedio tempore aliquo res bellicas neglexissent, quasi scandalis et offendiculis incidentibus in remp. quorum ante mentionem fecimus, ea occasione Ismaeliticum supercilium attollebatur, ipsique superbi armabantur, maximamque fecerant invasionem, ut ad Malagenos usque ducerent exercitum indeque imperatoris equitatum tollerent, cum ipsorum bellica solertia perpetuo memoranda, nostra autem clade silentio digna. Quæ cum audivisset imperator a Deo coronatus, haud succubuit rebus tam inopinatis, verum celeriter pœnas exigere studuit pro talibus factis. **115** Cum enim Andream quemdam ad eam rem delegisset, virum prudentem et multarum rerum usum sectantem nec minus virtutem bellicam (quamvis id non præ se ferret), ut rei veritas ostendit (is a Scythis occidentalibus erat oriundus), hunc secundarium ducem thematis Opsiciani constituit imperator. Qui arte bellica exstructo exercitu hostes aggressus maximam victoriam obtinuit dejecitque ad tempus illorum insolentiam, atque ob id, et quod assidue rem strenue gereret, post patriciam dignitatem etiam scholarum præfecturam feliciter consequitur. Multoque valentior in hostes insurgebat, remque adversus eos optime gessit. Post hæc et magistri dignitatem non multo post adeptus est.

VARIÆ LECTIONES.

[31] potius τῷ τε μετ' αὐτόν. [32] κατολιγώρουν L.

STEPH. BERGLERI NOTÆ.

44) Ita scripta. Potius ἀρχιερέως.

45) Const. Porph. p. 159 et p. 164. Zon. p. 167 Cedr. p. 569.

(46) Sym. Log. p. 456 Constantinum mortuum dicit anno 13 Basilii imperii. Georg. Mon. p. 546.

(47) Imperfecte loquitur.

(48) Pro τινὸς requiritur τινὲς potius ad ὀλιγώρουν.

(49) Δι' ὧν accipiendum διὰ τούτων. Const. Porph. p. 166 et p. 176, Sym. Log. p. 455. Cedr. p. 570.

(50) Const. Porph. p. 170. Zon. p. 169. Cedr. p. 575.

(51) Const. Porph. p. 176. Cedr. p. 575.

(52) Const. Porph. p. 176. Cedr. p. 575.

(53) Const. Porph. p. 176.

(54) Ita scriptum, non πολὺν χρόνον, et ita habet distinctio. Mallem autem punctum post μαγιστρότητος poni, et deleri post χρόνου.

Ad hæc ex Tephrica calamitates in nos jactabantur, occasionem nactis illius loci perditis hominibus nos invadendi occupatos bello cum Agarenis terra marique. Sed tamen superat superbos illos imperator auxilio divino et experientia ducum bonum successum habens. Post hæc et adversus Germaniciam necnon Samosata educto exercitu, insignes urbes Saracenorum ac regiones, ipsa etiam Militena ad angustias redacta assiduis incursionibus, tropæa erigit et insignem victoriam reportans in imperatoriam urbem revertitur.

A Καὶ τὰ (55) ἐκ τῆς Τεφρικῆς κακὰ καθ' ἡμῶν ἐδρενθύετο, χώραν λαδόντων τῶν ἐκεῖσε κακούργων τῆς πρὸς ἡμᾶς ἐπιθέσεως, ἀπησχολημένους Ἀγαρηνῶν ἐν πολέμοις ἐπί τε γῆς καὶ θαλάσσης. Ἀλλ' ὅμως περιγίνεται τῶν ἀλαζόνων αὐτοκράτωρ ὑπερμαχήσει θείᾳ καὶ στρατηγετῶν ἐμπειρίᾳ κατευοδούμενος· μεθ' οὓς καὶ (56) κατὰ Γερμανικείας [33] ἐκστρατεύσας καὶ Σαμοσάτων [34], ἐκπρεπεῖς πόλεις Σαρακηνῶν καὶ χώρας (57), ἀλλὰ μὴν καὶ Μελιτηνὴν στενώσας ἐξ ἐπιδρομῆς συνεχοῦς, κατ' αὐτῶν ἵστησι τρόπαια, καὶ μετὰ νίκης εὐσήμου πρὸς τὴν βασιλίδα πόλιν ἐπάνεισιν (58).

Per mare etiam Afrorum classis nos infestare haud cessavit, a quibus **116** versus occidentem omnia subacta erant, Siciliæ et Longobardiæ urbes plurimæ usque ad CL præter Gallerianum. Quas imperator Basilius recuperavit, Nasare et Procopio ducibus in illo tempore. Atque Italia quidem nomen invenit ab Italo Siculi parente, patre Italia, filio autem Sicania sive Trinacria potito. Sic etiam dicitur : Italia a bove advena, quem subito conspicati indigenæ adnatantem ad ipsos persequentibus possessoribus clamarunt « Italus, » quod illorum sermone significat bovem, aut a quodam prædone Italo, quem Hercules ibi occidit, nomen duxit. Longobardia autem a quodam Longobarbo, qui primitus tenuit illam regionem, quia magnam barbam alebat : longa enim Longobarbis est magnum, pili autem menti barba.

Οὐδὲ τὰ κατὰ τὴν ἅλα διὰ Ἀφρικῶν καθ' ἡμῶν στρατεύματα ναύμαχα δι' ἠρεμίας ἐτύγχανεν (59), δι' ὧν Ἑσπέρα πᾶσα καταδεδούλωτο, ἐν πόλεσι τῆς B τε Σικελίας (60), ἔτι μὴν καὶ Λογγιβαρδίας πολυαριθμήτοις ἐπὶ ν' τε καὶ ρ' (61), τοῦ Γαλλεριανοῦ χωρίς. Ὧν [35] τὴν ἀνάῤῥυσιν ὁ αὐτοκράτωρ Βασίλειος ἀπειργάσατο Νάσαρ (62) καὶ Προκοπίου κατ' ἐκεῖνο καιροῦ στρατηγίας ἀντεχομένων. Καὶ τὸ μὲν ὄνομα Ἰταλία ἐφεῦρεν ἀπὸ Ἰταλοῦ τοῦ Σικελοῦ γενετῆρος, τοῦ μὲν πατρὸς τῆς Ἰταλίας χώρας, τοῦ δὲ υἱοῦ Σικανίας ἢ Τρινακρίας ἐγκρατῶν γεγονότων. Ἰταλία δὲ (63) καὶ οὕτως, ἀπό τινος περαιωσαμένης βοὸς, ἣν ἀθρόαν ἰδόντες ἐγχώριοι ἐκ γῆς ἑτέρας τὸν ἀπόπλουν πρὸς αὐτοὺς ποιουμένην διωκομένην τε παρὰ τῶν κτητόρων αὐτῆς ἐβόησαν· « Ἰταλὸς, ἰταλὸς, » ὃ [36] τῇ ἑαυτῶν διαλέκτῳ ἑρμηνεύεται *βοῦς*, ἢ ἀπό τινος λῃστοῦ Ἰταλοῦ δι' Ἡρακλέους ἐκεῖσε ἀναιρεθέντος, τὴν κλῆσιν ἠγάγετο. Λογγιβαρδία δὲ ἀπό τινος Λογγιβάρδου (64) τοῦ πρώτως κατασχόντος [37] τὴν χώραν, ἐφ' ὅτῳ καὶ μέγα ἐξήνθιστο γένειον· λόγγη γὰρ παρὰ Λογγιβάρδοις τὸ μέγα, βάρβα δὲ τὸ γένειον.

Syracusarum autem calamitates quodam tempore intervenerunt : obsidebantur enim ab Ismaelitis. Eo misit imperator Adrianum, virum strenuum, cum classe numerosa, ad eam urbem liberandam. Qui profectus ad usque Peloponnesum, portum cui nomen Hierax occupat, impeditus ibi magna difficultate navigandi per quinquaginta dies. Cumque ibi retardaretur a navigatione propter inclusos ventos, accessit ad eum **117** quidam ex colonis nuntium gravem apportans, hesterno die, hora quinta Syracusas captas fuisse. Quibus nomen a conditricibus earum Archiæ filiabus Syra et Cossa, aut a quodam lacu ibidem, aut a fonte olim Syra-

C Τὰ δὲ κατὰ Συράκουσαν διεμεσολάβει χρόνων τινῶν δυστυχήματα (65)· ἐπεπολιόρκητο γὰρ παρὰ τῶν Ἰσμαηλιτῶν. Καθ' ἣν ἐξεπεπόμφει ὁ αὐτοκράτωρ Ἀδριανὸν ἄνδρα γενναῖον σὺν ναυτικῷ πολυάνδρῳ πρὸς τὴν αὐτῆς ἀπολύτρωσιν (66). Ὃς κατιὼν μέχρι Πελοποννήσου [38], Ἱέρακι οὕτω κατονομαζομένῳ λιμένι (67) προσλιμενεύεται, παρεμποδισθεὶς ἐκεῖσε δυσπλοΐᾳ χαλεπωτάτῃ ἐπὶ ἡμέρας ν'· καὶ κατὰ τοῦτον αὐτοῦ δυσφορίᾳ πιεζομένου διὰ τὴν ἐξ ἀνέμων ἐγκάθειρξιν, προσεδεδημήκει τις τῶν χρησίμων ἀγγελίαν ἐπικομιζόμενος δυσαχθῆ, ὡς κατὰ ε' ὥραν πρὸς τὸ χθὲς τὰς Συρακούσας ἡλῶσθαι. Αἷς ὄνομα ἀπό τινων κτισασῶν ταύτας Ἀρχίου θυγατρῶν

VARIÆ LECTIONES.

[33] Γερμανειχίας L. [34] Σαμωσάτων L. [35] ὧν B, ὃν L. [36] ὃ] ὥι, supra scripto ὃ, L. [37] κατασχῶντας L. [38] Πελοπονήσου L.

STEPH. BERGLERI NOTÆ.

(55) Confuse diversa, et inferius iterum fusius. — Const. Porph. p. 166 seqq. et p. 176. Sym. Log. p. 455, 456. Georg. Mon. p. 544. Cedr. p. 570.

(56) Const. Porph. p. 174. Sym. Log. p. 556. Georg. Mon. p. 546. Zon. p. 168. Cedr. p. 574. Const. Porph. p. 167, ubi τὸ] Σαμόσατον. Cedr. p. 570.

(57) Const. Porph. p. 167.

(58) Const. Porph. p. 168.

(59) Const. Porph. p. 179, Noster duas expeditiones confundit in antecedentibus etiam.

(60) Zon. p. 169, Cedr. p. 576. Sym. Log. p 458. Const. Porph. p. 179 in fine, ubi Λαγοβαρδία. Cedr. p. 577.

D (61) Eumdem numerum habet et Const. Porph. p. 181.

(62) Const. Porph. p. 186. — *Προκοπίου*. Const. Porph. p. 188. Georg. Mon. p. 456.

(63) Ineptissime loquitur,

(64) Ita nunc scriptum : supra recte erat ὃ, sed et illud rectum ex hypothesi.

(65) Cedr. p. 585. Zon. p. 172. Georg. Mon. p. 545. Sym. Log. p. 456 refert ad nonum Basilii imperii annum.

(66) Const. Porph. p. 190. Cedr. p. 585.

(67) Const. Porph. p. 190. Cedr. p. 585.

Σύρας καὶ Κόσσης, ἢ ἀπό τινος ἐκεῖσε λίμνης, ἢ ἀπὸ A τῆς πρὶν μὲν κρήνης Συρακοῦς, νῦν δὲ Ἀρεθούσης. Τοῦ δὲ τὸ ἀληθὲς πολυπραγμονοῦντος καὶ ὁπόθεν (68) ἐπίστασθαι τοῦτο διερευνῶντος, αὐτὸς ἀπεκρίνατο, ὅτιπερ (69) « Ἐν χώρῳ ὃς Ἕλος ὠνόμασται, ἀγρὸς πάρεστί μοι ὡς ἀπὸ μιλίων η' πρὸς διάστημα. Καὶ κατὰ τὴν παριοῦσαν ἑσπέραν καθ' ὃν (70) μοι περιπολεύοντι προσίασί τινες ποιμαινόντων, καὶ ἔφασκον ὡς ἐκ τῶν ἐπιχωριαζόντων δαιμόνων διακηκοέναι φραζόντων γενέσθαι (71) τὴν Συράκουσαν δοριάλωτον, ἐν ταύτῃ τε παρεῖναι (72) αὐτούς, ὅθεν καὶ διατρανοῦσθαι ἀλήθειαν. » Αὐτὸς δὲ πρὸς τοῦτο μὴ κατανεύων εἰς ἀπιστίαν ἐχώρει, τὴν αὐτηκοΐαν σφετεριζόμενος (73). Καθ' ἣν ἐν καταλήψει [59] γενόμενος τοῦ ἀγροῦ πρώτην καθ' ὥραν καὶ ποιμέσι συγκατειλήφει τὸν ὡρισμένον χῶρον B ἐφ' ᾧ τὰ ἀέρια (74) τὴν διατριβὴν ἐπεποίηντο. Ὧν τὴν διαγωγὴν πυνθανομένῳ τινὶ τῶν ποιμένων [60] προσαπεκρίναντο κατὰ πόλιν (75) Συράκουσαν εἶναι, τοῦ περιλειφθέντος Χριστιανικοῦ αἵματος ἐμφορεῖσθαι· τὸν δὲ περὶ τῶν τοιούτων εἰδέναι διερευνώμενον τὸ πραχθὲν γινώσκειν, τό τε ὄνομα καὶ τὸν ἀρχικὸν βαθμὸν ἐξεπίστασθαι. Οἷς ὁ Ἀδριανὸς μὴ πιστεύων [61] ἔτι ὑπελογίζετο ἕωλα (76). Καὶ μετὰ ιε' ἐπιοῦσαν ἡμέραν τὰ παρ' αὐτῶν ὡς ψευδῆ νομιζόμενα παρὰ τῶν ἐκεῖθεν μόλις ἐληλυθότων ἀληθῆ κατεφαίνετο. Τῶν οὖν ἐγχωρίων πνευμάτων ἡ τοιαύτη πρόγνωσις, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἡ ἐπὶ τῶν πραττομένων γνῶσις, τοῖς κατὰ τὴν αὐτὴν χώραν ἄχρι βασιλείας τοῦ εὐσεβεστάτου, ὥς φασι, Λέοντος προσμεμένηκεν. Τότε δὴ στρατὸν τὸν ὑπ' αὐτὸν ναύμαχον συναγείρας τῇ Κωνσταντινουπόλει ἐπιδημεῖ, καὶ ἱκέτης ἔν τινι ἱερῷ παραγίνεται (77) ἐξαιτῶν συγκεχωρῆσθαι τοῦ σφάλματος. Ἀλλὰ τῶν δεόντων ὀλιγωρήσας, καὶ οὐχὶ δυσπλοΐᾳ πλέον (78), ὡς ἔφασκεν, συγγνώμης οὐκ ἔτυχεν.

cone nunc Arethusa. Illo autem in veritatem inquirente atque unde id sciat interrogante, hic respondit: « Est mihi in eo loco qui Helos dicitur, prædium quasi octo milliariorum intervallo. Atque heri vesperi illud obambulanti mihi occurrunt quidam ex pastoribus, et dicebant se ex dæmonibus hic versantibus audivisse dicentibus Syracusas captas esse, ibique se fuisse atque inde veritatem certo comperisse. » Sed ille haud credens, fidem sibi fieri volebat proprio auditu. Quare in prædium profectus hora prima cum pastoribus definitum locum occupavit, in quo spiritus illi commorabantur. Quos cum quidam ex pastoribus interrogasset ubi fuissent, ipsi responderunt in urbe Syracusarum se fuisse et satiasse reliquiis sanguinis Christiani qui effusus esset; illum porro qui de his scire cuperet quid sit factum, se nosse, nomenque et gradum dignitatis scire. Quibus nondum credens Adrianus ea existimabat frivola. Sed post decimum quintum diem ea quæ ipsi mendacia videbantur per illos qui inde ægre evaserant vera demonstrabantur. Cæterum illius loci **118** spirituum præscientia, aut potius ipsorum factorum scientia, ibidem usque ad imperium piissimi Leonis, ut aiunt, duravit. Tunc igitur copiis nauticis quas secum habebat congregatis Constantinopolim proficiscitur, supplexque fit in quodam templo petens veniam delictorum. Sed quod officium neglexisset, nec adeo difficultate navigandi usus fuisset, ut ipse dictitabat, veniam consecutus non est.

Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ ἐφεστηκότι καιρῷ (79) οἱ ἀπὸ C Καρχηδόνος Ἄφροι Σαρακηνοὶ σὺν ὁλκάσι παμμεγέθεσιν ξ', αἷς χώρησις σ' ἀνδρῶν διηρίθμητο, καταστρατεύουσι καὶ διικνοῦνται Κεφαληνίας μέχρι καὶ Ζακύνθου, ἥτις πρὸς ἄνεμον Ζέφυρον (80) κατὰ τὸν καλούμενον Ἰχθὺν ἀπονένευκεν, ἔκ τε Ζακύνθου τοῦ Μέροπος τῆς προσηγορίας τετύχηκεν (81). Περὶ ὧν ὁ βασιλεὺς διαγνοὺς τὸν πατρίκιον Νάσαρ ἐκπέμπει σὺν ναυστολίᾳ, ἄνδρα πολύπειρον, ταύτης καθηγησόμενον. Τοῦ δὲ κατὰ Μεθώνην τὴν πρὶν Πήδασον [62] (82) καλουμένην ἐπιδημήσαντος, οἱ πλεῖστοι στρατιωτῶν τῶν πλοίων ἀπέδρασαν κατα-

Eodem tempore ex Carthagine Afri Saraceni cum ingentibus navibus sexaginta, quæ ducentenos viros capiebant, infesto exercitu nos invadunt, perveniuntque ad Cephaleniam usque ac Zacynthum, quæ ad Zephyrum versus Ichthyn spectat; a Zacyntho autem Meropis filio nomen accepit. Quo cognito, imperator patricium Nasarem, virum multarum rerum peritum, mitit cum classe ducem. Qui cum ad Methonam, quæ prius Pedasus dicta fuit, pervenisset, plerique militum ex navibus aufugerunt ipsumque deseruerunt. Quod mox notificatur imperatori, atque cum festinatione vehementi ab ipso

VARIÆ LECTIONES.

[59] ἐγκαταλήψει L. [60] ποιμαίνων L. [61] πιστεύων B, πιστεύειν L. [62] Πίδασον L.

STEPH. BERGLERI NOTÆ.

(68) Ita scriptum. Ponitur pro ποθέν, *alicunde*. D Aut legendum ἐπίσταται pro ἐπίστασθαι.

(69) Const. Porph. p. 191, Cedr. p. 585.

(70) Ὃν pro αὐτόν.

(71) Const. Porph. p. 191, Cedr. p. 585.

(72) Ambigue et perdite loquitur. — Quamvis παρεῖναι non sit præteritum perfectum, tamen in perfecto verbo, et ita intelligi voluisse puto auctorem, qui fere promiscue utitur temporibus, ut etiam præteritum ponat aliquando pro futuro.

(73) Const. Porph. p. 191.

(74) Const. Porph. p. 191, Cedr. p. 568.

(75) Loquitur profligate.

(76) Const. Porph. p. 191, Cedr. p. 586.

(77) Const. Porph. p. 192, init. Cedr. p. 586.

(78) Ita scriptum, f. πλέων, quamvis illud possit manere.

(79) Zon. p. 172, Cedr. p. 582.

(80) Const. Porph. p. 186, Zon. p. 172, Cedr. p. 582.

(81) Cedr. p. 582, Const. Porph. p. 187, Zon. p. 172, ubi Νάρσαν.

(82) Const. Porph. p. 186.

aliquis missus est, jussus in eo loco furcas collocare ligneas ac fugitivos in iis suspendere; ita fieri aperte mandans: clam enim noctu ex carcere Agarenos triginta eductos drungario ac præfecto suæ custodiæ tradidit, severe præcipiens ne cuiquam **119** enuntiaret quod strueretur, ne supplicio intolerabili subjiciatur: imperavit etiam ei ut illis triginta Ismaelitis igni ac pice barbas necnon capitis capillos amburerct, faciesque eorum fuligine oblineret, ac compedibus duplicibus pedes constringeret, utque ipsi hora certa definiti diei cæderentur, tanquam fugitivi ac desertores navium, diris flagellis in circo, et cum exprobratione et incusatione, quod fugitivi essent, traducerentur, nudi atque asinis invecti usque ad Aureas portas imperatoriæ urbis; caveretque ne quisquam præsentium accedens cum iis loquatur. Quibus ita peractis Methonam versus eos mittit suspendendos tanquam fugitivos ac desertores belli ignavos, præcipit etiam ne quisquam ex ducibus illius loci, aut etiam ex vulgo hominum, ne ipse quidem summus dux exercitus, tali silentio exemptus sit: atque vincti omnes suspensi sunt. Hinc lamentatio non vulgaris patricio Nasari ac ducibus qui ei suberant suborta, se ipsos insimulantibus illorum desertionis, eo qui ab imperatore venerat affirmante etiam conjuges fugitivorum, necnon parentes, imperatorem omnes omnino gladio perditurum. Ita factum hoc pulcherrimo commento ut per paucos condemnatos Agarenos suum populum conservaret. Metu enim perculsi, cum navarchus ipsorum Nasar, **120** tum duces qui ei suberant, ne tale quid aliquando et ipsi perpetiantur, necessario hostibus resistunt propter superiorem victoriam superbientibus summa barbarie atque Zacynthum obsidentibus. Ergo impetum in eos facit Nasar, atque internecione cædit, divino auxilio imperatorisque apud Deum intercessione contra illos. Cum autem nostra classis Agarenos superasset, articulata quædam vox ex convalle mittebatur, ulterius pergere jubens. Unde isti per Siciliam omnem et Africam nec non Longobardiam profecti, bellico igni et omni genere cædis Agarenos in navibus comburentes et interficientes, etiam alias naves mercatorias ceperunt, quarum numerum inire haud facile est, oneratas variis mercibus, in quibus et oleum maxima copia, ita ut in illis diebus libræ pondus obolo veniret, ac tanquam miracula apud omnes ea quæ tunc facta essent celebrarentur.

A λελοιπότες αὐτόν (83). Ὁ διαγινώσκεται ταχέως τῷ βασιλεῖ, καὶ σὺν κατεπείξει σφοδρᾷ παρ' αὐτοῦ (84) τις ἀποσταλεὶς διατέτακται περὶ τὸν τόπον ἀνασκολοπισμὸν ἱδρύσασθαι ξυλουργήματος καὶ τοὺς δραπέτας ἐν αὐτοῖς ἀνασκολοπίσαι, οὕτως τὴν πρόσταξιν κατὰ τὸ ἐμφανὲς μηχανώμενος (85)· κρυφίως γὰρ ἐν νυκτὶ τῶν ἀπὸ τῆς φυλακῆς Ἀγαρηνοὺς λ' προσλαβόμενος δρουγγαρίῳ τῷ κατὰ τὴν αὐτοῦ φρουρὰν προεστῶτι ἐκδέδωκε, διασφαλισάμενος μηδενὶ ἔκφορον ποιήσασθαι τὸ συντεθησόμενον (86), ἵνα μὴ ποινῇ ἀφορήτῳ καθυποβάλοιτο· ἐκεκέλευστο γὰρ αὐτῷ των λ' Ἰσμαηλιτῶν πυρὶ καὶ πίσσῃ τὰς γενειάδας, ἀλλὰ μὴν καὶ τὰς κατὰ κεφαλὴν τρίχας, ἐναποφλέξαι (87), τάς τε ὄψεις αὐτῶν ἀσβόλῃ ἐμπερῖχρίσαι καὶ πέδαις διπλαῖς τοὺς πόδας ἐμπιέζεσθαι, B καί τινι ὥρᾳ διωρισμένης ἡμέρας μεμαστιγῶσθαι αὐτοὺς ὡς λειποτάκτας πλευσίμους ἐν φραγελλίοις δεινοῖς κατὰ τὸν ἱππόδρομον (88), καὶ διασυρμοὺς δραπετῶν] κατηγόροις ἐν λόγοις ὑφισταμένους διελεύσεσθαι γυμνητεύοντας καὶ ὀχουμένους ἐπ' ὄνων ἕως πυλῶν χρυσωνύμων βασιλίδος τῆς πόλεως, παραφυλάξασθαι δὲ μηδένα τῶν συνόντων αὐτοῖς ἐμπελάσαντα ὁμιλῆσαι (89). Τούτων ταύτῃ προχωρησάντων κατὰ Μεθώνην προΐησιν ἀνεσκολοπίσθαι (90) τούτους ὡς δραπέτας πολέμων ἀνάλκιδας, καὶ μή τινα τῶν ἐγχωρίων ἀρχηγετῶν εἴτε λαοῦ τῆς κοινότητος, ἀλλὰ μήτε αὐτὸν προηγέτην στρατοῦ, τῶν ὁμοίων τῆς ἐχεμυθίας ἀπολιμπάνεσθαι· καὶ δεσμῶται πάντες ἀνήρτηντο σκόλοψιν. Ἐνθένδε θρῆνος οὐχ C ὁ τυχὼν τῷ πατρικίῳ Νάσαρ καὶ ὑπ' αὐτὸν [63] ἄρχουσιν ἐπεγίνετο, μέμψιν ἑαυτοῖς ἐπιτρίβουσι τῆς περὶ τούτους [64] λειποταξίας, τοῦ ἐκ βασιλέως διαβεβαιουμένου αὐτοῖς τάς τε συνεύνους καὶ παῖδας δραπετευσάντων (91), ἔτι μὴν καὶ γεννήτορας, τὸν αὐτοκράτοροα πάντας ἄρδην ξίφει διολοθρεῦσαι. Ὡς ἐκ τοῦδε τοῦ καλλίστου σκευάσματος δι' εὐαριθμήτων κατακρίτων Ἀγαρηνῶν τὸν οἰκεῖον λαὸν ἀνασώσασθαι (92). Περιδεεῖς οὖν γεγονότες ὅ τε ναύαρχος αὐτῶν Νάσαρ καὶ οἱ ὑπ' αὐτὸν ἀρχηγοὶ ὅ τε σύμπας λαὸς, τὸ τοιοῦτον μήποτε καὶ αὐτοὶ ὑποστήσωνται [65], ἀναγκαίως τοῖς πολεμίοις ἀντικαθίστανται (93), νίκῃ τῇ πρὶν μεγαλειουμένοις· [66] βαρβαρικώτατα καὶ Ζάκυνθον προσεδρεύουσιν. Οὐκοῦν ἐπιτίθεται τούτοις Νάσαρ παρεμβαλὼν, καὶ πανD ωλεθρίαν [67] θείᾳ ἰσχύϊ καὶ βασιλέως ἐντεύξει κατ' αὐτῶν τίθεται. Τοῦ δὲ καθ' ἡμᾶς πλοΐμου στρατοῦ τῶν Ἀγαρηνῶν κατισχύοντος, ἔναρθρός τις βοὴ κοιλάδος [68] ἠφίετο τοῖς πρόσω φοιτᾷν ἐγκελευομένη (94).

VARIÆ LECTIONES.

[63] καὶ τοῖς ὑπ' αὐτὸν V. [64] περὶ τούτου L. [65] ὑποστήσονται L. [66] μεγαλειουμένους L. [67] πανολεθρίαν L. [68] κυλάδος L.

STEPH. BERGLERI NOTÆ.

(83) Const. Porph. p. 186, Zon. p. 172, Cedr. p. 582.

(84) Const. Porph. p. 186.

(85) Const. Porph. p. 187, Zon. p. 172, Cedr. p. 582.

(86) Const. Porph. p. 187.

(87) Const. Porph. p. 187, Zon. p. 112, Cedr. p. 582.

(88) Const. Porph. p. 187, Cedr. p. 582.

(89) Const. Porph. p. 187.

(90) Const. Porph. p. 187.

(91) Non adest articulus in ms.

(92) Zon. p. 172, Cedr. p. 582 in fine.

(93) Cedr. p. 583.

(94) Imperatorem id jussisse dicit Const. Porph. p. 187 in fine. Ὁ βασιλεὺς προσωτέρω χωρεῖν ἐγκελεύεται. Ita et Cedr. p. 583.

A "Οθεν οὗτοι (95) Σικελίαν πᾶσαν καὶ Ἀφρικὴν, πρὸς δὲ καὶ Λογγιβαρδίαν, διαδραμόντες πολεμικῷ πυρὶ καὶ παντοδαπεῖ ξίφει τοὺς ἐν τοῖς πλείοις Ἀγαρηνοὺς καταφλέξαντές τε καὶ δηϊωσάμενοι (96), καὶ ἑτέρας τὰς πρὸς ἐμπορίαν κατέσχον, ὧν ἀριθμὸν συνθέσθαι πάντως οὐ ῥᾴδιον, ἐπιφορτιζομένων εἴδη παντοῖα, πρὸς ἐπὶ τούτοις καὶ δαψιλέστατον ἔλαιον, καὶ τοσοῦτον (97) ὡς ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις τὴν κατὰ λίτραν ὁλκὴν ὀδολοῦ πρίασθαι καὶ κατὰ θαυμασιότητα [89] πᾶσι τὰ τότε πραχθέντα φημίζεσθαι. Καὶ μάλιστά γε ἐκ τῶν κατὰ τὴν Τεφρικὴν συνηλύδων, τοῦ τε Παύλου Σαμοσατέως [90], σὺν αὐτῷ Κούβρηκός τε καὶ Μοντανοῦ, καὶ ἄλλων αἱρεσιαρχῶν διαφόρων, κατοφρυωσάντων [91] τὸ πρότερον, καὶ καταδυναστευθέντων τὸ ὕστερον Θεοῦ βραχίονι κραταιῷ καὶ ἱκετηρίαις σὺν φροντίσμασιν ἐπαλλήλοις τοῦ αὐτοκράτορος. B "Ος ἅπαξ καὶ δὶς (98) κατ' αὐτῶν [92] ἐπιὼν καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἁπάσας χώρας ἐν αἰχμαλωσίαις καὶ πυρπολήσεσιν ἐρειπιώσας [93], κατὰ Τεφρικῆς ἀγωνίζεται, τινὶ χρόνῳ ἐνδιαρκέσας. Ὡς ἀπρακτήσας ἐπάνεισι πρὸς τὴν βασιλεύουσαν (99), καὶ τῷ ναῷ (1) τῶν Ἀρχιστρατήγων εἰσδὺς, ὃς παρ' αὐτοῦ κατεσκεύαστο, αὐτοὺς ἱκετεύει ἐν συντριβῇ καρδίας καὶ στεναγμοῖς, μὴ πρὶν θεάσασθαι θάνατον πρὶν ἂν διὰ ζωῆς (2) σχοίη [94] τὸν κατὰ Τεφρικὴν ὄλεθρον· καὶ αὖθις κατ' αὐτῶν (3) ἔξεισι σὺν πολυπληθέσι στρατεύμασιν, ἐρημίαν πολλὴν αὐτοῖς ἐπαγόμενος. Αὐτῆς δὲ διειργασμένης (4) ἐν τῷ μεταξὺ οὐρανόθεν βρόμος τῶν φρικωδεστάτων προσπίπτει αὐτοῖς, ὡς ἐκ τούτου τὰς τῆς Τεφρικῆς ἱδρύσεις ἐκδεδινῆσθαι, καὶ τοῦ τοιούτου γε (5) δείματος τοὺς ταύτης οἰκήτορας χάριν αὐτῶν θεόθεν τελεσθέντος καθυπειληφέναι [95]. Διὰ τοῦτο οἱ μὲν αὐτῶν τῷ βασιλεῖ προσεχώρουν ἐλέους δεόμενοι, οἱ δὲ πρὸς τὰ ἔνδον Συρίας μετανάστευόντο, ὡς παρὰ μικρὸν ἐξ ἀμφοῖν τὴν πόλιν αὐτῶν ἐρήμην λαοῦ γεγονέναι, ἥτις κεκράτητο τοῦ ταύτης προστατοῦντος καταπτοηθέντος [96] Χρυσόχειρος (6).

A Præcipue ob colluviem Tephricensium, Paulum Samosatensem, cumque eo Cubricum et Montanum, aliosque auctores hæresium ac principes varios, superbia elatos prius, sed superatos postea Dei brachio forti et supplicationibus continuisque curis imperatoris. Qui semel iterumque eos aggressus, prius quidem omnibus regionibus, **121** populando et captivos abducendo, vastatis, Tephricam oppugnat aliquandiu; sed cum nihil proficeret, revertitur in imperatoriam urbem, ingressusque templum principum cœlestis militiæ, quod ipse ædificaverat, illis supplicat in contritione cordis et suspiriis, ne prius videret mortem quam Tephricam exitio dedisset. Atque rursus adversus eam proficiscitur cum maximis copiis, vastitatem magnam inferens. B In cujus expugnatione de cœlo fremitus maxime terribilis in eos ingruit, ut ex eo Tephricæ structuræ concuterentur atque ejusmodi terrorem incolæ ejus ipsorum causa divinitus factum existimarent. Quare alii eorum ad imperatorem se contulerunt misericordiam orantes, alii in intimam Syriam migrarunt, ut sic utrinque urbs eorum, ab hominibus deserta, vacua fieret, quæ subacta est duce ejus Chrysochire in terrorem conjecto.

C Οὗτος γὰρ ὁ ἀλαζὼν σὺν Καρβαίᾳ καὶ Καλλίστῳ (7) πλεῖστα κακὰ Χριστιανοῖς τεκτηνάμενος, ὡς καὶ ὁ τούτου πατὴρ, καὶ μέχρι Νικομηδείας καὶ Νικαίας αὐτῆς διελθὼν, ἀλλὰ μὴν καὶ εἰς τὸ τῶν Θρᾳκησίων θέμα διαδραμὼν, μέχρις Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου τῆς ἐπαρχίας κατήντησεν, οὗτινος τῷ ναῷ οἱ σὺν αὐτῷ ἐντυχόντες εἰσήγαγον τά τε ἄλογα (8) αὐτῶν καὶ λοιπὴν ἀποσκευὴν, δυσμενῶς ἐνυβρίζοντες. Πρὸς οὖν τὸν Χρυσόχειρα γράφει ὁ βασιλεὺς εἰρήνην συνθέσθαι, οἷα τὸν τρόπον εἰρηνικὸς ὑπάρχων καὶ εὔσπλαγχνος ὄντως, κατὰ τὸ λόγιον τὸ φάσκον· *Γίνεσθε πρὸς ἀλλήλους χρηστοὶ καὶ εὔσπλαγχνοι,*

C Iste enim homo insolens cum Carbea et Callisto plurima mala Christianis intulit, sicut et ejus pater, atque Nicomediam usque ac Nicæam ipsam profectus, per Thracensium etiam thema, usque ad Joannis Theologi regionem pervenit. Cujus templum ii qui cum illo erant intrantes introduxerunt equos suos et impedimenta, hostiliter insultantes. Igitur ad Chrysochirem scribit imperator pacis componendæ causa, ut qui erat **122** pacificus et vere misericors, secundum oraculum quod ait: *Estote invicem benigni et misericordes, donantes invicem, sicut et Christus nobis se ipsum donavit:* esset contentus

VARIÆ LECTIONES.

[89] θαυμασιώτητα L. [90] Σαμιωσατέως L. [91] κατωφρυοσάντων L. [92] κατ' αὐτὸν L. [93] ἐῤῥιπώσας L. [94] σχοίει L. [95] καθυπειλῆφαι L. [96] καταπτωθέντος L.

STEPH. BERGLERI NOTÆ.

(95) Const. Porph. p. 188, Zon. p. 172, Cedr. p. 583.

D (96) Ita scriptum pro δηϊωσάμενοι. Negligens fuit librarius circa o et ω.

(97) Const. Porph. p. 188, Cedr. p. 583.

(98) Hæc supra initio rerum a Basilio gestarum locum habebant, et cœperat dicere obscure, sed hic copiose narrat. — *Καὶ τὸ μὲν — πυρπολ. ἐῤῥιπώσας*. Const. Porph. p. 166, Zon. p. 167, Cedr. p. 570.

(99) Const. Porph. p. 166, Zon. p. 168, init. Cedr. p. 570.

(1) Const. Porph. p. 169.

(2) Scriptum διαζωῆς.

(3) Potest quidem ferri, sed potius αὖθις. — *Ἔξεισι*. Sym. Log. p. 455, alium misisse dicit, ut et Georg. Mon. p. 544, nempe Christophorum, vid. Const. Porph. p. 169, Zon. p. 168, Cedr. p. 571.

(4) De his non memini me apud alios legisse.

(5) Loquitur monstrose. Oratio constabit, si legatur καὶ τὸ τοιοῦτόν γε δεῖμα — τελεσθέν.

(6) Huc jam conjicit quæ initio facta sunt, nihil monito nec præparato lectore.

(7) Const. Porph. p. 166, de Carbea Cont. Theoph. p. 110.

(8) Ita hodierni etiam vocant equos.

iis quæ acquisivisset, acciperetque ab ipso aurum et argentum et vestes, ac desineret captivos ducere et trucidare Christianos. Sed homo ferox et infidelis pacificis verbis non permovetur. Quare etiam rescribit imperatori : Si cupis, imperator, nobiscum pacem inire, relinque Orientis imperium, et tantum Occidentale serva : sic pacem agemus tecum. Si minus, conabimur te omnino regno ejicere. » Hanc ejus amentiam imperator sentiens sapienter tacuit, nec amplius rescripsit.

A *χαριζόμενοι ἑαυτοῖς καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἡμῖν ἑαυτὸν ἐχαρίσατο* (9), καὶ αὐταρκεσθῆναι ἐφ' οἷς ἐπεπόνητο, εἰληφέναι τε παρ' αὐτοῦ χρυσόν τε καὶ ἄργυρον καὶ ἐσθῆτας, καὶ αἰχμαλωτίζειν κατασφάττειν Χριστιανοὺς ἀναχόψαι. Ἀλλ' ὁ θρασύφρων καὶ ἄπιστος τοῖς εἰρηναίοις λόγοις οὐ πείθεται· διὸ καὶ ἀντιγράφει τῷ βασιλεῖ, ὡς « Εἴπερ ἐθέλοις, ὦ βασιλεῦ, μεθ' ἡμῶν εἰρήνην ἐπιτελέσαι, ἀπόστηθι τῆς κατ' ἀνατολὴν ἐξουσίας σου, τῆς δὲ πρὸς δύσιν ἀντέχου, καὶ εἰρηνεύσομεν μετὰ σοῦ· εἰ δὲ μή, σπεύσομεν [57] ὅλως ἵνα σε καὶ τῆς βασιλείας ἐξοστρακίσωμεν. » Τῆς οὖν ἀπονοίας αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς διαισθόμενος ἐφιλοσόφησε σιωπήν, μηδὲν ἔτι αὐτῷ ἀντιγεγραφώς.

Duobus autem annis elapsis venit Chrysochir cum suo exercitu usque ad Ancyram urbem et ipsa Commata, prædaque multa potitus revertitur. Cæterum domesticus scholarum intervallo unius diei distans subsequi desinebat : verebatur enim subsequi et conspici. Chrysochir autem in Charsiani thema venit, et ad Agranas castra metatur, domesticus autem ad Siboren. Qui prætoribus Armeniacorum et Charsiani præcepit dicens : « Tollite duces qui vobis subsunt, et equites aliquos bonos, victumque quasi dierum duodecim, et subsequimini Chrysochirem usque ad **123** Bathyrrhyacem. Et si quidem partem aliquam exercitus quæ facile superari possit miserit in Armeniacorum aut in Charsiani thema, significate id nobis : si autem discesserit a Bathyrrhyace, revertentes venite ad nos. » Vesperi igitur profectus Chrysochir castra posuit in inferiore loco, prætores autem nostri in jugum montis ascenderunt manseruntque in quodam loco Zogoloenon dicto : est enim propter rupes ascensu difficilis habetque densam silvam. Cæterum prætoribus ibi quiescentibus contentio quædam exorta est de fortitudine, ducibus inter se rixantibus utri potiores essent, utrum ii qui sunt ab Armeniacorum, an ii qui sunt a Charsiani themate. Cumque Charsianitæ contenderent primas fortitudinis sibi potius deferendas esse quam alteris, Armeniaci dixerunt ad eos : « Quid amplius contendere de fortitudine verbis cupimus ? reipsa hostes aggrediamur utrique : atque tunc apparebit qualis quisque nostrum sit et quis altero fortior. » Prætores quoque cum audivissent de certamine istorum et ex iisdem intellexissent militum alacritatem, quæ ipsis placebat, duxerunt eisque dixerunt : « Vultisne, o æmuli, ut hostes Deo cooperante aggrediamur ? » Quibus alacri animo responderunt : « Ita : et propterea jurejurando maximo per imperatoris caput nos obstringimus ut

Δυσὶ δὲ χρόνοις παρελκυσθεῖσιν ὁ Χρυσόχειρ ἐξῆλθε σὺν τοῖς ἰδίοις στρατεύμασι μέχρις Ἀγκύρας τῆς B πόλεως καὶ αὐτῶν τῶν κομμάτων, λαφυραγωγίαν ἑαυτῷ πολλὴν προσηκάμενος, καὶ ἐπάνεισιν. Ὁ δὲ καθηγεμὼν τῶν σχολῶν διαστηματίζων μίλιον ἓν τὴν παραδρομὴν ἐσκευάζετο (10)· ἐδεδοίκει γὰρ πλησιοφανῆ τὴν παραδρομὴν παραδείκνυσθαι. Ὁ δὲ Χρυσόχειρ κατηντηκὼς τῷ τοῦ Χαρσιανοῦ θέματι εἰς Ἀγράνας ἐσκήνωται, εἰς τὸ Σίβορον δὲ ὁ δομέστικος· καὶ τοῖς στρατηγέταις τῶν τε Ἀρμενιακῶν καὶ τοῦ Χαρσιανοῦ προστέταχε διειπών (11)· « Ἄρατε τοὺς ὑπὸ χεῖρα τελοῦντας ὑμῶν ἄρχοντας, καὶ καλλίππους τινάς, καὶ δαπάνας ὡς ἡμερῶν ιβ', καὶ παρατρέχοντε τὸν Χρυσόχειρα μέχρι τοῦ Βαθυρύακος· καὶ εἰ μὲν διαιρήσας λαὸν εὔπληκτον παραπέμψοι τῷ τῶν Ἀρμενιακῶν (12) ἢ τῷ τοῦ Χαρσιανοῦ θέματι, κατάδηλον ἡμῖν τοῦτο ποιήσατε (13)· ὅτε δὲ ἀποκινήσοι τοῦ C Βαθυρύακος, ὑποστραφέντες ἥκετε πρὸς ἡμᾶς. » Ἀπελθὼν τοίνυν ἑσπέρας ὁ Χρυσόχειρ ἐσκήνωσε κάτω, οἱ δὲ στρατηλάται εἰς τὸν ζυγὸν προσανέβησαν καὶ ηὐλίσθησαν εἴς τινα τόπον κατονομαζόμενον Ζωγολόηνον (14)· οὗτος γάρ ἐστιν ἐκ πετρώδους συμπήξεως δυσανάβατος, ἐν ᾧ ὕλη πολύδενδρος πέφυκεν. Τῶν οὖν εἰρημένων στρατηλατῶν ἐκεῖσε ἐπαναπαυσαμένων, φιλονεικία τις ἀνέκυψεν ἀνδρικὴ τῶν ἀρχόντων ἀλλήλοις ἀντεριζόντων (15) τίνες ἂν εἶεν κρείττους, πότερον οἱ ἀπὸ τοῦ τῶν Ἀρμενιακῶν θέματος ἢ τοῦ Χαρσιανοῦ ὡρμημένοι. Τῶν οὖν Χαρσιανιτῶν φιλονεικούντων τὰ πρεσβεῖα ἑαυτοῖς τῆς ἀνδρείας ἐπιδοῦναι ἢ τοῖς ἑτέροις [58] (16), οἱ Ἀρμενιακοὶ εἶπον πρὸς αὐτούς· « Τί φιλονεικεῖν ἔτι περὶ D ἀνδρείας ἐκ λόγων βουλόμεθα; Πρακτικῶς τοῖς πολεμίοις παρεμβάλωμεν ἄμφω [59] (17)· καὶ τότε φανερωθείη ἕκαστος ἡμῶν, ὁποῖος ἑτέρου καθέστηκεν ἀνδρειότερος (18). » Οἱ δὲ στρατηγέται διακηκοότες περὶ τῆς ἁμίλλης αὐτῶν, δι' αὐτῶν δὲ καὶ τῆς τοῦ λαοῦ προθυμίας συνευδοκούσης αὐτοῖς, ἤγαγον καὶ εἰρήκασιν·

VARIÆ LECTIONES.

[57] σπεύσωμεν L. [58] ἑταίροις L. [59] παρεμβάλομεν L.

STEPH. BERGLERI NOTÆ.

(9) In epist. ad Ephes. IV, 32.

(10) In ambiguitate obscure. Sed vid. auctores inferius notatos.

(11) Const. Porph. p. 169, Cedr. p. 571.

(12) Const. Porph. p. 169, Cedr. p. 571. — Scriptum καλλίππους.

(13) Const. Porph. p. 169.

(14) Const. Porph. p. 169, ubi τῶν δὲ Ῥωμαϊκῶν στρατηγῶν καταλαβόντων τὰ τούτου μετεωρότερα. Vid. Zon. p. 168, Cedr. p. 572.

(15) Const. Porph. p. 169, Zon. p. 168, Cedr. p. 572.

(16) Const. Porph. p. 169, Cedr. p. 572.

(17) Zon. p. 168, Cedr. p. 572.

(18) Const. Porph. p. 169.

« Προθυμεῖσθε, ὦ ἄνδρες ἀνθάμιλλοι, ἵνα τοῖς πολεμίοις, Θεοῦ συνεργοῦντος, προσβάλωμεν. » Πρὸς οὓς γενναιοφρόνως ἐξεῖπον· « Ναί. Καὶ διὰ τοῦτο ὅρκῳ μεγίστῳ τῆς βασιλικῆς κεφαλῆς περιδεσμοῦμεν ὑμᾶς, ὅπως συμπλακῶμεν αὐτοῖς (19). Ὁ γὰρ τόπος ἐν ᾧ ἐρηρείσμεθα, τῶν ὀχυρωτάτων· ἐξ οὗ εἴπερ τι κατ' αὐτῶν γενναῖον καταπραξαίμεθα, τοῦτο ἡμῖν ἐστιν εἰς τρόπαιον· εἰ δὲ μή, κατ' οὐδὲν παρ' αὐτῶν πημανθείημεν (20). » Τότε δή, τότε οἱ δύο στρατηγέται διεῖλον ἄνδρας μέχρι ἕκτης ἑκατοντάδος, τοὺς δὲ λοιποὺς παρῆκαν ἐν ταῖς σκηναῖς τῶν ἀρχηγῶν αὐτῶν σὺν φλαμούλλοις (21), καὶ τούτοις διησφαλίσαντο ἐπειπόντες· « Ἡμεῖς μὲν τῷ φωσάτῳ παρεμπελάσομεν ἐπιτρέχοντες, καὶ ὅταν (22) τὴν ἄφιξιν πρὸς ἡμᾶς [60] ἀπευθύνωσι, παρεμβαλοῦμεν αὐτοῖς· καὶ εἰ μὲν ὁρμήσουσι κατέναντι ἡμῶν [61], ἐξέλθετε ἄντικρυς καὶ μεγάλως κεκράξατε [62]; πλείστου λαοῦ βοὴν ἐνσημαίνοντες (23), ὅπως ἐκ ταύτης εἰκάσειεν (24) τὸν [63] τῶν σχολῶν ἐξηγούμενον μετὰ τῶν θεμάτων ἐφεστηκέναι. » Τῇ οὖν ὑφηγήσει ταύτῃ κεκινηκότων τῶν στρατηγῶν καὶ παρεμπεπτωκότων ἐκ τοῦ σύνεγγυς τοῖς ἐχθροῖς πρὸ τοῦ τὴν ἡμέραν τρανῶς ἐπιλάμψαι (25) τοῖς τῶν τυμπάνων κρούμασιν ἐπεκίνησαν. Ἀλλ' οἱ μὲν αὐτῶν μετὰ τοῦ Χρυσόχειρος ... (26), οἱ δὲ τὰ φορτία τοῖς ὑποζυγίοις ἐκούφιζον. Τούτων οὕτως μεριζομένων οἱ στρατηγέται σὺν τοῖς ὑπ' αὐτὸν (27) ἄρχουσιν ἐπέθεντο κατ' αὐτῶν, καὶ φωνῇ βριαρᾷ· *Σταυρὸς νενίκηκεν*, οἷον πολεμικῶς ἐτυμπάνισαν (28). Οὗτοι δὲ τῇ ἀθρόᾳ προσβολῇ καταπτήξαντες ἀμεταστρεπτὶ τῆς φυγῆς εἴχοντο (29), μηδὲ ὁρᾷν καὶ πολυπραγμονεῖν ἀνεχόμενοι τίνες διῶκται τούτων ὑπάρχοιεν, ἀπὸ τοῦ Βαθυρύακος διωκόμενοι ἐπὶ μιλίοις (30) λ' ἕως τοῦ κατωνομασμένου Κωνσταντίνου βουνοῦ, χαλεπῶς συγκοπτόμενοι.

Καὶ ὁ Χρυσόχειρ (31) ὀλίγους τινὰς μεθ' ἑαυτοῦ προσλαβόμενος φυγαδείαν ἠσπάσατο (32). Ἐπιφθάνει τοίνυν αὐτὸν ὁ Πουλλάδης, ᾧ τοῦτο [64] παρῆν ὄνομα περιβόητον, πῖλον ἐνδεδυμένος· προεκεκράτητο δὲ κατὰ Τεφρικὴν καὶ κατὰ χαριεντισμὸν τῷ Χρυσόχειρι προσῳκείωτο (33). Ὡς οὖν ἑωράκει τοῦτον, ἐπέγνω καὶ ἐκεκράγει διαπρυσίως· « Ὧδε οἱ στρατηγέται (34), ὧδε ὁ τῶν σχολῶν ἐξηγούμενος ἴτω [65]. » Ἄπεισιν ὁ Χρυσόχειρ, καὶ πρὸς τὴν Πουλλάδην ἐφώνησεν· « Ἄθλιε (35) ὦ Πουλλάδη, τί σοι φαῦλον ἐνεδειξάμην; μᾶλλον μέντοιγε πλεῖστά σοι (36) χρηστὰ εἰργασάμην. Ἄπελθε, καὶ μή μοι πρόσκομμα εἴης. » Ὁ δὲ ἀντέφη αὐτῷ· « Ἐγὼ γινώσκω, Χρυσόχειρ, ὅτι πλεῖστα καλά μοι πεποίηκας, καὶ εὐελ-

A configamus cum illis. Locus enim in quo siti sumus est munitissimus, **124** ex quo si strenue rem gesserimus adversus eos, eo ipso victoriam consequemur : sin minus, nulla ab ipsis clade afficiemur. » Tunc igitur, tunc duo prætores separarunt viros ad sexcentos, cæteros reliquerunt in tentoriis ducum ipsorum cum vexillis, atque his præceperunt dicentes : « Nos quidem castris hostium propinquabimus, atque si obviam nobis venerint, aggrediemur eos : si vero impetum in nos fecerint, exite ex castris, et vehementer clamate, maximæ multitudinis clamorem exprimentes, ut inde suspicentur domesticum scholarum cum thematibus adesse. » Secundum hoc igitur præceptum cum prætores exivissent cum suis atque propius ad hostem accessissent antequam dies plane illuceret, isti tympanorum sonitu cientur. Sed partim cum Chrysochire erant, partim onera jumentis tollebant. Quibus ita divisis, prætor cum suis ductoribus eos aggrediuntur, ac voce magna : *Crux vicit*, quasi bellicum intonarunt. At isti subito in cursu territi, terga dantes fugam arripiunt, nec videre nec explorare sustinentes quinam ipsos persequantur, cum a Bathyrrhyace fugerent ad triginta milliaria usque ad Constantini collem, multis interea cæsis.

C Etiam Chrysochir cum paucis quibusdam quos sibi adjunxerat fugæ **125** intentus erat. Hunc assequitur Pullades quidam, ut vocabatur celebri nomine, pileo indutus : captivus autem fuerat in Tephrica, cumque lepidus et festivus esset, in familiaritatem Chrysochiris venerat. Ut igitur hunc vidit, agnovit clamavitque magna voce : « Huc prætores, huc domesticus scholarum veniat. » Evadit Chrysochir atque ad Pulladem dicit : « Quid, miser Pullades, mali tibi feci ? potius quidem plurima beneficia in te contuli. Abi, ne mihi sis offendiculo. » At is respondit : « Equidem scio, Chrysochir, quod plurimis beneficiis me affecisti : et confido Salvatori meo Deo, hoc dic me tibi gratiam relaturum. » Porro

VARIÆ LECTIONES.

[60] ὑμᾶς L. [61] ὑμῶν L. [62] fort. γε κράξατε. [63] τὸν] τὸ L. [64] Πουλλάδις ᾧ τούτῳ L. [65] εἴτω L.

STEPH. BERGLERI NOTÆ.

(19) Const. Porph. p 170.
(20) Const. Porph. p. 170, Cedr. p. 572.
(21) Scriptum συμφλαμούλλοις una voce
(22) Perturbate.
(23) Const. Porph. p. 170. Cedr. p. 572.
(24) Ita scriptum per ε. mox τὸ, cum deberet τὸν potius, ut apud Const. Porph. p. 170.
(25) Const. Porph. p. 170, Cedr. p. 572.
(26) Ita scriptum, ut excidisse videatur verbum, quale ἦσαν aut simile. Sed narrat absurde, ambigue et imperfecte.
(27) Ita scriptum, non αὐτούς.
(28) Const. Porph. p. 170, Cedr. p. 572.
(29) Const. Porph. p. 170

D (30) Const. Porph. p. 170.
(31) Const. Porph. p. 170.
(32) Const. Porph. p. 170, Cedr. p. 572.
(33) Ita scriptum. Legendum aut ὃ τούτῳ aut ᾧ τοῦτο. — *Προεκεκρ.* — X. *προσῳκείωτο*. Const. Porph. p. 170, Cedr. p. 572.
(34) Hæc intelligi possunt ex eo quod Cedr. scribit p. 572 : *Persequentibus igitur Romanis atque inclamantibus eos etiam duces qui non aderant, et cohortes et domesticum scholarum, sicut ipsis præceptum fuerat*. Id Pulades etiam hic facit. Latine autem apposui, quia Xylander minus recte vertit.
(35) Const. Porph. p. 170, Cedr. p. 573.
(36) Ita scriptum, non σε, et mox μοι.

Chrysochir equitans invenit fossam sibi objectam, quam equus ejus transilire reformidavit et titubavit. Unde Chrysochir jam ad Pulladem respicere plane non cogitavit, sed magis ante se videbat, ne in fossam incideret: atque Pullades eum clam sub axilla vulnerat conto: qui cum peturbaretur hoc ictu, equus ejus commotior factus eum dejecit. Desiliens igitur equo ex ministris ejus conjunctissimus Diaconitzes nomine (quem Leo laudatissimus imperator conversum a cultu abominali Paulinistarum ad meliorem, constituit mensuratorem, ut Romanorum sermone vocatur), ejusque caput tenens fovebat et curabat genibus suis impositum. Supervenientes autem **126** prætores occupant, caputque amputant, quod imperatori a Deo coronato tanquam donum miserunt.

A πιστῷ τῷ Σωτῆρί μου Θεῷ κατ' αὐτήν γε τὴν ἡμέραν ἀποδοῦναί σοι τὰ χαριστήρια.» Ἱππάζων δὲ ὁ Χρυσόχειρ εὑρίσκει τάφρον πρὸς τοῖς ἐνωπίοις αὐτοῦ (37), ἣν ὁ ἵππος αὐτοῦ ὑπερπηδᾷν . . . . . τούτου διώκλαζεν (38). Ὅθεν ὁ μὲν Χρυσόχειρ τοῦ λοιποῦ ὁρᾷν τὸν Πουλλάδην οὐδ' ὅλως ἐφρόντιζεν, ἑώρα δὲ μᾶλλον κατέναντι αὐτοῦ, ἵνα μὴ τῷ τῆς τάφρου περιπέσειεν (39) πτώματι· καὶ λαθραίως αὐτὸν ὁ Πουλλάδης κατὰ τὴν μασχάλην τιτρώσκει κοντῷ (40)· οὗ τῇ πληγῇ ταραχθέντος ὁ ἵππος παρέσφηλέ τε καὶ αὐτὸν ἀπεκρήμνισεν. Καταβὰς οὖν ὁ τῶν πρὸς θεραπείαν αὐτοῦ οἰκειότατος, ᾧ [66] Διακονίτζης τὸ φημιζόμενον (41) (ὃν Λέων ὁ ἀοίδιμος βασιλεὺς ἀλλοιωθέντα τὴν πρὸς τὸ κρεῖττον ἀλλοίωσιν ἐκ τῆς μυσαρᾶς θρησκείας τῶν Παυλιανιστῶν, προεχειρίσατο μηνσουράB τωρα [67], ὅπερ φωνῇ Ῥωμαίων οὕτω προσαγορεύεται), καὶ τούτου τὴν κεφαλὴν βαστάξας ἠξίωσε κομιδῆς ταύτην ἐνθεὶς τοῖς αὐτοῦ γόνασιν· ὃν εὑρηκότες οἱ στρατηλάται κατέσχον καὶ διατεμόντες αὐτὴν σπουδαίως τῷ θεοστέπτῳ ἄνακτι Βασιλείῳ ὡς δῶρον ἀνέπεμψαν (42).

Erat autem in publicis commodis et reip. negotiis curandis imperator diligentissimus, cum plurimas res gereret, ita ut tempore jejunii in ejus hebdomadibus post discessum senatorum ex regia, intraret in secretum, ubi vectigalia et reditus publici colliguntur; quæque ibi intervenirent controversiæ, eas dijudicaret.

Περὶ δὲ τὰς κοινωφελεῖς [68] πράξεις τοιοῦτος ὑπῆρχε μεριμνηματικώτατος ὁ βασιλεύς (43), μετά γε πλείστων τῶν παρ' αὐτοῦ [69] διαπεπραγμένων, ὥστε κατὰ τὸν ἐγκρατείας καιρὸν ἐπὶ ἑβδομάσιν αὐτῆς, μετὰ τὴν συγκλητικὴν τῶν βασιλείων ἀπαναχώρησιν, εἰσιέσθαι τῷ σεκρέτῳ, ἔνθα αἱ εἰσπράξεις τῶν δημοσίων πεφορολόγηνται (44), κἀκεῖσε τὰς συμπιπτούσας ἀμφισβητήσεις πραγματικῶς διαλύεσθαι.

In venatione porro et p..a et onerum gestatione et saltibus omnino excellebat Basilius imperator, ita ut in venatione superaret Centauros, in pila Alcinoi regis juvenes pila ludentes vinceret, in lucta Aristæo et Æaco valentior ipsique Herculi par esset, præverteret saltibus Achillem, atque in tollendis facile manu oneribus multum præstaret Hectori, ita ut et in ipsum, etiam sine ope *cati Jovis* attollentem onus, quadraret poetæ carmen,

Ἐν δὲ ταῖς (45) κατὰ κυνηγεσίαν καὶ σφαιρισμὸν ἀχθοφορίαν τε καὶ πρὸς ἅλματα γενναιότησι πάνυ περιδέξιος ἦν ὁ ἄναξ Βασίλειος, ὥστε κατὰ κυνηγεσίαν μεν καθυπερτερεῖν τῶν Κενταύρων (46), κατὰ C δὲ σφαιρισμὸν Ἀλκινόου τοῦ βασιλέως ὑπερβάλλειν τοὺς σφαιριστάς, κατὰ πάλην Ἀρισταίου καὶ Αἰακοῦ ἀλκιμώτερος καὶ αὐτοῦ Ἡρακλέους [70] ἐφάμιλλος, ὑπερανάβεβηκέναι δὲ τοῖς πηδήμασιν Ἀχιλλέως, κατά τε τὸ [71] φέρειν ἄχθη ῥᾳδίως χερσὶ πολλῷ [72] διενηνοχέναι τοῦ Ἕκτορος, ὡς καὶ ἐπ' αὐτῷ, καὶ δίχα τοῦ ἀγκυλομήτου Διὸς ἐν τῇ ἄρσει τὸ ἄχθος κουφίζοντος, τὸ ποιητικὸν ἔπος προσαρμοσθήσεται·

Vix illud bini præstantes robore cunctis
De terra in currum possent subvolvere, quales
Nunc homines vivunt, tulit ipse quod ut leve solus:

Τὸ δ' οὔ κε δύ' ἀνέρε δήμου ἀρίστω (47)
Ῥηϊδίως ἐπ' ἄμαξαν ἀπ' οὔδεος ὀχλίσσειαν [73]
Οἷοι νῦν βροτοί εἰσ'· ὁ δέ μιν ῥέα πάλλε καὶ οἶος·

in disco autem jaciendo Halimede et Ulysse superior, Erechtheo et Celmete equitandi peritior, Eurymedonte atque Alcmone **127** pugilatu firmior, in cursu Aristomedonte Dictæoque ac Priaso velocior, in sagittando Hymenæo et Asterio longe dexterior. Ex quibus paucissima ascribam.

ἐν δὲ τῷ δισκεύειν Ἀλιμήδου καὶ Ὀδυσσέως ὑπέρτερος, Ἐρεχθέως δὲ καὶ Κέλμητος (48) καθ' ἱππασίαν τεχνημονέστερος, Εὐρυμέδοντός τε καὶ Ἄλκμονος κατὰ πυγμαχίαν στεῤῥότερος, περί τε δρόμον (49) Ἀριστομέδοντος Δικναίου τε καὶ Πριάσου ὠκύτερος, καὶ ἐν τῷ τοξάζεσθαι Ὑμεναίου καὶ Ἀστερίου πολλῷ εὐστοχώτερος. Ἐξ ὧν ὀλίγιστα διαγράψομαι.

VARIÆ LECTIONES.

[66] ᾧ] ὁ L. [67] μινσαυρίτωρα L. [68] κοινοφυλεῖς L. [69] παρ' αὐτῶν L. [70] Ἡρακλέως L. [71] το om. L. [72] πολλῶν L. [73] ὀχλήσειαν οἱ νῦν βροτοὶ εἰσ· ὁ δὲ μὴν ῥέα πάλε L.

STEPH. BERGLERI NOTÆ.

(37) Const. Porph. p. 170. Nostri fere verbis et p. 171 init.

(38) Cedr. p. 573.

(39) Ita scriptum per ει.

(40) Const. Porph. p. 151, Cedr. p. 573.

(41) Const. Porph. p. 171, Cedr. p. 573.

(42) Const. Porph. p. 171, Cedr. p. 573.

(43) Sic sine transitione, sine connexione.

(44) Const Porph. p. 162.

(45) Ita scriptum [?], non ταῖς.

(46) Sequuntur nugæ nugacissimæ stultissimi hominis: habent tamen aliquid philologicum, quamvis ostentatio sit puerilis.

(47) Vid. Const. Porph. p. 167.

(48) Ita prius scripserat librarius, deinde exigua littera fecit apparere ν pro μ.

(49) Scriptum per υ, potius ν. [?]

Τῷ βασιλεῖ ποτε περὶ θήραν ἐνδιατρίβοντι ἐξ ὕλης A τις παμμεγέθης ἔλαφος εἰς μέσον πεφοίτηκεν, οὗ τῶν ὀπισθίων ποδῶν ἐπαφεὶς κορύνην ὁ βασιλεὺς καὶ κατευτυχήσας τούτους διέθλασεν. Τὸ αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ ἐπὶ λύκῳ κατεπεπράχει (50). Σφαιριζόντων δὲ κατὰ τὸ πρὸς τὰ βασίλεια μέσαυλον ἢ κατὰ χῶρον [74] ἵππων ἁμιλλητήριον, οὐδέποτε τῆς σφαίρας ἀποτετύχει (51), καίτοι πολλῶν διαμιλλωμένων καὶ ἐπεμβαινόντων τῇ παιδιᾷ· καὶ τοσοῦτον ἐπιτυχῶς καὶ γενναίως τὰ τῆς σφαίρας αὐτῷ (52) .... ὥστε πολλάκις τυπτήσαντι ταύτην ἀπ' ἄκρας αὐλῶνος διαβιβασθῆναι ἔξω κατὰ πολύ γε τοῦ τέρματος, ὡς μὴ ταύτην ὁρᾶσθαι τὸ σύνολον. Ἐμεγαληγορεῖτο δὲ καὶ τῷ ἀρχηγῷ Βουλγάρων παλαιστρικὸς, ὃς κατὰ παλαίστραν ἐκέκτητο τὸ ἀήττητον· τοῦτον πρὸς τὴν B βασιλίδα θαῤῥούντως ἐκπέπομφε [75] πειρασθῆναι δυναστεύοντος. Ἐπὶ τούτῳ δυσφόρως εἶχεν ὁ βασιλεὺς, ἀλλὰ τὴν δυσφορίαν εἰς τὸ εὔφορον μετερύθμισεν, ἑαυτὸν καθεὶς τῇ παλαίστρᾳ, πλὴν μετὰ προσηκούσης τῆς ἐπικρύψεως· μετασχηματισθεὶς γὰρ τῶν βασιλικῶν ἐσθήτων τῷ παλαίοντι πρόσεισι. Καὶ ὁ μὲν (53) Σκύθης τὸν Μακεδόνα μετεωρίσαι μὴ ἐνδεδωκότα τῇ ἄρσει διήμαρτεν· ὁ δὲ τοῦτον χερσὶ γενναίαις ἑτοίμως διάρας σφοδρῶς τε περιδινήσας ἐπαγκυλίζεται, καὶ κατὰ γῆν (54) πτῶμα ῥίπτει παμμέγεθες, ὥστε πλείστοις μὲν ὕδασι, δαψιλέσι δὲ οἴνοις, πρὸς δὲ ταῖς ἐκ ῥόδων σταγόσιν ἐγκατομβρούμενον μόλις που τῆς νεκρώσεως ἀπηλλάχθαι, ὤτων τε καὶ ῥινῶν ἐκβλύσαντος αἵματος· ὡς ἐνθένδε κατὰ πολὺ θαυμάσαι τοὺς παρόντας τὸ γεγονὸς, ὃ καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἐκτεθρύλληται.

A Cum imperator aliquando in venatu esset, e silva cervus ingens in medium venit, cujus posteriores pedes conjecta clava confregit. Idem illud et lupo fecit. Pila autem cum luderent in atrio ad regiam aut in Circo, nunquam aberravit a pila tangenda, quamvis multis certantibus et intervenientibus ludo: tamque dextre et valide id faciebat, ut sæpe percussa pila supremo spatio longe ferretur ultra terminum, ut nec consiceretur omnino. Porro luctator erat apud Bulgarorum ducem in magna existimatione famaque celebris, tanquam invictus in luctando. Hunc ille non dubitavit in imperatoriam urbem mittere, ut periculum faceret an potiorem posset invenire. Eam rem moleste ferebat imperator, sed molestiam illam removit, ipse demittens se ad B luctandum, verumtamen cum decente occultatione: mutato enim imperatorio ornatu in arenam descendit adversus luctatorem. Ac Scytha quidem Macedonem sublimem tollere minime cedentem haud valuit: verum iste illum manibus robustis facillime tollens valide circumactum in terram dejicit, prostratum **128** casu maximo, ita ut multa aqua ac vino guttisque rosaceis rigatus vix a deliquio animæ liberaretur, ex auribus naribusque manante sanguine; ut id factum magnopere admirarentur præsentes, quod adhuc etiam fama celebratur.

Ἐν οἰκτιρμοῖς δὲ πενήτων πλούσιος ἦν ἐπιχορη- C γῶν πλουσίως τὸν ἔλεον, νοσοκομείων γηροκομείων τε καὶ πτωχοτροφείων πολυειδῶν ἐγκαινίσμασιν. Οὐ μὴν δὲ τούτοις μόνοις ἐνέμενεν, ἀλλὰ καὶ θείους ναοὺς (55) σαθρωθέντας τῇ παλαιότητι πρὸς νεότητος μετηλλοιώκει στεῤῥότητα, ἐπιθεὶς κοσμιότητα. Ὥστε οὐ μόνον τῶν κατὰ σῶμα τῆς ἐπιμελείας διὰ φροντίδος ἔχειν αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ τῶν κατὰ ψυχὴν ἐπισπεύδειν. Καὶ γὰρ οὐχ ἡγεῖτο συμφέρον, κατὰ τὴν ἀγορὰν ἣ φόρος προσαγορεύεται Κωνσταντίνου, περιιόντος [76] λαοῦ, σύρμασιν ὕλης τοῦτον ὅλως ἐνίσχεσθαι καὶ τῶν περὶ Θεοῦ ἐκλελῆσθαι [77]· δι' ὃ καὶ ναὸν ἐν ταύτῃ προσπήγνυσιν, ἐφ' ᾧπερ ἡ Θεομήτωρ δημοσίᾳ τετίμηται, μετρίῳ μεγέθει καὶ ἀμέτρῳ κάλλει διηυγασμένον.

Sed et misericordia erga pauperes dives ditia præstabat beneficia, dum ædificia varia pro invalidis senibus atque egenis curandis, fovendis atque alendis instaurat. Nec hic substitit, sed sacras etiam ædes vetustate labefactatas renovavit, additis ornamentis; ita ut non solum corporis haberet curam, verum etiam animæ. Non etiam ducebat conveniens, forum quod Constantini dicitur, versante ibi populo quisquiliis materiæ totum teneri et a sacris rebus esse abalienatum: quare templum ibi exstruit honori Deiparæ dedicatum, magnitudine modica, sed pulchritudine mirum in modum fulgens.

Τοιοῦτος ὁ μεγαλουργὸς ἄναξ Βασίλειος, καὶ τοσ- D αῦτα τὰ ἐκείνου μεγαλουργήματα. Ἀλλὰ προκατασχεθεὶς (56) τηκεδόνι τῇ ἐκ διαῤῥοίας [78] γαστρὸς, κατ' ἄγραν ἔκ τινος περιπτώσεως, ἔπειτα πυρετοῦ καυσώδους ἀναφλεγέντος αὐτῷ ἀνικμῶντος ζωτικὴν

Talis erat ille magnificus imperator Basilius tantaque ejus magnifica opera. Verumenimvero cum invasisset eum tabificus morbus ex profluvio ventris subsecuto casum quemdam in venatione, deinde febris ardens exorta esset consumens omnem vita-

VARIÆ LECTIONES.

[74] ἢ καταχῶρον L. [75] ἐκπέπομφαι L. [76] περιόντος λαοῦ συρμᾶσιν L. [77] ἐκλελύσθαι L. [78] τῇ ἐκδιαῤῥοίᾳ L.

STEPH. BERGLERI NOTÆ.

(50) Const. Porph. p. 144.

(51) Ita scriptum, ἀποτετύχει.

(52) Nullum adest verbum.

(53) In superioribus etiam tale quid narrat de Basilio nondum imperatore, ubi auctores annotavi. Ac propter similitudinem licet fere suspicari Nostrum unam rem ut aliam atque aliam narrare.

(54) Ita scriptum, non γῆς.

(55) Plurima templa a Basilio vel exstructa vel instaurata enumerat Const. Porph. p. 198 seqq. vid. Zon. p. 173. Cedr. p. 587.

(56) Const. Porph. p. 216, Nostri fere verbis.

lem ac naturalem humorem, mortuus est, cum imperasset cum Michaele simul unum annum, solus autem imperator vixisset novemdecim annos.

A πᾶσαν ὑγρότητα τῶν πρὸς φύσιν ἐνόντων (57), διαπεφώνηκεν (58), συμβασιλεύσας (59) μὲν τῷ Μιχαὴλ ἔτος ἕν, αὐτοκράτωρ δὲ βιοὺς ιθ' ἔτεσιν.

STEPH. BERGLERI NOTÆ.

(57) Const. Porph. l. c. ita ὕστερον πυρετοῦ καυσώδους ἀναφλεγέντος αὐτῷ πᾶσαν τὴν ζωτικὴν ἰκμάδα ἀνιμωμένου καὶ ἀναλίσκοντος.

(58) Ita clare scriptum per ω, et ita alicubi apud Sextum Empiricum.

(59) Const. Porph. p. 216, Zon. p. 175, Cedr. p. 592

INDEX GRÆCITATIS

IN

SCRIPTORES POST THEOPHANEM.

Revocatur in hoc Indice et in duobus sequentibus Lector ad numeros typis grandioribus, ut moris est nostri, in textu expressos.

—

A

B

Γ

Π

Ρ

Σ

Τ

INDEX HISTORICUS

IN

SCRIPTORES POST THEOPHANEM.

D

E

F

G

H

I

J

L

M

N

O

P

INDEX IN GENESIUM.

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

FINIS TOMI CENTESIMI NONI.

57. 4. 23

Parisiis. — Ex Typis L. MIGNE.

3 2044 073 502 312

THIS VOLUME
DOES NOT CIRCULATE
OUTSIDE THE LIBRARY